PHILOSOPHIÆ CURIOSÆ

PARS OCTAVA

Moralis,

In qua tractatur præcipuè Oeconomia, ac potissimum ejus pars de Re Agraria.

Authore

A. R. P. ADALBERTO TYLKOWSKI,
è Societate Jesu Theologo.

Typis MONASTERII OLIVENSIS,
Sac. Ord. Cisterc.
Imprimebat CHRISTIANUS Koch.
ANNO M DC LXXVIII.

PERILLUSTRI AC REVERENDISSIMO DOMINO,

DOMINO

JOANNI de ROXICE ZAPOLSKI,

Abbati Landensi,

Commissario ac Vicario Sac. Ordinis Cisterciensis GENERALI &c. &c.

cœterisq;

PERILLUSTRIBUS AC REVERENDISSIMIS

Ejusdem S. Ordinis

Per Utramque Poloniam & Prussiam

DOMINIS DOMINIS

ABBATIBUS,

&

MÆCENATIBUS gratiosissimis.

NEque recens votum, invenire; neque modernum studium meum fuit,

ſuit, quærere quâ poſſem ratione Vobis, quorum ſavore mihi plurimùm intereſt, profiteri gratitudinem, Patronis venerationem, Protectoribus devotionem, Dominis obſequium, Mæcenatibus gratificationem, Exornatoribus teſtari grates. Modò ſe tandem optata diu commoditas oſtendit, ut manipulum qui in eorum crevit agro, Dominis: clientelare munus Patronis: Pignus grati animi Protectoribus; cultûs humillimi Mæcenatibus; reverentiæ Exornatoribus poſſim exhibere. Sub prælum meum venit, poſt plures ejusdem Authoris, liber A. R. P. ADALBERTI TYLKOWSKI, è Societate Jeſu de Ethica, in qua partem Oeconomicæ de Re Agraria eâdem felicitate exequitur quâ cætera omnia & cùm in prioribus ſeptem partibus Philoſophiæ diu exoptatam ſpeculationi amænitatem conjunxerit, uſuique Civili quod hactenùs ſolis Scholarum credebatur utile ſubſelliis,

ada-

adaptavit; ut exhinc nulli etiam vanus quod Philoſophiæ dederit operam poſſit occurrere dolor: ita in hac parte octava utile jucundo permiſcuit, ut omne punctum tuliſſe videatur. Id Vobis Opus non invito ſcriptore, noſtri S. Ordinis ſtudioſiſſimo, dedico ac conſecro: quibus ejusdem Ordinis non ſolùm cura ſpiritûs, verùm etiam temporalium eſt demandata, in eo velut non in magna icone inter Veſtras graviſſimas curas vivaciſſimo colore & proprio quamvis partem Oeconomiæ quaſi uno intuitu & ſvavi ſpectaculo conſpicietis, & ſubinde hoc non inamæno diverticulo feſſas negotiis mentes reficietis: nam rebus molem ſuperat, ordine claritatem ſerenat, ordinem brevitate à faſtidio liberat, novitate varietatem reddit jucundam. Non indignum ducite Veſtris Sacris Manibus, in quibus oculi noſtri velut in manibus Dominorum: non Oculis, in quibus ſperant

noſtri

noſtri Oculi. Denique ut omnia fauſtisſima Veſtris Reverendisſimis precor Dominationibus, ita humillimè ſupplico, in protectione hujus nondum adultæ Typographiæ, fovendo, patrocinando, gratiis exornando, non deſiſtatis. Dabam Olivæ 23. Junii Anno 1678.

Perilluſtrium ac Reverendisſimarum Dominationum Veſtrarum

Humillimus cliens, & exorator

Fr. JOAN. AUGUSTINUS Hoffman/ S. O. C. Præfectus Typographiæ Olivenſis.

In Philoſophiæ Curioſæ Partem Octavam Moralem, quæ eſt Oeconomia, ac potiſſimùm ejus partem de Re Agraria A. R. P. ADALBERTI TYLKOWSKI, è Societate Jeſu Theologi.

EPIGRAMMA.

Non hìc Oeconomus, Factor, non Villicus; omnis
Cultor agri leges, perlege Lector habet.
Villana tractat de re, ſed dixeris ad rem
Exequitur Pars hæc ordine cuncta ſuo.
Pars eſt Moralis, ſummum Caput Ethicæ, quos non
Virtutum faciet vera Magiſtra viros?
Quisquis es Oeconomus laſſum lætare legendo
Laxabis corpus, cor animumq́ tuum.
TYLKOWSKI Liber eſt, parvus ſed rebus adæquat
Molem, non moror hìc, eſt Gravis Author, eme.

Fr. IGNATIUS BECKE,
S. O. Ciſt. Profeſſ. Oliv. C. M.

CARMEN ENCOMIASTICON DE RE AGRARIA.

QUid faciat lætas ſegetes, quo ſydere terram
Vertere conveniat, pecori quis cultus habendus
Sit, canere incipiam. Pubes agreſtis adoret
Hìc Cererem, circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus & ſocii comitentur ovantes.
Non quis maturis falcem ſupponat ariſtis;
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos & carmina dicat:
Salve Sancta Parens frugum, pingviſſima terra.

Virgilius Georgicorum, lib. 1.

MORA-

AD LECTOREM.

ABsolutæ ſpeculativæ Philoſophiæ ſolet ſubjungi Practica, ſive de Moribus; quæ in eam dividitur, cujus eſt ſingulos homines ad felicitatem ducere, quam quidem partem, cùm eadem ſit contrariorum diſciplina Opuſculo quod De Malo *edidimus, executi ſumus. Altera pars Philoſophiæ practicæ, eſt illa quæ unam domum beatam facit, & hæc quidem ſatis ampiè patet, reliquis alii tempori ſepoſitis, illud ſolum membrum illius aſſumimus quod eſt* De Re Agraria, *quod præ reliquis faciliùs ſibi patitur immiſceri aliquid ex hiſtoria naturali. Tertia demum pars eſt, quæ ſtudet felicitati publicæ communitatis, diciturq;* Politica, *hanc in ſpecialem librum (ſi D. Deo videbitur) reſervamus. Ne tamen non tractare Moralem videamur,* Rem Agrariam *pleniùs, cæteras omnes partes ſub Compendio proponemus.*

DE

DE RE AGRARIA.

NOn eſt præſentis (ut dixi) inſtituti totam partem illam Moralis Philoſophiæ quam vocant *Oeconomicam* exequi, in ſolo agro ſiſtimus, ab eo nos etiam in totum ſubducturi, cùm ejus nusquam exercitium inter noſtras curas numeraverimus. Pervicerunt tamen Amici, aſſerendo, nec eos qui prælia, atque Urbium expugnationes retulere cùm laude in commentarios, ductâſſe ſingulos exercitus, aut ſub galea meruiſſe: aliud regere caſtra, aliud leges regendi formare: & ſæpè ab his quorum capulo nunquam hæſit manus, lætiùs præcepta bellandi exhiberi. Habere nos neque pauca, neque inutilia in noſtris adverſariis, quæ in uſum noſtrum congesſimus, ſi is aliquando accideret: ea nos à publico non debere abſcondere. Pareo, & tanquam mihi ſcribo nimirum ut neque de me præfiſus, neque aliis potior in hac cauſa Judex. In omnibus autem Patriæ, id eſt Poloniæ, reſpicio cælum ac morem, cùm externa minùs notaverim. Priùs tamen in compendio proponam Moralem Philoſophiam, ut in rus agrumque non omninò rudis agricola deſcendam, habeatque Lector non ruſticus quò ſe ſubinde ex campo & ab aratro recipiat.

MORA-

MORALIS PHILOSOPHIÆ COMPENDIUM.

IPſo naturæ impetu beati eſſe cupimus, ſed non niſi per virtutem efficimur. Felicem ſe eſſe velle & non probum, eſt optare terminum ſine via. Quantùm in virtute progresſi, tantùm vicini Beatitati. Aliud tentare iter, eſt in exitium ferri. Formam quævis dies carpit, & licet parceret, leve eſt bonum, quia in ſumma cute hæret. Opes absque uſu inopia ſunt, & ſi utaris conſumuntur: à ſupercilio Fortunæ caſuumque pendent. Honorum latus claudit periculum, terga premit invidia: neque à nobis ſunt, & quaſi mutuatò nos ſcenam acturos induunt. Amicitia, ut dulcis, ita per lubrica incedit, ac ſolâ ſuſpicionis umbrâ turbatur, labiturque. Voluptas, niſi ex honeſto petatur, turpis eſt, & longam trahit pænitudinem. Gravis perceptæ eſt etiam ipſa ejus memoria atque ex-

exprobrat. Generis claritudo, etiam malis accidit, & non raró velut in cænum ut deformetur, & in degeneres.

ETHICA.

ETHicam vocant Disciplinam quæ nos Beatos format. Hæc Animæ nostræ actus in ratione moris manu ducit, ut in Virtutem, quæ sola Felicitas est, inducat. Sed conatu & usu virtutis opus est ut sis beatus. Definire argutè, subtiliter dividere; nervosè concludere, scientem, ac subinde vanum, non felicem præstat, sed ut urbes videre ac nosse multis, habere paucis, ita virtutem, contingit. In arduo sita est, conspici sine multa cura, cum plurima, teneri potest: adeò tamen pulchra, ut etiam qui eam deserunt probent. Non nascitur nisi ex exercitio: non venit nisi quæsita, vi opus non solùm ut capiatur sed etiam ut retineatur: Ignavo jam possessa ex manibus effluit; ut stabilis sit, continuò exercenda: quiete languet, labore valescit: inter mollia hebetatur, inter aspera acrior.

Virtus est habitus qui ad agendum juxta rectam inclinat rationem, atque reddit expeditum. Hic habitus pariter in debili ac robusto, pariter in sano, ac morbis prostrato

ſtrato poteſt eſſe corpore. Eſt illi æquè in aperto atque ergaſtulo ſedes: ineſt ſervo ac ingenuo, ſi voluerit: neque Regem ambit, neque faſtidit exulem: Non illi domus aurea gratior quàm caſa humilis. Paupere & nudo pectore contentus, cenſus magnos non reſpicit, latera firma non quærit. Ad ſenſum non pertinet de bono ferre judicium: ſolum bonum quod honeſtum, & huc uſque non pertingit ſenſus, qui ſupra oculos non aſſurgit. Bruti eſt cenſere ex eo, virtus rationis neptis. Conſequitur id, ſciri agentem honeſta nunquam pudet. Sciri vel à ſeipſo qui non ex virtute agit, durum eſt. Perditus verò, qui ſeipſum in turpi non erubeſcit. Malè facta etiam nemine conſcio pro flagello ſunt, quod vel in latebris effugere non poteſt. Etiam in tenebris illum ipſi oſtendunt & cruciant.

Virtus una ita reliquarum afficitur conſortio, ut Sola beatum facere non poſſit. Quatuor in ſe ſtatim exhibeo, quarum prima eſt

Prudentia, quæ recta rectè agenda præſcribit. Itaque prudentis ſermo meditatò venit, actio ex conſilio. Et licet ad providè agendum ſatis eſſet ratio, tamen expe-

rientia socia ducit subsidia, quæ sæpè sunt pro legionibus. Priusquàm ad prudentiæ culmen evadas, multa vide, multa audi, non pauca pertenta. Nulli casu prudentem esse contigit, paucis naturâ. Plura cogita quàm loquere: plura consilio subjice, quàm exequare. In foro, publicè, & solus, quid expediat, deceat, prudens circumspicit, & intra se cogit Senatum.

Temperantia frænos gerit, quos cupiditatibus voluptatibusque imponat: alias ex toto arcet, aliis indulget; alias refutat, alias admittit, & omnia juxta rationem; & nihil propter ipsas. Nec placet cibus, aut potio, vel alia jucunditas, neque displicet, nisi contra leges, vel juxta ipsas sit. Mollia ut blanda sunt, sensus, non ratio admittit, nec enim virtus in molli est. Inde est quòd temperantia coërcet appetitus & revocat sub rationem. Irâ circumduci puerorum, furere impotentium, insanorum despumare & verba frangere. Inter feroces appetituum feras ira princeps, sed si moram interposueris, ad illam frangitur allisa. Sequitur illam, & in ferocia vicinus est auri appetitus, hunc circumscribe, ut nec in egestatem desideat, nec tamen

ab

ab illa multùm declinet. Gravissimum facessit negotium corporis nostri illecebra, sed si in distentum curis inciderit, vix armis omnibus radet clypeum; desidiosis etiam præcordia transverberat. Plura de his dedimus in nostra *de Malo* commentatione.

Fortitudo in plurium est ore, in paucorum pectore: facilis dictu, difficilior possessu. Non enim illum dixeris fortem, qui pro remetienda injuria in oppositas tendit hastas, qui ob libidinem eligit pericula. Furor hic est, odium, dementia, quæ etiam illis inest, quos ratio deseruit. Non fortis animi robur, temeritas & audacia, non animus. Fortitudo pro Patria & civibus, Religione, mortem & pericula sed ex ratione aggreditur. Si ad arma spes prædæ vel impietas vocat, temeritas est. Extra veram autem religionem fortitudo nulla est. Sed qui verè fortis, primò in vitia sua movet bellum. Plures sunt qui alia extra se, pauci qui seipsos debellaverint. Vicerunt armis, victi sunt vitiis: sed non in armis fortitudo. Fortis esse potest & vinctus & truncus manibus. Fortem injuria de mentis tranquillo non deturbat, omnis illi casus,

omnis adversitas, materia virtutis & occasio.

Justitia cuique suum pro merito ac dignitate reddit. Jus suum Natura secum eadem ubique posuit: Positivum (ut vocant) leges pro locis, ac temporibus sancivêre, & hoc etiam sacrum. Nemo sui Dominus, vitam ac membra nemo nisi contra fas demit sibi. Stultitia insuper est metu mortis mori. Malorum maximum, se vitâ ejicere, ideoq; ad nulla evitanda mala adhiberi potest. In vindicando nimis severum esse, crudele est: nimis lenem, iniquum. Medium occupat virtus. Hæc potiùs quæri debet quàm pæna. Neque præmia ultra modum excedant meritum. Dentur, non projiciantur. Nocitura danda sunt nulli. Blandum est odium, exorari in perniciem. Quidquid non ex ratione, virtus esse non potest.

Harum partes sunt Religio, Pietas, Observantia, Obedientia, Gratitudo, Veracitas, Affabilitas, Liberalitas, Fortitudo, Magnanimitas, Magnificentia, Patientia, Perseverantia, Continentia, Mansvetudo, Modestia, Humilitas, Studiositas.

OECONOMICA.

UBi quis ſeipſum regere didicit, Domui poteſt etiam imperare. Qui ſuarum cupiditatum ſervus, dedecet ut ſervis dominetur. *Prima* igitur Patrisfamilias ſit *cura* rectè præcipere, altera efficere, ut quæ præcepit fiant. Sed qui recta ſvadet, faciat prior. Magis præceptô urget exemplum. Oratio ſine factis parum habet roboris. Talis ſit, qualem Conjugem, quales optat liberos, & ſervos, & aſſequetur. Vivitur ab exemplo, & hoc prævalet, cùm ab oratione diverſum eſt: ſine hoc ſermo poteſt aliquid dignitatis habere, ſed fidei parum. Unum exemplar ſceleris in Patre à ſcelere dehortante, etiam ante abſolutam dictionem ſe in ſervos plures ac liberos transfert.

Partes Domûs, Uxor & Maritus, Pater & Liberi, Dominus & ſervus. His benè ſe habentibus, tota Domus valet. Prima *cura* ſit Marito *Conjugis*. Hæc mores optimos copiosè afferat, etſi alia dos abfuerit. Sed ſatis culta eſt quam probitas ornat. Quæ ex auro æſtimatur, non ducitur ſed nubit. Sit potiùs moribus gravis quàm gemmis, ornata pudore quàm veſte Phrygiâ. Sit prudens, & rei domeſticæ formandæ ſcientior

quàm

quàm comarum, vilis eſt cui unum bonum forma. Inter pares optimè convenit: quæ ditior venit, domina eſt non conſors.

Sed & *Maritus* dominatum non exerceat, ſociam accepit non ſervam. Errantis malit pænitentiam quàm livorem. Moneat blandè, & ſi opus, graviter: ſinat quædam, ut ipſa advertat corrigatque. Frequens remediorum uſus corpora flaccida reddit. Juvat quædam ſibi ipſis ſananda relinquere. Convitia & maledicta utrique parti ſunt probro, & vincit deterior. Neque ſit uxor nimia in actis Conjugis: neque Maritus omnia velit audiviſſe. Fera non ſocia fuſte corrigatur: ſerva, non illa à regimine Domûs arceatur. Graviora tamen collato fiant conſilio, nec ſolius uxoris ſit de liberis diſponere. Impotentia pro judicio ſæpè ineſt fæminis, amore aut odio multa definiunt, & ferè ſolùm in iis valent quæ prima occurrunt. Verùm neque deſunt quæ & benè conſulant, & dijudicent acriter. Et pacis intereſt æſtimationisque, ut conſors ad conſilium in re domeſtica veniat: ſperni ſe credit, ſi arceatur: & aliqua aberrantem à recto Maritum reduxit. Domum ſuam norit Uxor, publico non

gau-

gaudeat, nesciri amet. Nulla securioris famæ, quàm quæ prodit invita. Nimia in corporis cultu domui exitio est, & maximè Filiæ. Eorum quæ secreta velis, conscientiam uxor non habeat. Rara avis mulier silentii retinens : quò magis abscondere spondet, magis evulgat, & quidem priùs rem & tandem autorem, quamvis sub secreti specie, & fit rumor. Ita dum sola dicit soli, tandem omnes & cum auctario sciunt. In conjectando ita sis occultus ne te Uxor suspicari suspicetur.

Arte, non casu *Liberi* sunt instituendi. Nocet illis multa severitas. Sed damnosior plurimus amor. Multi amorem meruissent, nisi amarentur. Odio tamen illos haberi nolo: agendum ut cum ingenuis ut fiant. Amor sit erga illos, sed non impotens, dentur quæ sufficiant, non quæ sint super. Altrix Infantibus assumatur cum cura. Non minùs refert quo lacte nutriantur, quàm ex quibus nascantur. Sæpè improba nutrix indolem optimam corrupit, & ut degeneraret inclinavit. Constitutio corporum alimento perficitur, & ad virtutem aut vitia præparatur. Discunt præterea multa Infantes quorum in longum servant memoriam : hinc quædam dicunt faciuntquè in posterioribus an-

 nis

nis, quorum videntur non accepiſſe exemplum: & tandem prodit ſpina vel lilium, cujus neſciebatur ſemen. Optimum eſt, ſi quæ dedit ſangvinem, ubera non neget, neque patiatur Alienam in ſua prole quidnam habere. Cohibendi etiam, dum adhuc ſunt fætus teneri, ab ira, pervicacia, & cæteris vitiorum initiis, quæ neglecta cum ætate adoleſcunt, & vix deinde queunt perdomari. Cibus huic ætati mollior & humidior, frequenti ſed modico ſuſtinetur.

Et hæc quidem communis liberorum inſtructio. Illa *Filiorum* propria. Poſtquam ludum expleverunt domeſticum, transferendi ad literarium, idque priùs quàm posſint otio aſveſcere. Sed pueritiæ probus morum ac ſtudii cuſtos quæratur, ſecundus hic eſt poſt Nutricem, à quo virtus vel vitium: ſit itaque in eo non modica vitæ probitas. Sui deſertor poteſt eſſe pueris gravis, ſed non honeſti Magiſter. Nulla puero hora ſine lucro abeat, ætas hæc in longum ditatur, aut inficitur. Sedulitas etiam mediocria provehit ingenia: dum non excedat, nam obtundet. Spectanda tamen cujusque indoles. Coacta non ferunt proventum: naturam perficit non affert labor.

bor. Danda etiam remiſſio. Arcus ultra modum tenſus fatiſcit. Major virtus poſt otium. Non magis corporibus quàm ingeniis ſua eſt laſſitudo, licet iſta occultior. Conſveſcat eo dicendo puer eo audiendo vero. Incipiat non commoto recipere animo & Parentum abſentiam, & negata. Incipiat viri fortis rudimenta. Ne crede, ſemper nos cum ævo deteriores effici: ſi cura adſit, omne ſæculum virtutibus aptum eſt proferendis. Habuêre majores quo ad nos glòriam reliquerunt, neq́ue nobis deerit ſi velimus. Sed fortem non expecta, cui nihil negatur, cujus ſemper lacrymis Mater ſuas miſcet, cui ſtatim de Pædagogo ſatisfit.

Queſta eſt prior ætas, quæritur & noſtra, queretur & poſtera, res humanas in deterius labi. Sed in nobis eſt, quales nos volumus, reddere, dum à puero incipiamus. Omiſſa initiò virtus, totâ ferè reliquâ non venit ætate: etſi etiam illi degenerant qui cum honeſto cæperunt. Cum annis tamen ad utrumq́ue præterit facilitas. Quod in Vere ſeritur hoc in Autumno legitur. Sed hic recipiendis ſeminibus ineptior eſt. Primum ergo ſtudium qui curam habet pue-

pueritiæ, ponat in virtutum insitione, & vitiorum fastidio, meminerit moneatque virtutis in dies, in horas. Nulla hîc cura nimia, quia nulla sufficit, etiam cum tanto magisterio non semper proficitur. Nullum ferat vitium, sed prudenter. Tenuibus initiis, imò guttis consurgunt illa flumina, quæ inundant & abripiunt. Malè admissus in castrum hostis repellitur: è longinquo tutior defensio. Quæ nobiscum creverunt, non amoveri sed avelli solent, nec sine conatu. Vitium etiam bonâ fide receptum, tamen agit hostem. Semper videri debet puer. Magna illi pars tollitur peccatorum, si aspiciatur. Videndum quibus se comitem reddat. Iis societur, quorum si exempla acceperit melior evadat. Familiarem esse alicui, nunquam est sine questu vel damno. Affricantur ex congressu & virtutes & vitia, & ex socio quisque formatur, & promptiùs in vitium.

Nec est probitas, meliorem esse pessimo, sed bonis etiam antecellere id verò laudis est: illius sit labor, qui pueritiam instituit, ad hoc eniti. Sed Magister non solum discendi præcepta, verùm etiam vivendi tradat exempla. Zenonem Cleanthes

non expreſſiſſet, ſi tantummodò audiſſet. Vitam ejus ſpectavit adque illam compoſuit ſuam. Plato & Ariſtoteles plus ex moribus quàm ex verbis Socratis traxêre. Multos non ſchola ſed contubernium Præceptoris viros fecit. Nec quidquam publicæ mercis tam venale ut exemplum.

In Filiarum educatione ubi Mater errat, ſuccurrat Pater. Statim atque hæc proles manu poteſt uti, agat pro ſtatu. Otio nihil detur, rubigo illud eſt primò virtutis, deinde exitium: ſervire incipit, tandem dominatur, ac ubi animum invaſit, frangit. Severas inter comites Filia vivat, nihil molle, nihil leve audiat: abſint fabulæ & teneri cantus, ne diſcat appetere quod noſſe non debet: ſtatim amare domum, fugere publicum, odiſſe videri, ſine arbitro ne cum Fratre loqui, turbas vitare, riſus ac colloquia virorum neſcire, literas deteſtari. Quidquid verecundiam emollit, quidquid audere docet, pro peſte ducat. A ſuſurris, à ſvavi colloquio magna incipiunt dedecora, levibus initiis ad infamiam & ſcelera progreſſus. Latebras amat ſed cum ſolitudine pudicitia, de cætero luce gaudet, & vel coram ſeipsâ erubeſcit, & ubique credit ſe àmul-

à multis aſpici, & aſpicitur dum non credit. Nam quædam ſuâ ſe produnt umbrâ, & niſi latuiſſent, minora haberentur. Hactenus de cura, quam Parentes prolibus: modò de obſervantia quam liberi Parentibus debent.

Primæ poſt Deum curæ ſit *Pietas* Proli erga Genitores, tolerent eorum ſenium, à quibus meminerunt ſuam toleratam infantiam. Iram facilè concipit ſenex? Occurre obſequio, ad omnem te forma nutum. Cuncta dum vetita non fuerint, promptè exequere. Gravium eſt morum? Dona ætati, cui pænè hoc malum ex neceſſitate. Manu preſſa commodis tuis proſpicit? Tantò plura in hæreditate inventurus es. Quidquid retinet, tibi reponit meliùs olim uſuro. Non omninò ex virtute agit? Id verò omni preme latebrâ tanquam commune dedecus, & tantò major honeſti accedat cura, quanto diſplicet vitium pænè tuum. A fortuna deſertus vivit? Nihilominus agnoſce Patrem, cujus, non fortunæ Filius es. Rubor hic ingratitudo eſt; odium, impietas; fuga, contumelia.

Ultimum officium eſt Patrisfamilias *Cura domeſtica* cujus pars in fidas manus deponenda,

nenda. Sed si graviora non avocent, ipse omnia adeat, perlustret, exigat, ad rationes vocet. Addit rebus emolumentum oculus Domini, meliùs omnia geruntur illo teste. Insitum est servis in rebus non suis sola sua lucra æstimare, damna ut aliena ducere. Cura aliena minuit nostram, sed etiam fructum. Non ita tamen exiguis insistendum, ut totus sis in iis. Tibi imperium & providentiam, servis repone operam, & industriæ nonnihil concede. Videant sibi aliquid tribui, & fient alacriores. Qui omnia solus exequi studet, ferè omnia subvertit. Moderari debet studium prudentia, ut suum cuiq; maneat. Neq; tamen langvidum in sua re esse convenit: & hîc ad exemplum trahitur qui regit.

Dominus absq; servo non est. Sed illo uti debet, non abuti. Vel à potentia aliena vel ab inopia sua habet quòd serviat, parem natura fecit. Jure, non arbitrio dominatio exerceatur, honesta nec ultra modum jubeantur. Lex divina ac humana sit præ oculis, hominem non bestiam cogites, nec fortunæ sis immemor. Contigit & ex regno in servitutem cadere, contigit & servos dominari. Sic imperia in subjectos modere-

mur, qualiter ipsi accipere vellemus. Laborum sumus domini, non vitæ aut corporum. Non alius vitæ necisque arbiter nisi qui dedit vitam, cæteri juxta ejus legem agant. Servus tamen meminerit se servum, nec egeat qui id ipsi memoret. Ferenda cuique sors, in quam vel natus vel cecidit. Equo, qui rumpere conatur molles frænos, induuntur asperi. Omne malum mitius tolerantia facit, & inducit asvetudinem, quæ est secunda natura. Nunquam servus non habeat quod agat. Desidia subvertit familiam. Sed Domini est prospicere, ut servi occupentur non obruantur. Qui nimium exigit, totum corrumpit, nec fidos habiturus. Vis tuis commodis studiosos efficere servos, age ut probus, & effice probos. Cætera fraudem patiuntur vincula, sola quæ virtus inducit tenent. Honestum potiùs recipiant, quàm verbera, gravius sit illis peccare quàm corripi. Absint flagitia, animus in corpore servili sit liber à vitiis. Neque diu est extra rerum jacturam qui in damnis virtutum desidet.

POLITICA

QUi regendæ impar Domui, quomodo

regat civitatem? Illene condat leges, cui Familia absque lege? Ille populis imperet, qui uxoris imperio obnoxius, qui servorum jussa accipit, qui placita filiorum? qui neque exlegem ad jus reducere, neque audenti novit obsistere? Magnâ arte & industriâ opus ut plurimis præsis, neque malis artibus agendum, nisi iisdem perire malis. Erudit ad scelera, cui omnia æqua sunt pro dominatione. Neque servili opus hîc patientiâ, neque omni eo quod possis. In medio bonum est regimen, & securius quod cum virtute.

Qui primi Nationes ex lege vivere docuerunt, aut constituere Principem cui omnia obediant, & est *Monarchia:* aut omnia penes populum reliquêre, & est *Democratia:* aut voluerunt à primatibus seu optimatibus gubernari, & est *Aristocratia:* aut à pauculis sive sapientiâ, sive censu præcipuis, & est *Oligarchia:* delecta ex his Reipublicæ forma felicior cæteris, sed nonnisi pænes liberos populos esse potest. Multis objecta periculis, sive quia sunt qui licentiæ falsum libertatis nomen præponunt: sive quia nonnullis in turbido spes, in expedito verò est, turbare ea quæ sunt penes

multos: ſive quia cupiditas dominandi cæteris affectibus flagrantior comitesque odit. Cæterùm utiliſſimum eſt, nec uni, nec paucis, nec multis abſolutam eſſe poteſtatem: & maximè conſonum homini non ad ſervitutem nato.

Sed quicunque præeſt, non dominationem & ſervos, ſed Rectorem & cives cogitet, & unicè ſpectet ſubjectorum felicitatem. Suâ vigiliâ omnium ſervet quietem, ſuo labore omnium otium: ſuâ induſtriâ omnium commoditates: ſuis negotiis omnium vacationem. Qui ſe enim Reipublicæ dedit, ſibi ſe eripuit. Sol eſt terræ Princeps, non ſibi calorem & lumen fundit, quæ ſi intra ſe retraxerit, magnus in terris ſquallor, & omnia infirmantur. Tutorem imò Patrem ſe profiteatur, nec ſolùm palam, ſed & in occulto. Nam omne crimen regium pellucet. Et non tantùm è re populi, ſed ex ipſius eſt Clementem eſſe. Qui inſtar Patris agit, inſtar Filiorum habet ſubjectos: qui timetur timet, metus in omnes ſparſus, in autorem redit. Nullum pulchrius digniusque Rege encomium, quàm dici Patrem Patriæ, delicium Civium. Cæteri tituli non perſonæ dantur, ſed dignitati. Pri-

Prima *virtus Principis*, Amare Cives, hæc amore dignos efficit. Nolim illum ſuis ut Cometam oriri, breve id ſidus. Illa demum poteſtas eſt ſtabilis, quæ uti ſupra omnes ita pro omnibus. Qui pro ſalute omnium excubat, illius ſalutem omnium tuentur excubiæ. Neque alienis magis luceat quàm ſuis. Durum eſt videre, ſi Princeps magis in alienos homines, vel mores feratur, quàm patrios. Amorem in Cives *Clementia* ſequatur, nullum illa magis quàm qui in ſummo, decet. Qualiter ſe vellet regi, regat, & qualiter optat obediri, parebunt. Ominoſa vox: Oderint dum metuant. Vivat cunctis optantibus, & læti pro ejus ſalute Cives ferant ſuperis vota. Fortisſimum Regis munimen eſt amari. Sed falſus amor etiam malis artibus obtinetur, verus nonniſi bonis. Etiam pesſimum Principem omnes ſe dicunt amare, ſed omnes optant depellere. Miſer eſt qui ſuis invitis vivit, & fortunæ tribuat quòd ſuperſit. Aditus non clauſi, prompta affabilitas, carum faciunt, & ſi nihil ſit quod tolerandum. Satis ſit Regi quòd Civis accedat, etſi absque munere. Honores inſvetos aut externos ne exigat. In veſte ipſa novitas offendit.

Proxima Clementiæ *Justitia*, nec una ſine altera inter virtutes conſiſtit. Largiri ſua, Principum eſt; invadere aliena, hoſtium. Aurum opesque ſubjectorum ſint illis in gaudio, ſed non in deſiderio: ſua gloria & munimentum ſunt, ſi penes Dominos quietæ maneant, ſecùs in contrarium vertent. In jure dicendo ſit Princeps æquus, neque aſſentationibus eorum quibus mos eſt honeſta aut diverſa Principis pariter laudare, neque irâ declinet vel amore, malitque à lege pænas, à ſe decerni præmia, & quaſi adactus plectat, nec tamen quidquam ab juſto declinet, aut illud poſt alias curas & ſegniter habeat. Et ex hac norma legum præſides, civitatumque Rectores, ſtatuat. Jura non potentia vincat, aut facilitas pereundi nimia queratur. Nihil in curia & tribunali ſit inſtar mercis, innocentia & culpa diſcernat. Per largitiones quæſita ſubſellia per fænus exercentur, quod & illis in uſum ferè venit, qui ambiverunt. Magiſtratum virtutes non opes ornent. Qui causâ obtinendi officii fas & dedecus pro eodem habent, in officio illicita pro juſtis exequuntur. Dignitas utilitatem civium, non ſua ſpectet emolumenta. Rationum

Regni

Regni & æris publici Curatores ita agant, ac si mox rei futuri repetundorum, vel rei neglectim & sine cura habitæ. Luxu & avaritiâ privatâ non affligant. Antevertant per providentiam damna, & quæ caveri non poterant, solentur industriâ. Nec semper ad præmia laboris, verùm sæpiùs ad gloriam servati boni publici respiciant: non enim unam meretur Civicam, qui ærarium regni salvavit. Malis artibus partæ opes non vertunt in bonos usus. Per onera aliorum quæsita per casus elabuntur, nihilque amat possessorem nisi honestè habitum.

Moneri velle ac posse secunda post Justitiam est virtus. Nemo aptior regno, quàm cui veritas venit ut amica. Qui etsi plurimùm valeat consilio, omnia consultè agit. Neque enim soli sibi Princeps errat, aut rectum tenet. Sed quibuscum agit, sint multi usûs & sapientiæ, quique audeant sensa proferre, & monere. Nihil præ honesto æstiment. Indigenæ sinceriùs in rem Patriæ consilia dirigunt: ab Externis sæpiùs sine amore feruntur. Consiliarium non præcipuè sanguis ac census, sed fama egregia, bonæ artes, & insignis commen-

det prudentia, ut qui neque ex consilio rem suam augere studeat, neque grata præ salubribus afferre. Et inter Consiliarios tutiùs eò tendere Principi, quò plures, qui tamen non prior dicat, ne idem dicendi necessitatem imponat. Obstinati ac furentis est, propriam sequi sententiam quamvis deteriorem, ne alienâ videaris indigere: turbatæ quasi mentis, prosequi male cæpta, ne credaris absque causâ incepisse. Sapientis est, in novum statum re translatâ mutare consilium ac sequi tempora. Sed cùm Princeps quærit obedientiam legum, ipse exhibeat, id sibi solum licere putet quod cum lege est, licet homini non paret, legibus subsit. Præeat in his quæ sancivit servandis, populus sequetur: spernitur, quod Legislator despexit. dicta factaque Regum civibus imperant, & parendi sunt exemplum.

Majestatem ornet *Modestia*, magna illa esse potest, etiamsi fastus non exaggeret. Quæsitus splendor offendit. Sequetur aula ac in mores transibit. Gravitas & continentia parat reverentiam. Ab assentatoribus cavendum, & si hæc pestis vix satis vitari possit, sed si afflaverit studendum ne corripiat,

ripiat, ne verò afflet, auditu, imò visu arceatur. Omnem illa observat rimam, quâque ingredi tentat; sed severitate, professoque odio compescitur, nec satis semel. Laborabit iterum ac iterum se infundere, sed nusquam se non per blanditias prodet quoscunq; vultus comminiscatur. Sunt qui specie libertatis,& veluti contradicerēt,sunt qui specie legum adulentur, sed in his omnibus quomodo blandiantur quærunt. Impenetrabili opus est animo ac virtute purâ loricato. Alioqui si subeant vel tantillum, etiam rejectæ placebunt,& expulsæ blanditiæ recipientur, & semel receptæ contra veritatem obfirmabunt, ut deinde auditus nulli fiat pervius nisi quod placet. Ars hæc usitata iis qu honores intendunt, sed demum ubi obtenti sunt, falsum deponit vultum. Habenda meritorum ratio Principi in donandis officiis: dentur sed non velut in scopulos ut jactentur. Sed quorundam primo falsas virtutes, vera vitia detegit magistratus, quidam digni sunt nisi fungantur. Acri hic inspectione & in omne latus necesse, nec solo visu & auditu sed etiam experimento. Deniqúe etsi decipi contingat, ita agendum ut decipi potuisse, meritò non

videaris. Par ſit, aut potiùs major officio qui adhibetur: vires ad illud afferat non paret, qui accipit: ſplendorem muneri quod geſturus, videatur poſſe dare, non ab illo expectare.

Regia res *Stare verbo*, neqúe à promiſſione dividere promiſſum, prioreqúe contentum velle Civem. Regum fides ut Numinum ſit populo: quæ ſi fallat, nec ipſi ſunt inſtar Numinum, & reliqua illorum oratio de aſſenſu periclitatur. Vilium eſt verbis ludere. A Majeſtate ut oracula veniant. Regium & illud, non ferre ut à potentioribus injuriæ in minores pro libidine ſpargantur, neque diſſimulare populum ad æqua & iniqua pariter adigi, aut à ditiorum fortuna premi. Sæpe his initiis ad triſtia deventum, & ubi ſpes deſiit, atrox ſucceſſit audacia. Miſero enim accidit, ut ſua calamitas, quam ferre ampliùs non poteſt, ſit pro potentia. Nec enim aſtra omnia in nos quæ poſſent agere ſinuntur. Nec homines, quos aſtris æquavit felicitas, decet. Ut cœlum omnibus æquum eſt, ita ſint & in ſublimi poſiti. Nec ſub eo Principe felices populi, ſub quo nihil niſi potentia valet, nec ſub eo, ſub quo nulla majo-

rum

rum poteſtas. Non omnia condonet, neq; nihil; habeat ſeveritas, habeat & clementia metas, ſed juxta ingenium populi. In quibusdam enim magis unâ quàm aliâ proficitur. Neq́ue ſtatim primum populi murmur ab exequendo deterreat, nec ultimum expectetur. Sed omnia ex jure & magis fiant cum clementia. Jus feret populus, ſi à Domo Principis & Magiſtratibus incipiat, cujus robur in debilioribus exercetur, pro injuria ducitur.

Cuſtodia corporis adhibenda eſt Regi, ipſe ſe prodit qui non præcavet, ſed nulla cohors ſufficit niſi Princeps ametur. Tanto milite ſe primi vallabant Cæſares, & ferè ſinguli manu mortui. Nec in criminibus Majeſtatis ſit nimius, quâ arte libertas Romanorum ſubverſa, dum juxtà vera ac ficta punirentur, accuſatorq́ue ſubderetur. Regis vitâ vivunt cives, proinde inſtar omnium habenda, & habebitur ſi ea vivant, non moriantur. Animus ſui Regni Princeps eſt, eo deficiente regnum deficit, periclitante periclitatur, Si poſſunt inſidiæ ſine ſangvine opprimi, non exerceatur ferrum & lictor, nec ultra proviſam ſecuritatem. Quædam cautelâ ſuperandæ, quædam beneficio,

& quia sunt deprehensæ, pulchrius est veniam dare, si ea satis tutum facit, quàm vincula induere. Præcipuè servitio vel injuriâ pressi in vitam Regis inquirunt, & per quem mori cæperunt, eum vivere dolent. Injuria non in solis est factis, est & in verbis, cavillare quorundam dicta pro contumelia fuit, imò risisse. Seditionis etiam remediis asperis miscenda lenia, & quia sæpè inanibus movetur causis, refutandæ, sed capita seditiosorum curæ esse debent. Sunt quibus si ignoveris, iterum audiant, talibus non permittatur bis errare. *Iracundiæ* quàm maximè *temperet* Princeps, nisi velit etiam cum regno periclitari. Multa excidunt irato quæ noluisset, multa accidunt quorum veniam precari puderet, & tamen accidunt. Ira brevis est insania, & tamen insania. Irato justa videntur quæ vel ipse damnaverit placatus, neque cum ira eorum abit memoria & fructus. Ubi semel cæpit incendium se propagat, nec ejusdem est spargere ignes & restingvere. Una scintilla sufficit ut magnas exurat urbes, vix plures gratiæ instaurant. Exitiosus est cui dominatur ira, etiam dissimulata. Ignis etsi occultetur ignis est, suffocare opus non tegere, ut tutæ

sint

sint domus. Irato præterea nihil sani suppetit, eodem modo judicat de rebus ac febriens de cibis. Post iram, *Cupiditates* teneat Princeps. Nunquam satis latere possunt, coalescunt usu & publicæ fiunt maculantque palam. Occultata fuerunt Capreis quæ Tiberius egit, & facta sunt historia. Latuêre quæ Nero in Britannicum commisit, & leguntur. Factum intra parietes, infamia nec intra urbem consistit. Publica sunt quæ à personis publicis peccantur.

Magnanimitas magnis admotos decet. Contemnat Princeps tam injusta vulgi convitia, quia vulgus est: quàm Potentum dicta, quia ultra suam fortunam loquuntur. Nemini regnantium contigit ab obloquentibus esse immunem, sed qui virtute nixus feliciter sprevit. Audierat Antigonus Rex quospiam è manipularibus in se probra jactitantes, pro ira monuit, abscederent, ne audirentur, & finis moniti silentium. Spernendo vincuntur sermones, & interdum permissi ad saturitatem venire deficiunt. Si irascaris, agnoscere videris dici verum, & gliscit. In dissimulatione victoria quæ nunquam deficiat: Si vindices, cautiores reddes non taciturniores, & habet hæredes loquacitas.

citas. Auguſtus cum primùm amari cæpit, cùm multa ſpernere, punitis accedebat authoritas.

Sed in toga Princeps *cogitet ſagum*, ac ſæpe de Provinciarum ſalutę ac vicinorum quærat morbis. Sed bella nonniſi bono civium incipiat, & cum unum incipit plura cogitet, non enim contra unum movet cùm unum impugnat, & quæ poteſt conſilio non committat armis, quorum ſæpè exitus non ſequuntur cauſam. Melius cum Scipione unum Civem ſervare, quàm mille hoſtes perdere. Et ſi bellandi neceſſitas, in hoſtico bellet; domi, unicus victoriæ fructus cadavera hoſtium, foris terræ ac provinciæ, & ſui regni integritas. In pace ergo meditetur bellum: Duces paret aut legat fortes, non ſangvis & opes terrent hoſtem, ſed veterana providentia ac robur. Fortitudo & ſcientia magis nobilibus ineſſe ſolet, tolerantia laborum plebejis, fides & ardor in hoſtem civibus. Militem nitidum & quæſtuoſum, & qui per oppida meruit, remittat. Domi aſveſcant vallo & foſſæ & armorum ponderi, & expugnationi, ferociam ſervent ad campum. Odiſſe neſciant niſi hoſtem, rapere niſi prædas:

das: ſtipendium illis ſit ſatis, & ſtatim numeretur, labor ſit pro otio: quæ duo ſi defuerint, parata ſeditio, & patriæ direptio. Læti Imperatorem ſequi ac pulverem diſcant pati. Abſit à caſtris diverſa religio, abſit alter ſexus, ex utroque ſcelera, perfidia, diſcordiæ. Non tantùm ponendum eſt in munimentis quantum in campo, illa contra primos incurſus, hic ad victoriam, & dum foris pugnatur, domi ſupplendis exercitibus juventus ſcribatur. Auxiliarium ſociorumque ſangvine victorias obtinere, Romanæ artis erat, ſed non eos intra Regnum admittere. Neque fortiores.

Victor & proſequi ſucceſſum & fructum quærere ſciat victoriæ, illoque frui. Multas hoſtium capere munitiones, gloriæ prædarumque plenum, ſed quæ teneri non poſſunt non relinquantur, nulla enim eſſet utilitas ex captis: teneri verò non poſſunt, ob quarum præſidium, tuum valdè minueres exercitum, vincique in campo poſſes. In victos clementiâ utendum, ſævitia ad extremi periculi deducit experimentum. Diſſimulare Dux noverit adverſa. Noſcatur exercitui, diſcat à peritis, ſequatur optimos. Nihil formidet, ſed omnia intentus

agat,

agat; & quædam compoſitius quàm feſtinanter. Priùs proſpiciat ne vincatur, quàm vincat, & ſuum potius habeat bonum quàm hoſtis malum. Multos perdidit, quia plus hoſtili damno intenti quàm ne ipſi incurrerent. Nemo ſciat quid imperator acturus. Adverſus exploratores ſit diligentia ad ſeveritatem: adverſus eos qui rupiſſent imperium nulla indulgentia. Prope latus habeat qui bella experti. Optima ratio futuri ex præterito venit. Qui jam aliquid cum ſucceſſu geſſit, iterum promptè geret. Contraria aſſeverantium diſcordias eruat, & meliora ſervet uſui, contra alia ſe muniat. Iis tamen tutiùs qui malunt facta quam verba in periculo ſe circumponet. Quibus in oratione multa fortitudo, in diſcrimine deficit. Civilia bella omni induſtriâ priuſquam adoleverint ſubvertat, ſæpe illa contentione levi cæpta mittunt omnia in atrox diſcrimen, neque regna ferè perierunt niſi ſuis viribus, & cùm partes externa invocârunt auxilia, totum præda eſt factum. Dum certant inter ſe diviſi, omnes vincuntur, & qui ſi in commune conſuluiſſent formidini fuiſſent, ludibrio fiunt. Oriuntur hæc bella vel ob violatum pudo-

pudorem, vel fidem legesque ruptas, vel ob libertatem verè falſovè læſam. Concitores Filii ſæpe exulum aut exules. Promovent quibus in pace nulla ſalus, nullæ bonæ artes, & quibus ſpes ſupplendi opes, quas luxu & laſciviâ aſſumpſerunt: ſequuntur vel decepti, vel quibus major lucri quàm honeſti amor, ad omnia venales; vel qui ſub publico privatum exercent odium. Sed dum mutuis cladibus agitur, pro hoſte certatur; & qui vincit, non diu gaudet. Quæ externis ſteterant floruerantq; bellis, dum in ſe incumbunt, mutuò ſe proruunt, & qui ſervare impulſa nititur, quamvis magnâ ſit ſapientiâ, vix ſufficit, dum partes & disjiciendæ ſunt & uniendæ, diſplicetque aliquam vinci aut vincere. In tranquillo imperia audiuntur, in turbido neque Ducis præſentia obtinet. Noverit ergo Princeps Potentiorum ingenia, conſilia, vires. Diſpiciat ſi quis Catilina, artes prævertat artibus. Conſilia ſubvertat conſiliis, celeritate præocupet; ſolatio, metu, ſpe veniæ, vi apertâ, ſuaſu, ingenio, occurrat. Felix regnum quod Principe ad publicum bonum nato; felix Princeps qui Repub. quietâ gaudet.

DE

DE RE AGRARIA.

EXtendimus hîc nomen *Agrarium* , & sub eo complectimur prædium , imò omnia elementa. In terra, agros, prata, hortos, pomaria, bestias domesticas & venatu captas considerabimus : In aqua , stagna, lacus, pisces, molendina : In aëre aves tam cicures , quàm illas circa quas exercetur ars aucupum : In igne quædam quæ illius ope conficiuntur. Tractatum verò totum in decem sectiones partiemur. Quarum erit

1. De hominibus ad rem agrariam spectantibus.
2. De agro & his quæ quasi spontè in agro proveniunt.
3. De agrariis officinis.
4. De quadrupedibus agrariis.
5. De volatilibus agrariis.
6. De Venatione, Aucupio, Piscatione.
7. De horto.
8. De Pomario.
9. De tempore Agrario.
10. De sanitate hominum Agrariorum.
11. De Revisione rei Agrariæ.
12. De Agrorum Dimensione.

SE-

SECTIO I.

De hominibus ad rem Agrariam ſpectantibus.

SUb iſta ſectione agemus 1. De Domino agri ſeu prædii, ſive Oeconomo. 2. De Factore. 3. De Villico. 4. De Villica. 5. De Diſpenſatore. 6. De Colonis. 7. De Oeconomia fæminarum. 8. De Cellario. 9. De Coco. 10. De Oſtiario.

AXIOMATA AGRARIA.

1. Legum divinarum cuſtodia rem domeſticam conſervat.

2. Nunquam ſine ſuo damno Dominus familiam damnificat.

3. Lites inter familiam diſſipant bona Domini.

4. Illudit ſibi, qui dum rem novam aggreditur, non priùs confert impenſas cum ſperato fructu.

5. Famulos in ſuo genere perfectos utilius eſt majore ſtipendio retinere, quàm imperfectos minore.

6. Non eſt ſecurum, veteri modo omiſſo in cultu terræ novum ſectari.

7. Nullum animal transferendum ex loco meliore, ad viliorem.

8. Qui male arat, pejus metit.

9. Modicus ager utilior benè cultus, quàm duplò major negligenter habitus.

10. Frequens mutatio cultoris agrorum pessima, & ferè optimus est qui in eodem agro natus cultor.

11. Dum novus admittitur famulus, si statim quævis difficillima recipit se facturum, facturus est modicum. Melior qui circa aspera sibi proposita hæsitat.

12. Malè agitur cum Domino, quando Villicus docet Factorem.

13. Non facilè ob unum vitium famulus antiquus dimittatur, ne novus cum pluribus veniat.

14. Nulli novi famuli admittendi facilè: sed illi difficillimè, etsi boni videantur, qui frequenter mutant Dominos.

15. Vernaculæ solent esse fideliores & Dominorum amantiores, neque inutiliter administrant.

16. Postquam ad perfectionem in Oeconomia deventum, quasi hæreditas in successores est traducenda ars culturæ agrorum.

SUBSECTIO I.

De Domino Agri.

Agetur in hac quasi de Legibus Domini.

CAPUT I.

Leges Domini Agrarii.

1. Ante omnia curet timorem Dei, inque eoque præeat exemplo, ut benedictionem obtineat, sine qua labor & industria nihil proficiunt. Et certè si probam familiam habuerit, fidelem inveniet: Si non solverit stipendia, fures metuat & in labore falsos. Quidquid alieni inter sua detinet, est instar pomi putris inter salubria, quod omnia corrumpit. Decimas, & si quæ ad Ecclesiam, ac testamentorum executiones spectant, quàm citissimè exolvat, alioqui vix grandines, tempestates, & alias cæli vindictas, imò & hominum injurias evasurum se sciat. Servet justitiam circa domesticos, providendo quo debet, sic in ordine continebuntur. Qui necessarii non sunt, etsi minimo contentos se fore spondeant, ablegandi sunt. Ubi justitia, ibi obedientia Mater boni ordinis, quam sequitur locupletatio.

2. Propriæ terræ habeat dimensionem exactissimam, & sciat perfectè quantum possideat, ita ut nec unus terræ pes illi sit ignotus: & quantum de terra occupent, sylvæ, paludes, arenæ, & alii loci infructuosi, & per artem incorrigibiles. Ex tota terra quantum ad quemvis pagum spectet, & in pago ad quemvis colonum cujuscunque conditionis, quæ omnia ordinatè & exactè descripta habeat. Jam inquirat si quæ pars terræ utilis vacet, cur illa otietur? Elocetur, vel aliter fructui accommodetur, quod suo aratro excoli non potest. Jam quæ potest emendari terra, ubi eluviones coërceri, remedia quærantur. Noverit etiam opes subditorum.

3. Nunquam plùs terræ colat, quàm possit commodè colere, quia & subditos opprimet, & non plus percipiet fructuum. Reliquum vel elocet, vel aliter in commodum vertat.

4. Habeat ita clausas domos prædii, ut nemo ingredi, egredique possit, postquam clausæ fuerint. Multæ hinc proveniunt utilitates.

5. Judæos non expedit in suis bonis habere, quia lucra subditis præripiunt, &

cum

cum illis abeunt: deinde occasionem dant furtis, rapinis, dum quocunque modo acquisita solvunt: ad ebrietates inducunt, dum res quascunque pro potu recipiunt: depauperant, dum sub usuris admittunt; & plerumque morbos in victualibus, ex odio in Christianos propagant: Suggerunt Dominis modos illicitos, quibus à subditis corradant pecuniam, & illos seque perdant. Legatur de his D. Sleszkowski.

6. Melius est à subditis crebras & parvas exigere contributiones, quàm subinde magnas. Item, faciliùs in rebus, frumentis, quàm in pecunia; frumenta verò in cerevisiam, crematum, panem, convertenda, & sic vel aliter divendenda.

7. Non facilè admittendus famulus, qui sæpè mutat Dominos, etsi bonus videatur.

8. Nihil differ in aliud tempus, quod modò possis exequi. Et obedientiam à subditis rigidè exige.

9. Dum ex uno prædio transis in aliud, priùs Factoris inspice regestra, ut in recenti videas, quid te præsente consumptum, & subscribe adnotato anno, mense, die.

10. Meliùs est habere Venatores pro capiendis feris, quàm ut ipse, dum illis ca-

piendis vacas, tempus utilioribus ſubtrahas.

11. Horologium in omni prædio habere, multùm eſt utile.

12. Rationes cum Factoribus non ineundæ, priusquàm debita pecunia recipiatur ab illis.

13. Rationes cum Factoribus ineundæ ſingulis annis circa initium Januarii.

14. Singulos ex familia ſubinde alloquere, ut intelligas an ſtipendium & victum conſtitutum percipiant, an injurias patiantur. Et cuique aliqua gratia facienda, ut hilares abeant. Sed priùs de ſingulis cum Factoribus agendum, ut cognoſcas, in quo laudandi, aut reprehendendi.

15. Poſt feſtum S. Martini Factoribus prædiorum convocatis, inſtituenda conſultatio, quomodo fructus augendi, damnis ſi quæ fiunt occurrendum, tum de ſubditis qui egent auxilio, & cur ſint pauperes, & quomodo juvandi. Deinde reddant regeſtra modo quem infra ponemus, quantum ex quavis re ſeminata collegerint, quantum animalium & Avium acceſſit, quæ omnia num ſe ita habeant inſpicienda. Hinc facilè conjiciet, adjectis aliis proventibus,

 quan-

quantum ſperare poſſit redituum; ex quo ſi ſubduxerit quantum in victum ſolet inſumere, vinum, aromata, veſtitum, ſtipendia famulorum, patebit, quid ipſi reſidui. Cum iisdem Factoribus conferet, quantum in quavis re victuali ex quovis prædio pro ſua menſa ſit expectandum, & ordinabit quid & quando ex quovis ſit afferendum, atque omnia quæ concluſerit in charta adnotabit. Item ex illis cognoſcet quæ neceſſaria, ſi è prædiis haberi non poſſunt, unde & quomodo acquirenda, illisque committet, ut opportuno tempore in memoriam revocent, & ipſe adnotet.

16. Singulis annis quater circa quatuor tempora inſpiciat rationes, & videat, utrum alicui famulo, vel operario ſolutio detenta, aut debitum alicui non perſolutum, & in his ſtatim ſatisfieri curet. Iisdem temporibus reflexio facienda ſupra ſingulas Domûs perſonas, Factorem, Villicum, operas &c. Quomodo ſuo attendant officio; quantas expenſas faciant, & num ad illas ſufficiat ſtipendium, vel quâ arte illas augeant.

17. Circa eadem quatuor tempora videndum, utrum aliquod ædificium minetur

ruinam, & quæ egeant reparatione, quibus novis opus. Item quæ ſcelera inter ſubditos vigeant, utrum maleficium, ex quo maxima ſolent provenire damna, &c.

18. Singulis menſibus cognoſcendum, an plus carnium, avenæ, fæni, & ſimilium ſit inſumptum quàm menſe præterito, & quare? item an eleemoſynæ ſint datæ quæ dari ſolebant? Item an ſint omnia facta, quæ fieri imperaſti?

19. Qualibet die luſtrandum aliquod ædificium, horreum, granarium, ſtabulum, braxatorium &c. Vel hortus, pomarium, agri; & videndum an omnia ſint neceſſaria, vaſa, inſtrumenta. An quis otietur, vel malè ſuo fungatur munere? & ſi in aliquo deſit, non ſtatim mutandus, ſed corrigendus: an ſuo tempore eatur cubitum & ſurgatur? quomodo ſe circa ignem gerant, an ſervetur mundities & quomodo circa hoc vitiis occurrendum? an ebrietates vigeant? an res aliquæ per neglectum corrumpantur præcipuè in diſpenſa, veſtiaria? An tempeſtivè omnia extradantur ad braxatorium, culinam? &c.

CAPUT II.
Leges aliæ.

1. Sciat Dominus quantum expendat in diem, hebdomadam, menſem, annum, & moderetur ut aliquid ſuperſit in expenſas extraordinarias quæ poſſunt occurrere, ut caſus, juris lites, incendia, diluvia, ſterilitates, medicinas.

2. Non negligat damna minuta.

3. Juſta ſint illius imperia, & obtinebit obedientiam, & ubi hæc fuerit, ordo erit: ubi ordo, divitiæ, quæ augentur, ſi præmientur boni, puniantur mali. Ex avaritia verò injuſtitia oritur.

4. Tempeſtivè proſpiciat quæ ſunt neceſſaria, domui, familiæ, officinis; alioqui damna incurret, furta patietur, & ſollicitudines.

5. Advertat omni anno in Autumno, an per induſtriam Factoris omnia augeantur, an per incuriam minuantur. Indignus enim officio Factoris ſeu Capitanei, qui non ſemper augmentum facere conatur.

6. Summa rei Oeconomicæ in hoc. Optima ſemina inſerere, ſtabula & haras implere, & pro his ſuo tempore quàm maximam pecuniam cogere, eâque ſcire uti.

 7. Fun-

7. Fundamentum Oeconomiæ, bonum ſtabulum, hara & ovile. Hinc labor agreſtis procedit, terræ pingvedo, & pecunia.

8. Unus ſit & idem in aula, qui omnia quæcunque ex prædiis mittuntur recipiat, & ſcribat ſingula diſtingvendo per prædia & menſes, ſub finem menſium ſcribat ſingulorum ſummam, ſeorſim autem cujusq; expenſam, id eſt, quid præfecto ſtabuli, culinæ, cellarii, braxatorii, &c. quolibet menſe & die dedit. Sic enim faciliùs & cum ſingulis Præfectis, & cum Factoribus prædiorum ratio inibitur.

9. Singulorum menſium die primâ revideatur, quid deſit ad menſæ ſuppellectilem, veſtes, culinam, cellarium, &c. Notentur ſingula, ut opportunè provideatur. Similiter quid circa aromata, candelas, ligna: & hæc quidem præcedenti hyeme convehenda pro ſequenti, ut per æſtatem ſiccentur.

10. Priuſquàm novus recipiatur Factor, videndum an jam alibi, & quomodo id officii exercuerit, ne tuo damno vel diſcat, vel exerceat. Item an agrorum naturam intelligat, tempora ſerendi, colendi. Et præſtat corrigere quàm mutare.

11. Providendum ne notas ligneas quas habet Factor & Villicus, mutare possint.

12. Calendarium sit in quovis prædio, ut sciantur dies festi & laborum, cursus Lunæ. &c.

13. Inventarium circa festum S. Martini inspiciatur, ut scias quid accesserit, quid decesserit.

14. Melius esset, si custos domûs esset stabilis, quàm ut rustici per ordinem custodiant. Canes custodes interdiu claudantur, sic evadunt pro nocte attentiores & ferociores.

15. In quovis prædio habeatur grande hypocaustum separatum, cujus parietibus affixæ sint scalæ pabulariæ pro fæno, ut hyeme vituli, & vaccæ dum mulgentur calefiant, ibidem sit focus, & pistrinum.

16. Cellarium pro servandis lacticiniis sit in eo loco, quem Sol non accedit. Cavea casearia sit bene munita, & perflatilis, tutaq; ab hominibus, avibus, gliribus. Idem de domuncula gallinarum, propter bestiolas.

17. Habeatur index omnium instrumentorum & vasorum, quæcunque possunt esse necessaria ad aliquam officinam, ad molendinum,

dinum, braxatorium, lanificium, naves.&c. & ſubinde reviſio fiat, an ſint omnia, & an integra ?

18. Rationes in eodem loco vel prædio recipiantur de quo ſunt, ut videri poſſit, an rebus concordent.

19. Ad reviſionem faciendam, eximproviſo veniendum, & ſtatim regeſtra, & claves granarii, horrei recipiendæ, tum fiat reviſio.

20. Novum frumentum pro neceſſitatibus braxatorii & domûs coëmendum, & proprium in cariora tempora ſervandum videtur quibusdam.

21. Poſſunt clanculùm aliqui ruſtici conſtitui, qui ad facta erroresque Factoris attendant. Sed illis valdè cautè fides adhibenda.

22. Ita labor à ſubditis exigatur, ne illi depauperentur, ſed potiùs continuò ditentur.

23. Omnia ſine dilatione fiant ſuo tempore, & ſic ad omnia tempus ſufficiet.

24. Judicia generalia ſingulis annis inſtituantur, & querelæ ſubditorum audiantur.

25. Sciatur quantum in uno ſtadio ſeminetur, ut inde fiat conjectura de cæteris.

26. Sin-

26. Singulis menſibus prædiorum expenſæ examinandæ ut ſciatur quomodo expendantur.

27. Diſpenſatores non ſine fructu fiunt Factores.

28. Quæ ſunt emenda aut vendenda, non æſtate expediantur, ne labor impediatur.

29. Villicus & decuriones attendant, ut agri Domini benè excolantur, ſeminenturque, idque ſub comminatione, ſi id neglexerint, quòd Dominus quæ ſunt eorum frumenta ſit accepturus, ac ſua illis daturus, etſi id fieri non debeat.

30. Gallinæ tributariæ non miſceantur cum domeſticis, ſed ſint loco ſeparato, in quo pro culina pingveſcant, interim ferant ova.

31. Fructus fluminum & aquarum piſcoſarum non negligantur.

32. Cùm rationes meſſium reddit Factor, ſimul oſtendat partem ſeminum qualia ſevit.

33. Butyrum, caſei, non ex eodem prædio ſemper pro uſu accipiantur, ut noſci poſſit ex quo hæc meliora, & diligentiùs facta: proinde ſignentur ut ſciatur quæ unde veniant.

34. In Villicum non aſſumatur niſi is qui ſuos

ſuos agros bene colit, & domum bene regit.

35. Maximè attendatur, ut agri ſint bene conſiti.

36. Rei domeſticæ conſulit, qui pannos & aromata emit cumulatim: Qui frumentum tempore quo carius eſt, vendit: qui boves venales benè impingvat: qui nihil niſi numeratâ pecunia emit; qui hujus anni pecuniam non exponit, ſed præteritorum ſe ſuſtentat: qui proſpicit ne quidquam emat victualium: qui potiùs vendit quàm emit.

37. Si ſunt ſylvæ, propè collocetur pagus artificum, qui de ligno laborant.

38. Non opus eſt eſſe parcum in faciendis expenſis, quæ lucrum afferunt.

39. Singulis hebdomadis rationes Diſpenſatorum examinentur.

40. Cùm Factor novum juſtum proventum & ſine oppreſſione ſubditorum invenit, de illo participet.

41. Habeat Calendarium, (quod ſingulis annis reformandum) in tabula quapiam, vel charta ampla. Sit illud in decem columnas diſtinctum. In *Prima* ſint dies menſis, Lunæ & feſta. In 2. diebus adſcribatur labor

labor rusticus, qui die quâvis debet exerceri, quando arandum, serendum, ligna pro ædificio cædenda, fænum defalcandum, messis &c. In 3. res hortenses, quando quævis serenda, colligenda. 4. Res medica, quando destillationes, syrupi, electuaria, &c. instituendæ. 5. Animalia, quando oves tondendæ, admissio facienda, mellificatio, anserum deplumatio, altilia &c. 6. Res penûs & cellarii. Ubi adnotandum, quæ, & quando, & ubi comparanda spectantia ad provisionem in victu, quando carnes saliendæ, brasium faciendum, cerevisia coquenda, &c. 7. Res domûs, pelles & panni quando & ubi comparandi, fornaces instaurandæ, incrustationes, &c. 8. Res divendendas, quando, & ubi. 9. Agenda specialiter, ut lites juridicæ, præcepta data famulis &c. Hæc & sequens columna nuda erit, ut in ea scribi possint, quæ sunt scribenda. 10. In hac notabuntur eventus varii & casus, quando quis hospes fuerit, iter susceptum, literæ datæ vel acceptæ. &c. Priores columnæ octo juxta probatissimas experientias conscribendæ erunt, neque primâ exceptâ, oportebit eas singulis annis variare. Expedit autem hoc calendarium in secreto

cubi-

cubiculo in charta expanſa, ut totum ſtatim oculis pateat, habere. Ex hoc calendario id commodi habebitur. 1. Non facilè rei alicujus agendæ obliviſcemur. 2. Quæ imperâſti fieri, dum illorum es memor, urgebis. 3. Omnia inſpicere ſuo tempore poteris quæ aguntur, ſive illa per te adire volueris, ſive per alium, & ſic omnes coguntur ſuo tempore omnia exequi, & tu omnibus intendere. Sunt & alia commoda, quæ uſus oſtendet. Exemplar hujus calendarii proximè dabimus. Et ſuppleri poterit ex ſect. 9.

42. Expedit etiam habere ſecretum cubiculum, ad quod non cuique pateat acceſſus, in quo ſint quatuor almaria. In *Primo* reponantur ſcripta quæ concernunt amicos & vicinos, ut literas ab illis acceptas, petitiones, memorialia, &c. cuique rei ſeorſim ſuperpoſitâ inſcriptione. In 2. Res jurium, eodem modo per titulos diſtinctæ. In 3. Res Oeconomicæ cujusque prædii ſeorſim, regeſtra, acta &c. & horum omnium ſit index. Item contractus. 4. varia alia quæ poſſunt occurrere.

43. Aucupes, venatores, piſcatores, artifices inducendi ut ab aliis induſtrias & artes ediſcant. 44. Li-

44. Limitum notitia plena & in jure fundata eſt habenda, & ſingulis annis videndum, utrum in eos à vicinis peccatum ſit.

45. Cùm in negotio ad aliquem ſcribitur, expedit domi exemplar ſcriptionis retinere.

46. Jura, præcipuè limitum, nulli oſtendenda, niſi maxima urgeat neceſſitas.

47. Scripta, quæ in ſecreto cubiculo continentur, revidenda circa initium cujusq; anni. Leges etiam ſingularum Oeconomicarum Perſonarum relegantur.

48. Ne ſpecie compendiorum Deminus ſe patiatur ſeduci. Sæpè enim dum magnas expenſas metuimus, facere majores cogimur. Et per parcitatem in parvis, in gravia damna labimur. Ita qui artifices quærunt, quos parvâ ſolutione expediant, ſæpè & laboris & materiæ detrimentum patiuntur. Qui famulos cum exiguo ſtipendio, non exigua incommoda incurrunt: qui Juriſtas levis ſalarii, & impenſas dum lis per incuriam trahitur, vel dum victoria perditur, amittunt, & magnas comparant ſollicitudines. Nolo tamen ut veluti tuæ pecuniæ iratus, eam disſipes, ſed ne parſimonia illudat inconſulta.

49. Dum messis incipit, ex quavis sexagena aliquem fidelem curet seponi manipulum, & manipuli ex quovis agro seorsim ponantur, atque diligenter recludantur. Tum trituratio in præsentia fidelis instituatur, sic enim colligetur, quantum ex quavis sexagena expectandum.

50. Videat ne Factor sit ebrietatibus aut amoribus deditus, neve ut mercaturam præcipuè in equis ac bobus exerceat, hæc enim non solent fieri sine insigni detrimento Domini. Quærendus verò est, qui ex natura sua Oeconomiæ afficitur.

51. Nullum subditorum cogat ad Matrimonium cum illa, cum qua ultrò ipse non vult, alioqui malè illis conveniet, & res illorum familiaris non sine Domini dispendio ruet.

52. Antecedenter alicui famulo solvere valdè inutile Domino.

Idea Calendarii hîc inseratur.

IDEA CALENDARII.

	Res Rustica.	Hortensis.	Res Medicæ.	Animalis.
1. Circumcisio. D.	Continuantur labores.			
2.				
3.				
4.				
5.				
6. Epiphania. D.				
7.				
8.				

Penus.	Domestica.	Vendenda.	Agenda.	Accessoria.
				Hospites fuerunt N.
				6. Misi famulum N. in tali negotio.

Res Ruſtica.	Hortenſis.	Medica.	Animalia.
Fimus in agros evehitur,	Superflui rami ab arboribus ab ſcindendi. Cortex radendus Prata repurganda. Plantandæ ſylveſtres plantæ. Roſæ transplantandæ, Ceraſa & Pruna. Decreſcente Lunâ prope plenilunium ſurculi pro plantatione ſcinduntur, & poſt Noviluniũ triduo, quia tales fructus liberi à vermibus. Rigandæ veteri urinâ radices, ut tanto majores fructus ferant. Porcelli nati hoc menſe ſervãdi, quia citò creſcũt & ſaginantur. &c. &c.		Frumentum jacens ventialandum, alioqui vermes in eo naſcentur. Apes ponuntur, purgantur, inutiles mactãtur. Equi, bovos, ſues, emuntur. Accipitres inſtruuntur, Fit piſcatio, Aucupiam, Venatio.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Vina debilia igni coquuntur dum flat Boreas.				

Res Ruſtica.	Hortenſis.	Medica.	Animalia.
Agri arãdi, ſerendum ſemen braſſicæ. Sere Petroſelinũ, Rapas, & potisſimum Cepas. Scopæ parandæ Carpiones in piſcinas mittuntur. Oves non permittendæ ad prata, quia è primo gramine ſuffocantur. Gallinæ ſupra ova ponendæ. Triduò ante Novilunium ſerenda piſa & vitia.	Horti fodiendi. Poſt Paſcha ſeruntur beta, braſſica, cucumeres, morellæ cũ Luna in Scorpio, Aq. Capr. Virg. Piſc. Radices Medicæ leguntur ante ſolis ortum.	Anſeres & Anates comeſti facilè febres generant. Betarum ſuccus colligendus. Semina colligenda Pini, Alni, Abietis. Sperma ranarum colligitur contra inflammationes. Illitum tollit puſtulas manuum, faciem mundat.	Gallinæ, Anates, Anſeres, ovis incubant. Columbi tunc excluſi meliores quàm Autumnales. Alvearia purgantur.

TIUS.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Aquæ minimè ſalubres. Cerviſia coquitur ut duret.				

Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
Alvearia purganda, ut statim apes possint mellificare. Aratio fit.	Cucumeres seruntur die S. Marci. Cepæ seruntur ipso occidente sole. Lunâ plenâ, majores crescunt.	Purgatio, ut mala hyemis expellat, sumēda. Lactuca paretur è gemmis betarũ & lupuli, purgat sangvinē cum oliva & butyro. Cucurbitas & bulbos serat quinq; diebus post Noviluniũ. Avenam quam primum serat, quia majora grana dabit.	Gallinæ incubent, ut eodem mense pulli prodeant, tales toto anno ova pariunt. Anseribus antiquis plumæ de ventre velluntur. Oves, equi coëunt.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Cerviſia ad ſervandũ coquitur quæ & per Caniculares durabit.				

Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
Vineæ rursus fodiuntur.	Stercora equorum inspersa areolis, præcavent pediculos terrestres. Persica plantantur. Brassicâ capitatâ & cepæ transplantantur. Seritur ruta, melona, raphanus major.	Tempus nunc Medicinarum. Butyrum & lac caprarum idoneum &c. Deambulare manè, bonum. Utile est servare aquas pluvias in Vitro pro toto anno. Aquæ omnis generis distillandæ, flores colligendi.	Frumentum jacens minimùm bis in septimana agitetur Pecori medicina bis aut ter detur, ex baccis lauri & herba Imperatoria, & Pullis gallorum serpillum, Porcis Pulmonaria in colluvie quia nec infirmantur nec moriuntur. Telæ inalbantur, dum pomus & vepres florent. Castrantur vituli. Oves tondentur.

U S.

Penus.	Domestica.	Vendenda.	Agenda.	Accessoria.
Nunc emē-di casei & butyrum pro toto anno, quia minori pretio & optimi.	Vestibus lupulus herba inspergatur jacentibus, & non nascentur tineæ.			

Res Rustica	Hortensis.	Medica.	Animalia.
Prata defalcanda, postquam flos in eis maturuit.	Petroselinum circa diem S. Joañis seritur talis folia viridia totâ hyeme durant. Ligantur capitella allii, quod effoditur circa S. Laurentium. Quæ vis ut crispata crescant, sere die S. Joannis vesperè.	Aquæ ex vegetabilibus præparandæ.	Loci præparētur pro deponendis frugibus, horrea instaurentur, mundentur. Ne pecora ab insectis vitientur cum gramine, mane & vespere præbeatur illis ex his herbis Ænula, Imperatoria, Levisticum. Radices, Carlinam cum foliis chamædryos.

Penus.	Domestica.	Vendenda.	Agenda.	Accessoria.

	Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
Circa S. Margaritam oritur canicula, circa S. Laurent. occidit.		Purgandi horti ab herbis inutilibus. Brassica ut crescat ante S. Jacobum circumfodienda, mundanda. Circa festum S. Jacobi Rephanus & rapæ seruntur.	Medicinis omninò abstinendum. A frigido potu ubi incalueris subitò cave.	Cavendum ne porcelli & vituli semen lini recens gustent, quia cadunt.

Penus.	Domestica.	Vendenda.	Agenda.	Accessoria.

Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
Linum & canabes colligantur.	Allium effoditur pro asservando. Seruntur rapæ, & raphanus.	Fructibus non vescendum nisi decoriatis, quia hoc tempore ros infectus decidit qui inducit dissenteriam Baccæ sambuci in confectiones reducendæ.	Cum deponitur frumẽ tũ, folia alni substernenda. Ova nunc nata servanda pro hyeme, & dum calor est ponenda inter furfures, dum frigus in paleis. Porci pro saginatione separandi.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Panis magis ſaliendus quàm alias ne mucescat.				

Res Ruſtica.	Hortenſis.	Medica.	Animalia.
Agri colendi ſeminatio non differenda. Triticum ſerendum ante vel poſt Noviluniũ. triduò, ut ita purius naſcatur. Agri demeſſi pro ſaminando hordeo circa ultimam Quadram arandi.		Uti medicinis licet. Lac capræ & ovis æquivalet medicinis. Herbæ medicæ colligendæ poſt pleniluniũ die tertiâ ante ſolis ortum.	Fructus ſiccandi.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Vina condiuntur.	Fodiuntur putei.			
				Scripſi ad N. in negotio N.

Res Rustica.	Hortensis.	Medicæ.	Animalia.
Agri fimo inspersi arantur.	Fructus residui crescente Lunâ colligendi ex arboribus. Brassicam, morellas, rapas circa ultimã quadram collige. Pyri & pomi transplantantur.		

Penus.	Domesti ca.	Vendenda.	Agenda.	Accessoria.
Carnes arietum partes posteriores sumantur.				

NOVEM

	Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
	Fimus equinus in agros evehitur.		Corporis utilissima exercitatio.	

DECEM

	Res Rustica.	Hortensis.	Medica.	Animalia.
				Saginata mactantur. Gallinis dantur arida folia urticæ cum furfuribus.

BER.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Olera defodiantur in arena.				

BER.

Penus.	Domeſtica.	Vendenda.	Agenda.	Acceſſoria.
Panis ſervādus pinſitur.	Ligna cædenda pro ædificio decreſcente Lunâ.	Ferarum pelles nunc mactatarū emantur.		

Pro ſuo autem libitu quisque Calendario inſerere poterit, quæ videbuntur, & plures columnas formare.

SUBS. II. De Factore.

SUBSECTIO II.

De Factore ſeu Capitaneo.

Ejus leges circa res decem proponuntur.

CAPUT I.

Leges Factoris circa Domeſtica.

1. Curam ſingularem adhibeat, ut ſubditi, ac præcipuè familia, ſciat res fidei quas omnis Chriſtianus ſcire debet. Diebus feſtis Miſſam audiant. DEI & Eccleſiæ ſervent præcepta. Perjuria, blaſphemiæ, ſuperſtitiones abſint. Confiteantur aliquoties in anno, ac præcipuè pro Paſchate. Preces aliquæ inſtituantur, quas omnes de familia ſimul veſperè faciant. Et ſciat quod hæc ſit ratio una de magnis induſtriis Oeconomicis, habebitq́ue ſucceſſum, ſi ipſe præeat exemplo.

2. Ipſe manè ſurgat, & attendat an idem familia fecerit, videatq́ue quid ſinguli agant, quod & per diem bis vel ter faciat, & curet ut quivis inſtruatur circa ſuum officium.

3. Curet ut ſalaria cuique ſuo tempore dentur, victualia juſtè diſtribuantur.

4. Poſtquam inter ſubditos laborem diſtribuerit, videat quomodo exequantur.

5. Tem-

5. Tempore vacuo discat à bonis Patribusfamilias quæ ignorat, quomodo scilicet colendus ager, regendum stabulum, &c.

6. Vesperè villicis præcipiat, quæ manè facienda.

7. Habeat instrumenta parata pro malefactoribus, ut compedes, catenam, collare, truncum. Cùm furem cæperit, per dies aliquot cum illo maneant res simul captæ, ut tantò expeditiùs judicari possit.

8. Attendat sali ne malè expendatur, nevè in ea quæ saginantur major sit expensa fructu.

9. Cùm ad officium assumitur, omnia juxta regestrum recipiat, quod singulis annis, itemque in fine officii revidendum, ut sciatur auxeritnè domum an minuerit.

10. Si sit Dominus præsens, eum in dubiis consulat: si verò abfuerit, villicum, & prudentiores colonos, sed quemvis seorsum. Inconsulto verò Domino nihil majoris momenti aggrediatur, nec famulos admittat, aut dimittat.

11. Nulli det aliquid mutuò sine scitu Domini, aut non pro parata pecunia.

12. Aliquarum rerum claves habeat, & non Dispensator.

13. Sciat ſcribere, nôrit computare, & ultimus eat cubitum, primusq; ſurgat.

14. Vitra, candelas, & ſimilia, ex ſerô lactis vendito comparabit.

15 Ordinem Domûs & munditiem ſervet.

16. Conſtituat certum aliquem, qui videat an ſuo tempore ſit ubique extinctus ignis, an portæ ubique clauſæ, an in aliquo angulo compotatio.

17. Poterit in aliquibus ſe juvare, ſuum famulum aut aliquem probatæ fidelitatis ſubſtituendo.

18. Advertat ut ligna in futurum annum tempeſtivè convehantur.

19. Videat ut fructus horti domeſtici tempeſtivè colligantur, aſſerventur.

20. Singulis ſemeſtribus examinabit officiales an ſciant, quæ ſunt illorum officii.

21. Videat item ſingulis ſemeſtribus an camini ſint purgati, tecta, & ſeræ integræ.

22 Singulis menſibus & ſæpiùs revideat totam domum, ubi quid jaceat, & an ſuo loco.

23. Singulis Dominicis & feſtis cognoſcat utrum Miſſam omnes audiêrint, & qui neglexerint eorum cibus detur pauperibus.

24. Alternis diebus adeat artificum do-

mesticorum officinas, & videat quomodo procedatur. Et ubi advertit errores, vel ipse puniat, vel Domino denunciet.

25. Rationes singulis septimanis recipiat à Cellario, Coco, & officinis, ut braxatoriô, brasiatorio, molâ, & quid acceptum, impensum, expensum, notet.

26. Die Dominico videat, an aliqui diem omninò consumant otiosè, an semper domi pernoctent, an fiant rixæ, contentiones, & alia mala? An in locis non suis morentur, ut viri apud fæminas? an aperiatur aliquando noctu porta domûs, quam seratam esse oportet? an portæ custos rationem reddere possit quò quis digressus? Rem vestiariam inspiciat, an omnia sint munda, composita, aliquid detritum, quod quidem alio die quàm festo fiet convenientiùs, uti & quæ sequuntur. An stabula sint munda, an justa mensura pabuli, & quoties præbeatur equis? an adaquentur opportunè? currus, lora, coria, & ad currum pertinentia an integra, quæ omnia juxta regestrum considerabit. An aliqui impertinentes domum intrent? An inordinatè labor imponatur, plura simul imponendo, nec servato ordine? An butyri sit satis, & condi-

mentorum? an ſit nimis liberalis, vel parcus Diſpenſator? an in penu res benè conſerventur? Supellectilem etiam ad menſam ſpectantem inſpiciat, an munda, an integra? hæc fiant certâ die ſingulis hebdomadis.

27. Item ſingulis hebdomadis certâ die ſecum expendat, quid deſit, quid emendandum, circa culinam, hortum, officinas, perſonas Domûs ſingulas percurrendo?

28. Singulis diebus conſideret an ſit ipſi aliquid à Domino commiſſum, quod non ſit executus? an fecerit omnia quæ ipſi hâc die incumbebant? an alicubi ſuppellex malè compoſita, & non ubi debuit compoſita?

29. Inſcribat Regeſtris ſtipendia conſtituta familiæ, adjecto anno, menſe, die, quâ quis receptus, quâ ſolutum ipſi aliquid, nec alat ſupra numerum, niſi forte ex miſericordia Domini aliquos egenos.

30. Caveat ne propè fornaces tedæ ſiccandæ ponantur, ne parietibus candelæ affigantur.

31. Attendat fidelitati diſpenſatoris, ne binas claves ad repoſitoria habeat, ne non ſincerè illa claudat: & à ſuſpecto claves ad ſe pro nocte recipiat.

32. Cùm ex prædio egreditur, relinquat mandata dispensatori, de rebus quas fieri necessè.

33. Attendat villico, villicæ, & aliis, an faciant suum officium.

34. Cùm unius prædii Factor petit semina à Factore alterius, ita illa solvat atque si in foro emeret, nihilominùs non ex foro illa emat, in quo sæpe sterilia & evanida venduntur.

35. Factrix, aut villica nihil permittatur petere mutuò ex pagis.

36 Sit in re Oeconomica magis versatus quàm sui famuli aut coloni. Ab amoribus, ebrietate sit procul.

CAPUT II.

Factoris leges circa Dominum.

1. In hoc studium ponat, ut res Domini semper augeat.

2. Statim post messem reddat Domino rationem messis.

3. Si non sit alter qui Domino præsente regat Domum, statim vespere reddat rationem illi eorum quæ hâc die acta, & ab eo in sequentem mandata pugillaribus excipiat.

4. Dominum tempeſtivè moneat de neceſſariis, de proviſione quoad penum, cellarium, veſtitum, officinas, &c.

5. Conferat cùm Domino conſtituatque (ut vocant) ciphras, ut ſi occultum quid opus ſit ſignificare, tutiùs faciat.

6. Singulis ſaltem menſibus informet Dominum de proceſſu domûs quoad hæc: 1. An lis aliqua ſit exorta cum vicinis, & in quo ſit ſtatu? 2. An inter domeſticos? 3. Quæ lucra? 4. Quæ damna emerſerunt? 5. Quomodo procedant granaria, horrea, pecora, equi, oves, alvearia, molæ, braxatoria, tabernæ. 6. Quomodo venationes, piſcationes, ſylvæ, officinæ ferrariæ, vitrariæ, &c. 7. Quomodo ſe habeat ædificium, prata, frumentum. 8. Quomodo agri, limites, cultura. 9. Familia, ſubditi, rei. 10. Horti. 11. Domus, ſupellex. Scribat autem de his ad Dominum, vel ad Oeconomum, ſi is habeatur, ſive quid novi circa hæc contigerit, ſive non. 12. Item ſignificet an quid venale habeat, vel emptu neceſſarium. 13. An aliquid de novo ædificandum, vel reparandum?

7. Attendat quando alicubi creſcit aut decreſcit frumenti, vel aliarum re-

rum pretium si interest Domini, statim significet.

8. Cùm speratur Dominus adventurus, ita omnes labores suos expediat, ut præsente domino sit liber & paratus ad omnia quæ ipsi imponentur.

9. Curet vicinos reddere Domino amicos, sed de hoc Dominum consulat.

10. Cùm aliqua Dominus alicui donat v.g. butyrum, ille in sua vasa recipiat, alioqui vasa pereunt.

11. Quæ mittit Domino, pro iis semper chartulam recipiat, quam suo regestro applicet: vel per Receptorem curet suo libro inscribi.

12. Quâ die venit Dominus ad prædium, & quâ recedit, notet.

13. Cùm sperat adventum Domini, paret bonum panem, cerevisiam, candelas, acetum, cepas, capones, anseres, farinam, ligna sicca, quæ sint anni præteriti. Sed priùs cognoscat cum quot personis Dominus venturus.

14. Cerevisiam tradat illi, & alia, cui Dominus tradi voluerit, & ab ea chartam recipiat, post abitum Domini recipiat residua, & scribat.

15. Pro-

15. Provideat ut in Domo quam incolet Dominus ſit tædarum, & lignorum conciſorum & ſiccorum magna ſemper copia.

16. Cùm Dominus abit ex prædio, petat ab illo Factor ſubſcribi rationes expenſarum in ſua præſentia factarum.

17. Nullos contractus majoris momenti ineat Domino inconſulto, tales ſunt donationes, emptiones, venditiones, locationes, commutationes rerum & fundatorum etiam inter ſubditos, nullam litem intentet.

18. Caveat ne ulli præter Dominum aut Oeconomum manifeſtet, quid ſit frumenti, rerum, &c. in prædio, quomodo quid fiat, quis fructus percipiatur, ſic multas tricas evadet.

19. Provideat ut ſufficienter omnia ex prædio poſſint haberi pro culina Domini.

CAPUT III.

Leges Factoris circa hoſpites.

1. Si non ſit alius qui excipiat Hoſpites, Factor hanc curam aſſumat, habitationem aſſignet, proſpiciat commoditates, det chartulam præfecto ſtabuli quantum avenæ tribuendum, cum Domino, cum Præfectis culinæ, cellarii conveniat de tractandis.

2. Ad

2. Ad reliquias menſæ attendat, ut in unum locum clauſum reponantur, & de iis poſtea diſponat, videat in menſa quid ſingulis appoſitum, quid deſit, quid indecori committatur à domeſticis, quid fiat præ foribus.

3. Advertat ne Hoſpitum equi per pagum non ſine damno diſpergantur, præſtat illos uno ſtabulo concludi.

4. Dùm adſunt Hoſpites, ſelecti ruſtici in aula pervigilent, neque obſequiis famulorum Hoſpitis diſtrahantur, igni diligentiſſimè attendant: ideò Factor poſt omnes ſe cubitum conferat, ante omnes evigilet, domumque ſerò & manè perluſtret: caveat etiam ne famuli ſtramina hypocauſtis inferant, ſed ſint ad hunc uſum parata ſtragula ſtraminea. Ne retrò fornacem ligna ſiccentur, ne candelæ parietibus affigantur, nec titiones circumferantur, niſi ollis concluſi: in ſtabulo candela è manu non dimittatur: nec quidquam memoriæ circa ignem fidatur.

5. Cameræ Hoſpitum ſint ſeratæ, & dum recedunt, claves repetantur, noteturque dies quo aliquis hoſpes acceſſit vel receſſit.

6. Camini frequenter purgentur, & ſingulis menſibus inſpiciantur. 7. Scia-

7, Sciatur menſura ſub qua datum eſt fænum, avena, ſtramen, & ab hoſpite vel ejus præcipuo famulo petatur charta: idem fiat & de rebus aliis. Qui domum cuſtodierunt, aliquid indulgentiæ habeant.

8. Poſt abitum Hoſpitis, ſicut & Domini, ſinguli domûs anguli inſpiciantur, & ſi quid ab iis relictum, ſervetur ne pereat. Conſideretur an omnia integra, deinde omnia mundentur, & claudantur.

9. Caveatur à dandis (ut vocant) crudis portionibus, quia iſtæ ſolent in currus reponi, & victus apud Patremfamilias quæri.

CAPUT IV.

Leges Factoris circa ædificia

1. Non permittat ut vel unus laterculus, aut ſcandula decidat, quin citisſimè reparetur.

2. Domus deſertæ non ſinantur putreſcere, ſed vel benè tegantur, vel collectæ ſub tectum devehantur.

3. Dum tectum vetus ſtramineum reparari non poteſt, diſſolvatur, inque cumulum colligatur, tum pecoribus ſubjiciatur, ut ex eo fiat pro Autumno fimus.

4. Ex aſſeribus tecta non laudantur, hyeme ſiquidem plurimam transmittunt nivem,

vem, ſcandulæ meliores ſunt, ſi illis interponatur muſcus, ſed à Sole æſtivo intorquentur. Durabilius tectum ex ſtramine lacero in faſces colligato, vel ex arundine, ſi argillâ ſubducatur, ſtramen ſolutum non diuturnum. Arundo ſit in Autumno deciſa.

5. In omni prædio ſint aliquæ domus repoſitoriæ, benè contra ignem munitæ,

6. Quod hyeme damnum accepit ædificium, ſi non ſtatim, ſaltem primo vere reſarciatur: quod læſum tempore meſſis, hoc in Autumno reſtauretur.

7. Videat ne alicubi ſint foramina in parietibus, feneſtris, portis, fornacibus.

8. Villici & molitoris eſt ad tecta attendere, quæ ſi perpluant, illi ſunt in culpa.

9. Glires, mures, per catos potiùs perdendi quàm per venena, venenum eſt arſenicum farinâ mixtum, ſed cadavera domum gravi replent fætore.

10. Sint jurati qui ſingulis menſibus circumeant caminos pagorum ob periculum ignis.

11. Unci, ſcalæ, vaſa pro aqua in curribus, ſint in promptu. Qui primus tempore periculi accurrerit, præmium: qui ultimus

mus pænam recipiat, & qui abfuerit, majorem. Puniantur circa ignem incauti: ſint cuſtodes contra rapinas.

CAPUT V.

Leges Factoris circa Colonos.

1. Nunquam Colonos relinquat in labore ſine cuſtode, & is ſit probatus.

2. Advertat ne ſint aleis, & hujuſmodi luſibus damnoſis dediti.

3. Cùm aliquid petituri veniunt, quam primùm expediantur.

4. Non permittantur diebus feſtis in vicinis oppidis pernoctare, aut compotationes in noctem, & diem ſequentem producere. Nec unus ab alio ſine licentia emat agrum.

5. Dum laborant Domino, vacuis nunquam redeant curribus, ſaltem lapides revehant pro ſternendis viis, & ſic agrum ſimul aut itinera purgabunt.

6. Simul ad labores cogantur, ſed non plures in cumulo quàm à villicis obſervari poſſint. In locum villicorum aliquando ſubſtitui poſſunt idonei Dominorum famuli. Numerentur cùm prodeunt, ut abſens deprehendatur, nec ullus abeſſe diſſimuletur. Hinc enim oriretur inobedientia. 7 Si

7. Si mittantur coloni ad laborem alterius prædii, illiusque inſcio Factore aliquis inde abeſt, eodem remittatur, ut ibi luat.

8. Non rejiciantur labores ad colonos, qui per familiam expediri poſſunt.

9. Dum ligna convehuntur, ſint æquales currus.

10. Nullo modo audeat alicui vendere labores colonorum, neque in toto neque in parte, neque ad inæqualitatem patiatur illos redimi.

11. Tempore pluvio & tempeſtuoſo cum jumentis ad laborem non prodeant.

12. Revideat Factor ante feſtum S. Martini, utrum Coloni omnia ad laborem neceſſaria habeant inſtrumenta, puniat negligentes: illos verò qui hoc tempore mutuò frumenta petunt, & qui non ſeminârunt, tabernâ prohibeat.

13. Non permittantur coloni novum frumentum divendere priusquàm ſeminaverint, imò nec tabernam accedere.

14. Nullo modo prohibeat ſubditos ſi velint ad Dominum recurrere.

15. Cùm aulam Domini accedunt, proſpiciatur, ne obſequiis famulorum illius, & aurigarum, diſtineantur.

16. Si factor vaſa non reddidit Colono in quibus res advexit, ſolvat in duplo.

17. Colonus qui ſuam domum non reparat ante hyemem, meretur ut fiat illi in tecto cùm urget maximum gelu, tantum foramen, ut cogatur quærere hoſpitium.

18. Cùm Factor veſperè præſcribit labores diei ſequentis, præcipuè æſtate, ita præſcribat v. g. ſi ſerenum fuerit, hoc fiat: ſi pluvioſum, hoc.

19. Non imponat aliquid ruſticis ditioribus contra juſtitiam.

20. Colonus qui non curat agrariam ſupellectilem, hoc modo corrigi poterit. Poſt meſſem totum illi ad aulam accipiatur, & ex hoc ager ejus ſeratur, pars ſuo tempore vendatur & ſupellex comparetur, interim ille mendicet victum. Et ſi hoc non profuerit, è numero ſubditorum expungatur.

21. Operâ curruli ſubditorum maximè in Autumno & hyeme utendum, quia tunc fortiores equi, boves.

22. Omnia debita à ſubditis poſt S. Michaëlem exigantur.

23. Hyeme ad laborem antē diem debent coloni prodire, qui tardant puniantur.

24, Cùm ligna ſecant in ſylvis, in ſuum quiſque deponat cumulum, ut quid fecerit appareat. Similiter cùm triturant, ſeorſim ponant ſtramen, ut videatur quantum & quomodo.

25. Scandulæ, clavi, pix, lateres, aſſeres, cum delectu, & ſub numero recipiantur, vaſa picis an ſint plena videatur, & evacuata ſerventur,

26. Non quâvis ſeptimanâ ſpectatis ſpectandis labor ab omnibus exigatur, ſed quidam ſerventur pro neceſſitate. Segnibus verò majorem decet imponi laborem quàm laborioſis.

27. Non tolerandum, ut apud ſubditos cenſus in alterum annum maneat.

28. Cùm ſe quis à labore excuſat, audiatur, & in veritatem inquirendum.

29. Non ineat novam rationem in Oeconomia Domino inconſulto. Nec ſine illo ſubditi permittendi, ut aliò tranſeant etiam opificii diſcendi prætextu. Neque hæredes fæminæ ſinantur facilè externis nubere, ut eò ſe transferant. Eos verò ſubditos qui alibi degunt, omni curâ revocet. Propterea attendat ut quiſque agrum ſeminet, qui enim id negligit, videtur fugam meditari.

30. Non

30. Non utatur ad itinera ipſe, aut ejus famuli equis ſubditorum. Nec à ſubditis pro ſe coëmat frumentum. Neque ipſe frumentum menſuret, ſed Villicus juratus.

31. Quia ſolent ſubditi quæ meliora divendere, deteriora Domino dare, ideò ſtatim in Autumno recipienda ab illis tributa.

32. Subditorum regeſtrum pro ſingulis pagis conficiat in hunc modum, qui ſequetur.

33. Ex pago indigenas abſque Domini ſcitu non dimittat. Vagabundos ne aliis ſint corruptelæ, carcere coërceat.

34. Non ſe faciat colonis valdè familiarem, aut cum illis mercetur.

35. Egentibus det ex aula equos, boves, & notet: utantur illis per biennium ſine damno illorum, poſtea recipiantur, & illi abſque jumentis laborent ſi non curarunt.

36. Mulctas non recipiat ſed conſcribat, & ubi regeſtrum pro S. Martino dederit, exigantur.

Exemplum de-

Pagus.

Vir	Uxor	Filii	Filiæ	Famul9	Famula	Equi	Boves
Petrus	Eva.	Joannes Simon Thomas	Anna Barbara	Jacobus	Hedvigis.	Tres	Quatuor.

Hoc modo factâ diſtinctione, alii Ruſtici deſcribantur,& factâ unius pagi deſcriptione ad alium procedatur.

CAPUT VI.

Leges Factoris circa agros.

1. Notet ſibi Factor in ſcripto, quando quid arandum & ſerendum, fimus invehendus, ſemper verò augeat agros, prata, alvearia, &c. Attendat etiam ut ſubditi ſuos agros benè excolant.

2. Qui lignum de ſepibus abſtraxerit, ſeverè habeatur.

3. Signum eſt boni Factoris, ſi apud illum non deterius frumentum quàm apud vicinos.

4. Videat quomodo optimi Patres familias colant agros, ſic ille & agros Domini & ſubditorum curet laborari.

5. In Autumno & agri arentur, & inſiſio fiat leguminum, ac autumnalium: cam-

pos

ſcribendi pagos.

Oves	Proventus	Terræ	Eximetur	Onera	Ædificia
Decē	Sexagenæ tritici 15. Siliginis 40. &c.	Mansū vel hortulanus.	Ab hoc labore.	Hæc habet.	Habet hypocauſtum, Cameras duas &c.

pos humiles ut apti fiant pro leguminibus exſiccet, ductis ſulcis per vomeres extraordinariè grandes à pluribus boum jugis tractos. Altas ducat areas, & conſideret quid ubi ſerendum. In arenas non prodigat fimum. Maximè attendat, ne aliquid in agro maneat ceſpitis, herbæ aut radicum ſiccatarum, quia nocent ſiligini, & evulſæ etiam reviviſcunt.

6. Non minores frugum manipulos pro aula quàm pro ſe meſſores ligent.

7. Solùm quantum neceſſe eſt ex cicere & trimeſtri tritico ſeratur.

8. Omne frumentum pro ſeminando debet eſſe triturarum inter feſta SS. Michaëlis & Martini.

9. Meſſem incipiat in agris, in quibus rarius frumentum, nam tale ubi maturuit citiùs à ventis frangitur.

10. Videat, ne unus colonus alterius agro ſine facultate utatur.

 11. Etſi

11. Etſi optimè rem intelligat, ſubinde ſimulet ſe ab operariis de labore conſilium exquirere, quod ſi cum ſuo coincidat, illud ſequatur, alacriùs enim tale exequentur tanquam ipſi dediſſent.

CAPUT VII.

Leges Factoris circa prædia & horrea &c.

1. Provideat ut in quovis prædio ſint alvearia, lupuleta, columbaria, admiſſarii optimi pro equis, bobus, ſuibus, ovibus, avibus.

2. Fænum diverſum cùm diverſo miſceri non ſinat. Cumuli frugum & manipuli ſexagenarum ſint æquales, ut dum triturantur æqualia onera imponantur laboratoribus.

3. Agros prædii meliùs eſt in partes dividere, ut quivis colonus dum arat, ſuam excolat. Sciat etiam qui agri ſint prædii, qui ſubditorum.

4. Tributa, galli, anſeres, &c. priùs ex pagis egentioribus colligantur, & ex aliis priùs à pauperibus: à ditioribus verò quando opus erit.

5. In omnibus prædiis modii, caſeorum moduli, vaſa pro butyro, & aliæ ſint æquales

les propter faciliorem rerum computum.

6. Sit in quovis prædio bilanx grandis, ut juxta pondus canabes, linum ad filandum dari & recipi possit. Imò & frumentum dum molitur, tela dum texitur.

7. Asseres, clavi, scandulæ, ligna ad varia vasa spectantia, ferramenta, habeantur in omni prædio propter eventus subitos.

8. Curet notari à villico quantum frumenti quâ die trituratum, quantum grani perceptum, ubi depositum.

9. Discat, si novus est Factor, à vicinis, imò & à subditis cum humanitate, quæ sit natura agri in quovis prædio, quæ tempora seminationis, quia ista diversis locis variant.

10. Pridie conferat cum villico, quis labor in crastinum assignandus.

11. Pro quavis re unam notam ligneam apud se habeat, alia sit apud officiales.

12. Cum subditis si instituerit compotationes apud illos vilescet.

13. Agros vacuos pro se non seminet, neq; cum subditis de dimidio conveniat.

14. Ob nulla oblata munera differat perceptionem censuum à subditis, quia sic illos in magna debita deduceret,

15. Nullam pro ſe mercaturam aut pocillationem inſtituat, hæc enim ſpectant ad Dominum.

16. Sciat exactè fundos Domini ubi quod pratum, hortus, ſylva, aqua : & ubi qualiter profunda : alvearia præcipuè in ſylvis: ubi terra arenoſa, pingvis, dura, nigra, apta pro tritico, hordeo &c. Sciat artem perfectè agrum excolendi, nôrit inſtrumenta ruralia, familiæ indolem, modum plantandi: qui boves, qui equi boni, oves, &c. modum ſervādi fruges, butyrum caſeos &c. aliàs in omnibus errabit, ſed cum Domini damno. Omnia viſitet, videat, contingat. Benè præmeditetur cùm aliquid faciendum imperat, ne poſtea cum diſpendio & novis ſumptibus opus ſit corrigere: errabit verò ſi ipſe non intelligat, ſed agenda committat ſubditorum ac familiæ arbitrio.

17. Domus prædii non ſit propè viam publicam neque in loco humili, quia ibi aër deterior, nec prope alias domos, neq́, prope paludes ob inſecta, nec propè lutum fætens. Extra non ſit ornata, ſed intus ſit munda. Claudenda eſt ſepibus, aut ſpinis in circum plantatis.

18. Provideat ut in prædiò ſit aqua, & licet

licet proximè sit fluvius, etiam puteos curet.

19. Furnus sit potiùs in longum quàm in latum, & ex silicibus fluvialibus constet, quia isti calorem diu conservant: etiam dum in eo panis non est, semper sit clausus, tum ob munditiem servandam, tum ne nimis refrigescat.

20. Horreum sit loco alto sed procul ab hortis, quia pulvis ex illo evolans hos destruit: procul sit à puteo ne contrahat humiditatem.

21. Omnia instrumenta habeat duplicata, ne si aliquod frangatur, à labore cessetur.

22. Quid mense quovis faciendum, non potest omninò universaliter statui, nam diversa est terrarum indoles.

23. Quævis res suo loco reponatur. Habeatur supellectilis quantum satis sint mensæ, sellæ, canthari, pocula, vitra, candelabra, conchæ, vascula, lintres, catenæ, funes, seræ &c.

24. Statim postquam messis ad horreum convecta, reddat Domino omnium rationes, modo inferiùs ponendo.

25. Cùm pro aliqua re pecuniam recipit, priùs numeret, postea rationibus inscribat,

ne illas deinde maculare ſit neceſſe : cùm pecuniam exponit, priùs inſcribat, poſtea numeret, & ſingulis ſeptimanis videat, an reſiduum concordet cum perceptis & expenſis.

26. Trituratio fiat in Autumno, quartâ parte auctius dabit granum quàm alio tempore.

27. In frigidis partibus fiunt ſcalæ, per quas diſponuntur manipuli frugum, ut ſiccentur. Fiunt & fornaces, ſed in profundo terræ ad unam orgiam, vel paulò minùs, ſic neque aduretur frumentum, neque ſeminationi reddetur inutile, uti fieret ſi fornax ſupra terram ſtaret, ſit autem clauſa bono fornice.

CAPUT VIII.

Leges Factoris circa Artifices.

1. Cùm Artifices conducti laborant, videat an labor ſolutioni reſpondeat. Detur illis ſub numero & pondere materia, etiam clavi, lateres, aſſeres &c. & ſemper aliquis ex ſubditis illis addatur ſpecie auxilii, ut artem condiſcat. Paretur autem materia tempeſtivè, ne illam expectando otientur.

2. Si inſtrumentis exaula egent, ea juxta rege-

regeſtrum & priùs benè reviſa tradantur. Similiter cum coco, auriga, & aliis famulis procedendum, ut cum credentiario, cellario, molitore, &c. quæ inſtrumenta ſingulis annis, itemque dum abeunt juxta regeſtra ſunt revidenda.

CAPUT IX.

Leges Factoris circa ſylvas.

1. Sylvas, nemora, &c. frequenter inſpiciat, ne fiant damna per illorum præfectos. Nemo ſinatur ſicco tempore ignem in ſylvis excitare, neq́ue paſtores ſub pæna gravi. Si contingat incendi ſylvas, omnes ſubditi ad extingvendum ſolis infantibus exceptis, currant.

2. Aſſignentur dies quibus in ſuum commodum Ruſtici poſſunt ligna cædere, ſed non creſcentia, verùm jacentia. Pro ædificiis verò, palis, &c. oſtendatur, quæ & in quo loco liceat decidere, ſed nec vertices neq́ue ramos relinquant.

3. Arbores nullas extra ſylvam excindi patiatur, vel ex non aſſignata ſylva, & loco ejus certo.

4. Oſtendat fructus, quos ex ſylvis percepit.

CAPUT X.

Leges Factoris circa Rationes.

Plura ut habeat Regestra pro diversitate materiarum est necesse, quorum singulis quædam annis renovet, antiqua tamen servet diligenter.

Primum erit de fundis, & hoc pro singulis prædiis in hunc modum.

Prædium N. habet pagos 4. A. B. C. D.

Pagus.	Mansi	Dimidii	Quadr.	Aquæ	Sylvæ	Horti	Prata &c.
A.	200	1	1	2	1	4	5
B.	225	1	1	3	2	6	3

Et sic de cæteris.

Summa omnium ex hoc prædio, Mansorum 800. Aquarum 10. Ex his stagnum 1. piscinæ 6. paludes 2. lacus 1.

Deinde apponat. *Ex istis mansis*

In Pago.	Pro aula.	Pro rusticis.
A.	100	100
B.	115	110

Seminari solet pro Aula.

In pago	Tritici	Siliginis	Hordei	Avenæ &c.
A.	Cor. 30	Cor. 50		
In B.	Cor. 40	Cor. 60	Cor.	&c.

Ratio

Ratio 100. *Mansorum quos Rustici obtinent in Pago A.*

Rustici.	Mansus	Dimidius	Quadr.	Pratum &c.
Petr9 N.	1	1		
Paul9 N.		1	1	

& sic deinceps. Adnotando etiam si quid vacet, & si quæ terra omnino inutilis. Et ita in aliis prædiis.

Secundum Regestrum in duo dividetur, in perceptorum & expensorum. Et similiter utrumque procedet. In Regestro perceptorum statim initiò notandum, si quid ex præterito anno mansit, cætera se in hunc modum habebunt, singulis mensibus summas perceptorum mensis, & singulis annis summam anni subscribendo.

Percepta anni 1676.

Januarius.

	Fl.	Gr.	num.
Ex residuo anni 1675.	100		
Pro tritico	70	6	1
Pro hordeo	8	5	2
Pro &c.	105	8	1
Summa	283	19	4

Februarius &c. eodem modo.

Summa anni	4000	25	3

Ex-

Expenſa hoc habet præter perceptam; quòd menſis dividendus in 10. partes, & ſeorſim quid in Victum, Amictum, Fabricam, Medicinas, Proviſionem, Rem librariam, Famulos, Artifices, Supellectilem, & demum in varia, quæ ſub dictis titulis comprehendi non poſſunt. Sic expoſitum: & ſub ſingulis titulis ponatur ſumma expenſarum, & poſt omnes titulos, ſumma expenſarum totius menſis. Demum finito anno, ſummæ ſeorſim: quid pro victu, quid pro Amictu &c. Deniquè ſumma omnium ſummarum, ac ſi aliquid ex perceptis eſt ſupra expenſas, hoc adnotetur, ut in annum ſequentem computari poſſit.

Expenſæ anni 1676.

Januarius.

Victus.

	Fl.	Gr.	n.
Pro carnibus	15	4	
Pro Gallinis	3	1	
&c. Summa	18	5	

Amictus.

	Fl.	Gr.
Pro tali panno	12	19
Pro tali.	6	8
Summa	18	27

Fa-

Fabrica.

Lignifabro pro tecti reparatione.	5	6
Pro clavis &c.	3	2
Summa	8	8

Medicinæ.

Chirurgo	1	1
Doctori	7	15
Summa	8	16

Provisio.

Pultes	4	15
Lupulus	20	3
Cæpæ	4	8
Summa	28	26

Res libraria.

Liber N.	6	12
Liber N.	12	15
Summa	18	27.

Famuli.

Petro N.	15	4
Paulo N.	24	6
Joanni N.	3	12
Summa	42	22

Artifices.

Serifabro N.	6	4
Arculario	2	5
Summa	8	9

Supel-

Supellex.

Pro vitris	4	11
Pro ollis	1	3
Pro ſcutelis	1	3
Summa	6	17

Varia.

Pro pulvere pyrio	2	15
Eleemoſyna	1	3
Summa	3	18
Menſis Summa	115	25

Ita Februarius & reliqui menſes in rationes referendi. Tum apponendæ ſummæ anni totius. v. g.

In Victum	170.	6.
In Amictum	220.	5.
In Fabricam	30.	2.
In Medicinas	12.	3.
In Proviſionem	300.	12.
In Rem librariam	15.	2.
In Famulos	205.	6.
In Artifices	86.	5.
In Supellectilem	36.	2.
In Varia	89.	2.
Summa	1164.	15.

Percepti fuerunt	4000	25	3
Reſiduum manet	3836	10	3

Quocirca habendum eſt Factori aliud Regeſtrum privatum, in quod perceptas &

& expenſas quotidianas referat, & menſe elapſo ad hoc Regeſtrum quod propoſuimus reducat.

Tertium Regeſtrum.

Hoc continebit, quantum ſeminatum, collectum & per triturationem provenit, proceditque per ſingulos pagos in hunc modum.

In pago A.

Seminatum	Triticum, Cor. 30	Siligo, C. 42	Hordeum, C. 36	Avena &c. C. 70
Collectum	Sex. 40	S. 50	S. 70	S. 100
Tritura dat	Cor. 120	150	210	306

In pago B.

Seminatum	Triticum, Cor. 51	Siligo, 18	Hordeum, 20	Avena &c. 30
Collectum	Sex. 20	24	18	26
Dat tritura	Cor. 60	50	20	43

Et ſic in aliis pagis, non omittendo faſciculos. Similiter conſcribendi faſciculi, ſi alicubi dantur Domino à ſubditis. Tum fiat ſumma totius tritici, ſiliginis &c. ex omnibus pagis unius prædii, ſimiliterque triturationis, demum ex omnibus ſumma, v. g.

	Triticum,	Siligo,	Hordeū,	Avena	Pisa
Seminati	Cor. 100	2500	700	800	50
Collectæ	Sex. 300	1450	2300	2806	140
Dat tritura	Cor. 900	2500	4200	5881	458

Ex his Dominus 1. ſeponat, quantum neceſſe pro victu, Amictu, Familia, Fabrica &c ſeminatione, & videbit quid ipſi vendendum ſuperſit. 2. Conferat iſtas rationes hujus anni cum rationibus ſimilibus annorum præteritorum, & videbit an ſit incrementum, an damnum, ex quibus id cauſis accidat, ut ſic augmenta promoveantur, incommoda vitentur. 3. Examinabitur de veritate harum rationum Villicus, & Ruſtici qui laborârunt.

Simili modo fient rationes de pratis, piſcinis, ſylvis, de cenſibus pecuniariis.

Simili modo de Braxatorio, mola, taberna. Similiter, de equis, bobus, ovibus, anſeribus, gallis &c.

Quartum Regeſtrum

Erit acceptorum ad uſum Domini, & hoc ſcribetur per menſes & dies, & pro ſingulis tenebitur oſtendere chartulam quietationis.

Quintum

Continebit nomina & cognomina, officia

cia familiæ, quando, & quantô quis conductus, quid ei & quando datum.

Finito quovis anno curet Factor revideri rationes & subscribi.

Rationum supellectilis jam suprà meminimus, quæ etiam debent recognosci & subscribi.

SUBSECTIO III.

De Villico leges.

1. Curet Villicus, ne tardiùs pro aula seminetur quàm pro se coloni seminent.

2. Ea bene noverit quæ ad agrorum culturam, seminationem, frugum conservationem spectant.

3. Multa quæ Factori præscribuntur, ad eum pertinent.

4. In omnibus à Factore dependeat, nec quidquam illo inconsulto incipiat, aut quæ ille imperaverit omittat.

5. Custodes habeat in pratis, pascuis, &c.

SUBSECTIO IV.

De Villica leges.

1. Villica debet attendere ad vaccas, & porcos qui saginantur, lac, caseos, butyrum, furnum, conservationem leguminum, lar-

di, Gallinas, vitulos, proinde ſciverit ea quæ de his loco ſuo proponentur.

2. Vaſa ad lac ſpectantia ſervet munda, & aquâ bullienti lota, ſic enim aggregabitur plus de flore lactis, quod ne aceſcat cavendum, quia vile ex eo butyrum fieret, & citò corruptibile. Flos etiam lactis non diu ſervetur, quia in ſerum abibit. Butyrum eo usq; lavet, donec puram reddiderit aquam.

3. Videat dum vaccæ domum redeunt, ne priùs eas paſtores emulſerint.

4. Septem vaccæ per æſtatem dare poſſunt 40. ollas butyri, imò plures, ſi cum herbis manè collectis, (de quibus, ubi de Hara) potentur.

5. Revideat manè & ſerò an omnia ſint ſana pecora, non rigidè alligata, aut prorſus non religata.

6. Ter in anno anſerum pectora & ventres deplumet relictâ lanâ anſerinâ. Quatuor anſeres dant libram plumarum.

7. Pro vaſe butyri videndum quantô opus ſit ſale, cùm hæc vaſa varient.

8. Farina quæ recedit cùm pultes fiunt, illi detur ut miſceat potui vitulorum.

9. Omnium quæ recepit expoſuitq; debet habere regeſtrum, ſeu notas ligneas.

SUB-

SUBSECTIO V.

De Diſpenſatore leges.

1. Seorſim habeat ligatas claves ad vacuas domos, ſeu Hoſpitum : ſeorſim ad ciſtas & ciſtulas pertinentes : ſeorſim quibus continuò utitur, quales ſunt horrei &c.

2. Omnia ſuis locis collocet ac mundè ſervet, & curet ut vaſa augeantur.

3. Farinæ habeat quantum ſatis, & illam curet parari in vere & autumno, pondere exploret dum ad molam mittit & recipit. Plus farinæ reddit triticum quod citò poſt meſſem trituratur : imò dicitur, quòd plus farinæ reddat ſiccum, ſed non ita candidæ: ſi verò aquâ ſalsâ reſpergatur candidiorem farinam educi , ſed plus retineri in furfure.

4. Curet ut in officinis , non in foro , emantur vitra, ferrum, clavi, ollæ, vaſa pro butyro, formæ pro caſeis. Candelas paret: & ſi aliud prædium iſtis eguerit, vendat eo precio quo emit, ſi ipſe officinis ſit vicinior quàm alia prædia.

5. Ante prandium paret potum, portiones diſponat, ut ad parata veniant pranſuri.

6. Cùm Dominus è prædio abit , omnia colligat, videat ſi quid deſit, aut fractum,

componat, igni attendat. Vitra fracta servet, ex his enim in officina fient alia, & quidem meliora.

7. Habeat tabulam & pugillares ut statim notet quid accepit, quid dedit. Attendat custodibus aulæ ne furta fiant.

8. Claves non cuivis tradat, neque secum eas quæ sunt ad repositoria assumat dum illa ingreditur, ne fortè eos includat.

9. Cùm hyeme Domini adventus expectatur, siccis lignis lentè fornaces præcalefaciat, ne postea rumpantur ac fument: calefactoribus attendat ut omnia parata habeant,

10. Ubi propè molæ, attendat ut mensuræ perveniant integrè ad aulam: ubi sunt remotæ, Factorem hac de re consulat.

11. Salem sub pondere det & recipiat, item quidquid molæ committit.

12. Butyrum non nisi per ollas, quartas, dimidias quartarum, & harum quartas, recipiat, & det, sic enim faciliùs rationem reddet.

13. Prius gallinas & anseres aulicos ad culinam promoveat, posteà illos qui ex tributo.

14. Candelæ sævaceæ fiunt ex sævo quod hye-

hyeme collectum de bobus, nam ex æstivo & ovi illo fluunt. Lampas diutius ardet, si primò in illam aliquid aquæ infundatur, tum vinum, ac demum oleum. Nuclei etiam juglandium ardent, & in longo filo ferreo portati dant lucem, neque produnt quisnam lucem sequatur.

SUBSECTIO VI.

De Colonis.

CAPUT I.

Labores peditum.

Labores exercentur à peditibus, cùm viæ sunt impeditæ, pluviæ. Vere etiam, quia tunc jumenta sunt debiliora. Sunt autem hi.

Horti elaborantur, sepiuntur, ligantur quæ liganda in fasces, secantur ligna, columnæ dolantur, asseres fissiles parantur, scandulæ, varia vasa, clavi. Purgantur haræ, fit trituratio, clausuræ reparantur, trusatili curriculo laboratur, & alia manualia sub tecto fiunt. Proinde pro his convehenda materia tempore viæ bonæ. Fiunt & remi, partes rotarum, curruum, supellex rustica, & artificum ruralium opera.

In trituratione ſolent parvi manipuli 60. pro uno, magni 30. ſeponi, ſed hoc non ubique.

CAPUT II.

Leges Colonorum.

1. Deum ament, timeant, præcepta ejus ſervent, obedientiam & fidelitatem exhibeant Domino, & ab illo conſtitutis. Quò evocantur, ſtatim prodeant, aliis etiam attendant ut fideliter laborent.

2. Cùm in aliquod iter mittitur, ſecurim ſecum deferat & ſaccum, colonus.

3. Ab aleis, & ſimilibus ludis noxiis abſtineant neque in vicinis oppidis causâ potandi pernoctent.

4. Si quis eſt egenus, neque habet quod domi agat, eat ad Aulam ibique pro ſtipendio laboret.

5. Nihil novi ullus ædificet ſine Factoris licentia.

6. Diſcat arare, defalcare, alioqui agro indignum ſe reddet. Habeat itaque omnia neceſſaria ad colendum agrum, boves, currum, equum, furcam, carpentum, ſcalas pro curru, forfices pro tondendis ovibus, ſecurim, falcem majorem & minorem, jugum, ara-

aratrum, occam, rastrum, necessaria ad falcem acuendam & securim, necessaria ad triturandum, hoc est, tribulos, palam, saccum, cribrum. Item terebram, item ea quæ ad concidendum stramen requiruntur.

7. Cùm devecturi sunt aliquò frumentum, non accipiant nisi mensuratum, & mensuræ adsint, & quietationes recipiant, nisi habuerint Adstitem.

8. Qui emit ab altero agrum sine licentia Factoris, solet alicubi pro pæna amittere pecuniam, & qui seminavit, perdere frumentum.

9. Nec viliori supellectile sed eâdem quâ suos, excolant agros Domini.

10. Non adeant Dominum plures nisi priùs significaverint, ne fortasse in expectando accessu tempus multum consumant.

11. Quod dictum num. 8. idem solet servari si quis à Factore inscio Domino agrum emerit.

12. Si adverterit quòd vicinus non seminet, deferre eum tenetur.

13. Nulli permittitur ut apud Factorem suos labores redimat. Item punitur si quis Domini commoda aliquo modo averterit.

14. Qui non seminat, suspectus est de fu-

gas, & vades pro se tenetur sistere. Præterea nemo illis det mutuum.

15. Si advertant à Factore damnificari Dominum, tenentur monere, præcipuè decuriones.

16. Nulli res furtivas liceat emere, vel incertas, nam præter alia mala, tempore suspecto solet pestis induci.

17. Cùm agrum desolatum occupant, etiam domos ad illum pertinentes reparent: cùm reddunt agrum, etiam boves, & domum integram reddant. Sed in hoc spectanda jura cujusque loci.

18. Mutuò nihil dent, aut donent illis qui ipsis attendunt, neque si promiserint reddere, jubeantur.

19. Si à Factore patiantur injuriam, non ad alium quàm ad Dominum recurrant.

20. In pervigilio S. Martini solent reddi census sub mulcta.

21. Cùm serviant alicui sine licentia, dies sui laboris per substitutum expleant.

22. Quando fit divisio inter Fratres bonorum, jura loci observentur, juxta quæ alicubi solet ille qui in eodem manet agro accipere quidquid ad culturam agri spectat, boves, equos, vaccas, oves, sues, aves, instru-

ſtrumenta. De reliquis diviſio fit ad æqualitatem. Quodſi duo in eodem jugero manentes inter ſe dividant, omnia dividuntur ad æqualitatem. In medio jugero non fit diviſio. Qui partem accipiunt, ſtatuant vades, quod ex illo Dominio non ſint abituri. Sed non liceat ſimul pecora & ſupellectilem divendere.

23. Non ſolet impunè illi eſſe qui non colit ante meſſem, quæ ſunt ante illam excolenda.

24. Nihil pro ſe priùs advehant, quàm pro Domino. Artifices verò circa meſſem Domini juxta jura ſua agant. Non videtur tamen juſtum ſi omni ſeptimanâ ſingulis diebus laborent.

25. Si alicui factum ſit damnum per alienam beſtiam, illam ubi ceperit, non apud ſe detineat, ſed ad aulam deducat.

26. Colonæ habeant neceſſaria ad elaborandum linum & canabes, qualia ſunt, malleus ſtuparius, ſetaceum, colus, pes aut baſis colûs, modulus in quo fila convolvuntur ex fuſis, labrum eluacrum, malleus telas lauantium, & ſimilia.

27. Nulli in taberna liceat potare priusquàm ſeminaverit.

28. Alvearia propè domum non habeant.

29. Crimina in illis non debent tolerari. Quodsi aliquis sit reus capitis illum non alii quàm Patres familias custodiant.

30. Nulli subditi sine scitu Domini fundentur, & quod in eos collatum, ex illorum novo fructu recipiatur.

31 Non licet illis suos agros aliis conducere vel oppignorare.

32 Prodigorum bona ad aulam accipiuntur, & moderatè illis ex ipsis providetur.

33. Currus in malo itinere non conducant, nec pecora vendant sine scitu Factoris, & causa justa: neque laborent tempore pluvio cum jumentis. Quisque autem sibi prospiciat de victualibus ne illa cogatur emere. De fugitivorum recuperatione lex propria loci servetur: in Polonia nonnisi intra annum & sex hebdomadas recuperari possunt.

34. Qui plures habet filios, alios agro, unum capaciorem applicet opificio in suo pago.

35. Uxor externis non permittenda nisi illi vicissim concesserint tuis, ut in eorum pagis possint ducere.

SUBSECTIO VII.
De Fæminarum Oeconomia.

CAPUT I.
Nobilis fæminæ leges.

1. Videat an aliæ fæminæ ſuum munus impleant.

2. Herbas odoratas ſerat, roſas, angelicam, phelandrion, meliſſam ſylveſtrem, ſerpillum, malvas, nardum ſylveſtrem, betonicam, chamemælon, &c.

3. Diſtillet aquas varias, herbas odoratas ſiccet in uſum labri & lixivii. Fila tenuia pro tela ſubtili ducat.

4. Mappas, mappulas, mantilia conficiat, fila alba pro conſuendis lineis, funiculos.

5. Capones impinguari curet, qui citiùs proficiunt, ſi anguſtè conſtringantur, v. g. in olla.

6. Succos variarum uvarum ad condiendos cibos, quas antequam coquat, nucleos exprimat, quos ſeminabit.

7. Pulces ſubtiles formet, manna, milium procuret, botulos, farcimina, caſeolos ovillos, piſces ſiccos, ſuccidias, & alia quæ ad ſecundas menſas apponuntur.

Con-

Confectiones & Electuaria cum melle aut saccharo ex pyris, cerasis, nucibus, &c. Acetum ex mulso, cerevisia, uva agresti curet ut copiosum fiat suo tempore, item ex succo pyrorum, pomorum.

8. Vasa, vitrea, lignea, ollas, tigillos procuret in bono numero. Curet ne cameræ fæteant.

9. Antequam domus vespere claudatur provideat ut in quocunque loco morantur fæminæ, sit lumen.

10. Factrix solet per dimidium anni pro sua domo, per alterum dimidium pro Domino fila ducere.

11. Agrestæ succum hoc modo faciat. Uvas albas immaturas decerpat ac in mortario fictili vel ligneo contundat, succumque exprimat, quem in lagenas vitreas imponet atque soli exponet. Qui si interim bullierit, salis aliquid injiciendum.

12. Cineres ad usum lotionum habeat ex paleis seu stramine lupuli, optimi autem sunt ex lignis aridis pomariorum.

CAPUT XI.

Leges Agrariæ fœminæ.

1. Curare debet pro mensa Domini, pullos,

los, anſeres quàm maximè vernos, ova recentia, omnis generis, capones, agnos, porcellos, vitulos pingves, & ad hoc advertat Præfectus culinæ.

2. Quàm maturrimè curet olera, cucumeres ſalitos, petroſelinum, & alias radices hortenſes.

3. Caulium vaſa in omnibus prædiis ſint æqualia, horum iſta curam habeat, ut integra ſint & munda.

4. Alia lacticinia circa feſtum S. Martini, alia in media æſtate reddat.

5. Caſei in uſum domus propter portiones dimidio ſint minores quàm qui venduntur. Signet verò ſui prædii vaſa pro butyro, ut ſic notata prodant apud quam fuerit fraus, ſordes, &c.

6. Ad minimum habeat 60. gallinas, totidemque anſeres antiquiores, præter mares. Reddat ova, &c. juxta quitationes, pulli verò aſſumantur ad culinam relictis 30. ut fiant capones. Ova ſolent ferre gallinæ incipiendo ab initio Quadrageſimæ usque ad S. Martinum.

7. Conſervet pecora & multiplicet: propterea Paſtorem noctu excitet, & illi attendat.

8. Plu-

8. Plumas, vellera ad unum designatum prædium remittat acceptâ quitatione. Cùm illi porcus conceditur ut eum pro se alat, lardum ei non datur.

9. Anseres sunt ejus curæ, qui quidem si æstate non in quovis prædio habeant pascua, ad unum colliguntur, deinde pro hyeme ad propria reducuntur.

10. Ejus curæ galli domestici & Indici, pavones, anates, qui facilè multiplicantur si ova eorum alibi coëmeris & gallinæ supposueris. Pavones etiam feliciùs excluduntur & educantur à gallina quàm à propria matre. Idem de Indicis, sed dum sunt teneri caveatur ab humiditate.

11. Ad eam spectant semina, lini, canabum, papaveris. Poma, pyra, cerasa, pruna, ut succos pro ciborum conditura coquat. Item res hortenses.

12. De lacticiniis ubi Domini culinæ consuluerit, quærat an vendenda, & notet.

13. Attendat ut vere & in Autumno horti fimentur, de quo moneat Factorem & villicum, & si isti neglexerint, Dominum. Videat etiam ut suo tempore serantur hortensia, cæpæ, cucumeres, pastinaca, siser, petro-

petroſelinum, caules, betæ, rapæ, & lactuca, ubi Dominus degit, & de his omnibus aliqua ſeligantur pro ſemine. Neque negligatur rapaſtrum, nam dat oleum quod uſui eſſe poteſt.

14. Pultes pro uſu Domini & amylum ſolùm in uno prædio fiant.

SUBSECTIO VIII.

De Cellarii Præfecto.

Agetur de ejus legibus, de Potu, Aceto, Aquis refrigerantibus.

Leges.

1. Habeat induſtrias circa potus conſervandos & immutandos, ſed non immutet abſque Domino conſilio.

2. Tempeſtivè Domino ſignificet, ſi quid corrumpi, aut deficere incipit. Claves eidem veſperè reddet, ab eoq; manè recipiet.

3. Semper inſcribat quod recipit & expendit, ideoque vaſa ſeu tunnas habeat æquales, & non expendat niſi per ollas, aut dimidias, aut quartas, ita dolia, ſemidolia, quadrantes.

4. Acetum & aceſcentia in cellario non ſervet, ne ſanos potus inficiat. Neque ex pluribus vaſis ſimul potum incipiat depro-

mere, nam non plena vaſa vitium contra-hunt, ideòque repleat, ex quibus deinceps non promit. Videatque ne alicubi vas per-ſpiret, quia fiet potus evanidus. Acetum in cellario, hyeme corrumpit cerevi-ſiam, æſtate reddit acidam. Fit autem ace-tum ſi aridiſſimam panis fermentati maſ-ſam calefactam vino vel cerevisiæ impoſue-ris ac clauſeris. Sed de hoc poſtea.

CAPUT I.

De Cerevisia, Mulſo, Cremato.

1. Cerevisia non citò aceſcit, ſi dum in vaſa infundenda eſt, priùs infundatur aqua bulliens, & fænum, atque ita ſtet vas clau-ſum aliquamdiu.

2. Mulſum quod coquitur in plenilunio, eſt optimum: quo ante, eſt evanidum: quod lunâ novâ, turbidum.

3. Crematum diſtillari debet lunâ cre-ſcente. Aqua quæ prima in coctione cre-mati ex frumento effluit, pro atramen-to ſervanda, non muceſcet enim atra-mentum.

4. Cerevisia etiam cocta in Martio non aceſcit, ſi tamen dum æſtuat in vaſis, lupu-lus ſelectus ſiccatus & in pulverem reda-ctus

ctus inspergatur , pro tunna sufficit una quarta ollæ. Alii galangam cum baccis lauri imponunt & æstate subtrahunt fecem.

5. Mulsum ut rubeat, lupulus dum siccatur, injectis carbonibus aduratur. Vel in aqua bene calida, quam tamen manus sustineat, mel solvatur , sed dum solvitur, cavendum à nimia mellis attritione , sic enim aculei attererentur , & mulsum aculeos saperet. Tolletur verò iste sapor, si ferrum candens mulso aliquoties immittatur.

6. Crematum cum aniso ita fit. Contunditur anisum & per dies 12. ponitur in cremato simplici in loco calido : tum additur liquiritia tenuiter concisa, & distillatur.

7. Alii ne cerevisia in vasis evaporet , cuiq; vasi immittunt caryophyllos tritos in nodulo lineo quantitate glandis quernæ.

8 Ut semper spumam cerevisia retineat, dum bullit in vase, manus plena farinæ triticeæ injiciatur.

9. Ex fructibus etiam variarum arborum faciunt potum. Colligantur non omninò maturi, & soli exponantur , ut quod aquosius exhalet, proinde expectandum, donec aliquantum aruerint : deinde in mortario ligneo franguntur , & succus exprimitur.

Aliqui tamen fructus perfectè maturi assumuntur. Pyra sylvestria præ cæteris fructibus plus dant succi & melioris, hic permittitur spumare & fervere, & ille melior erit, qui propior fundo vasis.

10. Acida cerevisia corrigitur: Ligni tiliæ cineres vehementer cum parte cerevisiæ commisce, ac reliquæ cerevisiæ infunde.

11. Cerevisia erit melior, si mixta fecibus in lagenas fundatur, ac sub terra per mensem defodiatur. Acetum etiam defossum est melius & violas olet. Ut Verulam. scribit.

12. Absynthiacus potus fiet. Præparetur hoc modo absynthium. Folia sicca & capitella absynthii terantur (idem de aliis floribus, & herbis) & in boni cremati scutelam imponantur, ac succendantur, miscendo donec pars sexta manserit, tum percoletur, & in vitreo maneat quietum, ut crassiora subsidant, ex hoc, potui pro libitu affunde Sed ut sit crematum absynthiacum sine amarore, concide absynthium & misce brasio, ex quo simplex crematum coquitur, & coque simul, ac posteà distilla.

13. Mulsum ut ad instar vini sit viride, dum post cocturam in vase in loco calido æstuat, artemisia imponenda est illi. Ut sit in-

instar vini malvatici, cerasa ponantur in aquam in qua est coquendum, maneantq; donec putruerint. In ista aqua circa festum S. Martini coquatur mulsum.

14. Mulsum & vinum corruptum corrigitur, si in eo mergatur clausa lagena plena cremato.

15. Cerevisia ne acescat, nasturtium imponatur, vel ovum integrum recens, & mutetur novo. Ne vapescat, virgulta lupuli telâ involve, ac impone, claude orificium, ac obrue arenâ. Acetum fit siccum ex aceto cerevisiario, si subigatur farinâ & pinsatur. Vel si panis sæpius aceto tingatur & siccetur.

16. Cerevisia dicitur statim defæcari, si ephippium equo fatigato ac sudanti detrahatur atque calens dolio cerevisiæ superponatur. Mulsum verò, si infusum lagenis in arena sepeliatur.

17. Cerevisia acida corrigitur & clarescit. Misce cum fecibus triticum contusum, & cerevisiæ infunde.

CAPUT II.

De vino.

1. Dum incipit vinum corrumpi, si brioniæ semen injeceris, corruptio sistetur, imò prior sapor recuperabitur.

2. Vinum album in rubrum vertetur, si coquatur, & purgetur, deinde notabilis quantitas fragorum injiciatur, post dies octo vinum rubescet.

3. Vina ne acescant (Conradus Heresbach docet) calore sunt fovenda. Imbecilla vina in demissis intra terram doliis servanda, valida in expositis. Si vas non sit benè clausum & plenum, acescit vinum. Quò majores æstus fuerint, vina convenit transfusione roborari. Vina viliora emendãtur fece vini generosioris in pastillos conflatâ ac in Sole siccata, si trita vino immittatur, & ipsum vas eâdem intus perfricetur atque oblinatur. Juvat quoque labra vasis crebrò fricare nucibus pineis, sic vinum roboratur. Neque in nova debet transfundi vasa, sed in ea in quibus fuerunt vina generosissima, nam vasa nova aliquando lædunt.

4. Si desit cellarium in quo reponatur vinum, scribit Barth. Scappi Cocus secretus Pii V, in tela linea appendatur intra vas frustum lardi, ut semper vinum contingat, hoc omne in se trahet malum, vas intereà claudatur optimè. Vel, pari modo pomum aureum suspendatur confixum caryophyllis, dat vino gratum odorem.

5. Mustum ne è vase effluat, os vasis cingitur aut pulegio, aut calamintâ, aut origano: aut circum ungitur lacte, vel caseo vaccino. Ut verò citò defecetur, in 10. mensuras vini solent aceti vini dimidium, hoc est, vigesimam partem infundere, & intra triduum clarescit. Qui verò toto anno volunt habere mustum: id recipiunt quod sponte de uvis in cumulum congestis effluit, & eâdem die in vas picatum extra & intus, fundunt, & vas fortissimè occludunt: & pro meliori, vas in puteo vel flumine per 30. dies mergunt, vel saltem in arena humida sepeliunt, ne vel minimùm bulliat.

6. Vini non mixti signum est, pyrum sylvestre scissum, aut morus, in eo non merguntur. Vel pennam oleo oliv. benè perunctam & abstersam aut bacillum immitte vino: si aquam habuerit, guttulæ adhærebunt oleo. Calx etiam viva puro vino injecta conglutinatur, in lymphato solvitur. Item si bullienti oleo olivarum inspergatur vinum adaquatum, fit strepitus: si purum, quies.

7. Si Mustum incipiat esse durum, una mensura botrorum coquatur, donec uvæ tumescant, posteà exprimatur, & succus in

 octa-

octavam partem musti fundatur. Vel, mustum percoletur per arenam lotam & puram, ita mustum durabit. Ut verò mustum statim clarescat, id est, intra 24. sine bullitione infundatur in dolium factum ex corylo. Confricato vase spartâ, parũ erit fecis.

8. Ut separetur à vino aqua cui est affusa, alumen vasi in quo est affundatur, & statim os vasis obturetur spongiâ imbutâ oleo oliv. Vas autem ore versùs terram vertatur, & aqua sola effluet.

9. Vinum odoratum & dulce fiet, si grana myrthi siccaveris, triveris & immiseris, & maneat per dies 10. clausum in vasculo. Folia etiam vitis, aut cypressi affricata marginibus vasis, aut injecta vino, conciliant magnum odorem. Vel accipe pomum aureum, aut cedrinum modicum, & confige caryophyllis vasique injice, ita tamen ut sit prope vinum, nec illud attingat, & vas claudatur optimè. Si etiam in aqua vitæ macerentur res odoratæ quarum odorem vino volumus dare, aquâ hâc vino affusa, dum ipsa sit facta ex vino, implebit vinum odore.

10. Emendatur etiam vinum, si raphani radices filo trajectas immerseris vini dolio, graveolentiam enim & acorem ad se trahent,

hent, ſed debent, ſi opus eſt, aliquoties mutari.

11. Ut dulce vinum maneat: dum fervet in dolio picato & optimè clauſo, in flumine mergatur.

12. Inſtar moſcatellini vinum erit, ſi dum bullit & æſtuat, in vaſculo clauſo flores ſiccos ſambuci vel ſemen coriandri immiſeris, & per totum ebullitionis tempus reliqueris.

13. Odor vitioſus vini corrigitur. Accipe folia ceraſi, acetoſæ, & in lixivio, vel aquâ ſimplici decoque, & in dolium vini injice, atque agita.

14. Vinum per artem fiet. Rec. lib. 50. uvæ paſſæ, pone in dolio in quo fuit vinum, & affunde aquam ferventem cum tribus quartis ollæ aceti optimi ex vino facti, & ita per 24. horas permittatur ſtare, tantum aquæ ſit ut uvæ cooperiantur. Rurſus affundatur aqua bulliens, & ſinatur ſtare per dies ſex, erit vinum ſalubre neque citò corrumpetur, & quantum de illo prometur, tantum de aqua affundendum. Vel, elige uvas paſſas duri corticis, exime acinos, & uvis reple dolium prope ſummum, infunde vaſculum vini optimi veteris generoſi, & reliquum

liqvum imple aquâ bulliente, & ſinatur ſtare donec refrigeſcat, tum aptum eſt potui, ſed ubi promitur, aqua debet affundi ut vas ſit plenum.

15. Ne vinum corrumpatur, affundunt aquam vitæ ex vino coctam, & vaſa ſinunt reſpirare.

16. Vinum aut acreſcit, aut in vappam abit circa ſolſtitia, & occaſum Pleiadum, vel ſub caniculam, & in ſummo frigore, aut calore nimio, imbribus, ventis, & tonitruis, cùm vineæ ac roſæ florent. Ideò tunc proſpiciendum ut n. 25.

17. Transvaſato vino ſi fex culices gignit, ſignum eſt pervertendi vini. Alii de centro dolii vinum accipiunt, fervefaciunt, & guſtando conjiciunt de vini ſtabilitate. Ex operculis ſi quid vinoſum habet, optimum ſignum: ſi quid aquoſum, peſſimum. Vinum ne exhalet, oleum oliv. ſuperfunditur.

18. Si vinum in quo moriuntur angvillæ, aut noctuæ coqvuntur ova, bibatur, aut aqua de vite fluens, odium vini parit. Idem eſt de floribus ſiliginis.

19. Vinum fit claretum: aliquot ovorum albumina optimè exagita, tum affunde vini tantundem, ac rurſus agita donec totum albe-

albeſcat, deinde adhuc vinum affunde, tandem totum hoc vaſi injice, ac claude.

20. Vinum ut multam aquam patiatur, ita præparandum. Radices malvaviſci ſiccentur, concidantur tenuiſſimè, & cum vino optimè miſceantur.

21. Ne vinum effloreſcat, flores vitis ſiccati injiciuntur. Vel farina vitiæ, & poſtquam iſta deſcenderint ad fundum, in aliud vas transfundatur vinum. Virtus tolletur vino, ſi affundatur ſuccus è caulibus contuſis expreſſus.

22. Vinum turbidum clareſcit, ſi in triginta menſuras vini una dimidia menſura fæcis olei oliv. decocta injiciatur. Iva muſcata in ſertum ducta præſervare dicitur ab ebrietate.

23. Ex vino novo fit vetus ſubitò. Rec. amygdalas amaras, melilotum, ſingulorum unc. 1. liquiritiæ drachmam, florum lavendulæ tantundem, aloës epaticæ unc. 2, hæc omnia contuſa ligantur in tela linea, & vino immittuntur.

24. Vinum an ſit durabile, hoc etiam modo noſcitur. In vas aliud transfunditur, & fex in priori vaſe relicta optimè clauditur,

si illa non corrumpitur, nec odorem malum contrahit, nec generat bestiolas, vinum est durabile. Et è contra. Vel fistula demittitur usque ad feces & per illam odor an bonus exploratur. Mustum crassum & glutinosum boni est vini, & è contra.

25. Cùm maximi æstus urgent, maximè refrigerandum est vinum. Cùm periclitatur, ut num. 16. cùm ebullit imponatur illi sal coctus, vel semen apii cum polenta hordei, & foliis lauri, vel cinis sarmentorum vitis cum fæniculo contuso. Vel Rec. Radicem artemisiæ, & quinque folii, ac in pulverem reduc , & vino bullienti infunde. Conservant vinum amygdalæ dulces, si injiciantur , aut farina viciæ albæ , aut cinis quernus, aut frustula aluminis: Postquam vinum mutatum est , imponitur illi copia piperis fracti.

26. Si turbatum est vinum, immittuntur illi nuclei pinûs, vel persicorum, vel albumen ovorum, vel parum salis, vel aluminis roccæ semilibra cum sacchari parte æquali pulverisata, & vinum misceatur.

27. Cùm vinum rubrum incipit corrumpi. Rec. vitellum ovi (si album vinum, albumen ovi) & silices ex rapido fluvio,

&

& salis unc. 2. omnia reduc in pulverem, ac vino transvasato in vas purum dicta mixtura injiciatur. Et hoc repetatur per aliquot dies. Sed si vinum ex toto fuerit corruptum, hæc medicina non juvabit.

28. Cùm vinum fætet, baccas lauri coque in vino, ac vasi injice, vel sacculum salviæ ita intra vas appende, ne contingat vinum: qui etiam vinum liberat ab acredine.

29. Ne durescat vinum, habendum est in loco frigido & ita clausum ne perspiret. Vel frustum lardi in linteolo ita appendatur, ut semper sit in medio vini. Vel tantum olei oliv. affundatur ut tegat superficiem vini.

30. Si aliquod animal, etiam venenatum, inciderit in vinum, & in eo fuerit mortuum, exuratur, & cinis frigidus vasi injiciatur, ac vinum baculo misceatur. Vel injiciatur panis calidus, aut annulus ferreus, & sic venenum peribit.

31. Muffa è vasis tollitur: infunde in dolium cum aqua calida vivam calcem, atque optimè clausum stare sine: deinde vas ablue aquâ in qua salvia est cocta, quæ relinquatur in vase per unam diem.

32. Aqua vini colorem assumet, si lagenam

nam rubri vini lagenæ aquâ plenæ ut ora cohæreant, ſuppoſueris: non miſcebuntur, ſed aqua tingetur, & vires aliquas vini acquiret.

33. Vinum optimum eſt in medio dolii. Oleum oliv. in ſupremo. Mel in fundo.

34 Muſtum etiam ſic dulce conſervatur. Halec in filo intra dolium appenditur. Vel in muſtum injicitur panis toſtus, aut caſeus ovillus,. Vel aliquot fruſta plumbi: vel tuſum ſinapi cum vino.

35. Vinum coloris erit aurei, ſi vino à fecibus liberato ſtramen avenaceum imponatur.

36. Baccæ pumilæ juniperi injectæ vino ſi natant, merum vinum eſt: ſi merguntur adaquatum. Acini uvæ, ova recentia in vino puro non merguntur, ſed in mixto.

37. Ex rubro vino fiet album: ſalis craſsè tuſi unc. unam duabus vel tribus ollis vini injice: vel ex albis vitibus cineres in dolio vini per dies 40. maneant, vel farinam fabarum adde, vel aliquot ovorum albumina lagenæ rubri impone & agita.

38. Vinum hyeme congelatum pone in aqua frigida, ut in ea reſolvatur, ſic enim ſaporem virtutemque primam retinebit. Schwent.

39. Vini

39. Vini nauſeam inducit ſi ova noctuæ elixata comederis.

40. Pix ad vina neceſſaria ſic paratur. Super ignem lentum in fictili ſolve picem & lixivio è vitibus facto aliquoties elue.

41. Fx dolio muſtum non excurret, ſi coronetur pulegio aut calaminthâ, vel interna labra vaſis caſeo bubulo fricueris.

42. Muſtum uſui idoneum erit poſt triduum, ſi infuderis acetum. Tonitrua ne vino noceant, ferrum operculis doliorum imponitur.

43. Vina ut durent, vel ſal toſtus injicitur: vel fænum græcum in ſole toſtum, vel lac & mel: vel argilla: vel cicer nigrum modicè toſtum & molitum, & tale vinum urinam ciet. Vel ſemen lini, vel alumen conciſum, nigro verò vino amygdalæ dulces imponuntur.

44. Vinum Cytrinis hoc modo condiunt. Ad ollam vini ponunt dimidiam libram ſacchari, deinde cytrinum pomum in orbiculos conciſum injiciunt, & per horam relinqvunt, demum percolant.

45. Hypocras ſic faciunt. Semilibram ſacchari ponunt in olla vini, ſemunciam cinnamomi, aliquot caryophyllos, v. g. 5. hæc omnia

omnia integra ſint in vino per horas duas, ſæpe vinum ex vaſe in vas transfundendo ut bene miſceatur, tum percoletur per pannum, & affundatur gutta lactis, ut clarificetur, poteſt etiam causâ odoris addi aliquid moſchi &c.

46. Vinum incenſum ſic componunt. Duæ ollæ vini, libra ſacchari, octava pars unciæ caryophyllorum calefiunt bene ad ignem, tum ex vaſe in vas transfundunt & chartâ ardente ſuccendunt, & hoc repetitur aliquoties.

47. Vinum moris rubi idæi ſic condiunt. Quatuor ollas vini, & ſcutelam juſtam horum mororum purgatorum, ſacchari ſeſquilibram, hæc ſimul miſcentur & conteruntur & ſinuntur ſtare donec ſubſidant, demum percolatur.

48. Odium vini inducit. Ovillum pulmonem pone in olla & in fumo appende ut ſiccetur, pulvis ejus bis aut ter cum vino propinetur.

49. Congelat nunquam acetum vini etſi ſit frigidiſſimum.

50. Muſtum probare an bonum ſit futurum vinum. Si culices circa dolium naſcuntur, malum. Arundinem demitte usq; ad

ad feces & eas attrahe & ex illis judica. Vel coque vinum & refrigera & gusta. Vel operculum detrahe & humorem illi adhærentem gusta, si vinosus est, bonũ est vinũ. Flos supernatans purpureus, bonum; glutinosus, malũ; niger, imbecille; albus, diuturnum significat. Si serpens tempore vindemiæ viti se implicuerit, acidum vinum erit. Vas tactu calidum, vinum infirmum; frigidum verò melius notat. Idem est si ipsum vinum gustu calidum aut frigidum sit. Operculum dolii siccum, firmissimum vinum indicat; humidum, perversum. Vel manum impone, & exsicca, si acorem olebit, malum. Hæc autem experimenta maximè sumenda tempore solstitii æstivi, & cùm florent vineæ, quia tum vina maximè pervertuntur. Vel sub operculo laminam pone politam & claude, & post 40. dies aperi, si plumbea non in cerussæ speciem mutabitur, vel si stannea non nigrescet, vel si ærea non habebit bullas, vinum bonum. Boreali vento flante si gustes vinum, non cognosces quale sit; quia tunc incommotum manet: sed Auster spirans & prodit. Nec jejunus gusta, aut post crapulam, nec priùs acres aut salsos cibos ederis, qui gustum immutent.

Fallit gustum, si in dolium in quo prius odoratum & optimum vinũ fuit infundas; Vel si prius caseum aut nuces edas, quia gustus corrumpitur. Syderum exortu vina non aperiantur quia turbantur, & cave ne radius Solis dolium illabatur aut Lunæ.

51. *Turbantur* vina in solstitio æstivo, summo cœli calore aut frigore, in Canicula, occasu Pleiadum, floribus vineæ decidentibus, tonitru.

52. *Aquam* vino admistam Cicada aut locusta injecta prodit, quia mergitur. Vel chartam aut quidcunque oleo inunge & vino impone & exime, guttulæ aquæ adhærebũt. Vel calefac vinum & sub dio in novo fictili expone, si admista aqua, acescet. Vel vivæ calci infunde, si est aqua, bulliet. Vel vas vini spongiâ oleo tinctâ occlude & inverte, aqua per spongiam stillabit. Vas hederaceum viride vinum non continet, sola aqua remanet juxta Plinium, sed cùm Porta probatet, vinum mansit, aqua effluxit.

53. Ne redoleat ex ore vinum assumptum, superediture anisum, fæniculus, aut aliquid odoratum.

54. In navibus hâc arte refrigerant vinum &

& quemvis potum. Malo appendunt per noctem in lagenis, & ubi illuxit deponunt, ac multâ veste involvunt.

55. Vendunt aliquando Judæi pro malvatico album vinum, cui succum uvarum maturarum sambuci immiserunt. Pro vi[illegible] vinum per chartam crassàm percoletur.

56. Vina diversa cùm es gustu exploraturus, ut post unum possis aliud discernere, coryli lignum rodendum est, quia id suo statui lingvam restituit. Bonum est vinum, si ovum recens intra 24. horas non nigrescat.

57. Vinum reparatur album, si albæ vitis folia; nigrum, si nigræ vino immitantur, & affundatur aqua bulliens, vasque optimè claudatur, intra triduum sanabitur vinum.

58. Si vinum non videatur posse sanari, convertatur hoc modo in acetum. Pars vini corrupti cum zingibere contuso & sale coquatur, & reliquo vino infundatur, atque totum aperto vase soli exponatur, post biduum rursum pars vini dicto modo coquatur, & reliquo vino affundatur bulliens, post dies 20. habebitur acetum.

CAPUT III.

De Aceto.

1. Acetum ex cerevisia factum conservatur dolio infusum, cujus os clausum truncello ex salice viridi, qui ferè ad fundum vasis perveniat, sed illum non attingat. Sed quantum tollis ex aceto, affundas cerevisiam.

2. Fit etiam acetum ex pyris sylvestribus immaturis: jaceant illa in cumulo per triduum, posteà in vas colligantur affusâ aquâ puteali, tum benè cooperiantur, post dies 30. fiet acetum.

3. Vinum convertitur in acetum, si illi imposueris radicem pyretri, vel acetosam pistam. Si verò adjeceris sambuci flores, vel rosas addes odorem. Sed menstruata non accedat acetum.

4. Acetum ut fiat ex vino, vas sit apertum in loco calido. Vel aperto vase lapis accensus, aut chalybs, aut tegula candens injiciatur, & modicum salis. Vel vini vas clausum imponatur aquæ bullienti.

5. Acetum vini mutatur in vinum, caulium radicibus injectis. Vinum verò in acetum, tusis betæ radicibus.

6. Ace-

6. Acetum ex vino fit ſubitò, ſi cornos quando incipiunt rubere, & mora inter querceta nata exſiccaveris atque contriveris, & ex pulvere cum aceto forti pilulas feceris. Harum aliquot vino calefacto injice, & fiet acetum.

7. Acetum ex vino corrupto fiet. Bulliat vinum ad ignem, & ſpuma tollatur, bullitio fiat ad tertiæ partis conſumptionem, tum infundatur vaſi, in quo fuit acetum, addatur herba dicta cervifolium, & vas optimè tegatur.

8. Acetum ſalubre erit. Scyllæ dr. 8, piperis tantundem, menthæ, baccarum Juniperi, adde.

9. Acetum dulce erit. Rec. aceti fortis & muſti partes æquales, adde picem, & claude optimè, & ſic ſtet dies 30. Vel, unam muſti menſuram, aceti duas coque ad tertiæ partis conſumptionem, imò ante cocturam tres menſuræ aquæ addi poterunt.

10. Acetum robuſtius erit, ſi illi aliquid pyretri imponatur. Vel ſi arefacti botri mittantur in muſtum cum paucis uvis vini immaturi. Vel pars aceti ad ignem coquatur & non coctæ affundatur, & ſoli per dies octo exponatur.

11. Acetum piperatum erit, ſi piper integrum in illo per dies octo madeat.

12. Nitrum prodit acetum adaquatum, nam illi impoſitum bullas excitat.

13. Acetum ſiccum habebitur. Rec. Ceraſa ſylveſtria cùm incipiunt matureſcere, vel corna, uvas immaturas vini, glandes cùm incipiunt matureſcere, ſiccentur, & conterantur, & cum aceto optimo incorporentur, atque ſoli ad ſiccandum exponantur; & cùm opus aceto fuerit, imponantur vino. Faciet idem ſola uva immatura tuſa cum aceto & in ſole ſiccata. Rec. Perſica mollia, hordeum combuſtum, & miſce, atque ita per unum diem relinque, poſteà colentur, jam eſt acetum. Vel ficus veteres, hordeum combuſtum, medulla pomorum aureorum, vaſi imponatur, & in illo agitetur, & cùm fuerit digeſtum, percoletur. Sed nullum acetum eſt illo vehementius quod fit ex vino.

14. Coquatur cereviſia absque lupulo, & ubi refrixit, in dolium unius fundi infundatur, quod priùs maſsâ panis fermentatâ eſt bene perfrictum, tegatur telâ cui aliquot pugni lupuli ſicci & benè triti injiciantur, Deinde alia ſuperponatur tela, fit acetum intra dies 10. loco calido.

CAPUT IV.

De aquis refrigerantibus.

In Italia sequentibus aquis potando illas, se refrigerant æstate.

1. Limoniata fit. Accipitur mensura aquæ & in illam limones virides exprimuntur & totæ injiciuntur. & sic aliquamdiu relinqvitur, tum rursus exprimuntur & abjiciuntur, & sacchari semilibra tribus quartis ollæ additur.

2. Sorbetum. In tres quartas aquæ exprimuntur quinque virides limones sine cortice, tum additur semilibra sacchari, & aliquid moschi & ambræ, & percolatur.

3. Cedrina. Accipe fructum cedri, & corticem abrade atque mitte in tres quartas aquæ. Stent ita per quadrantem horæ, tum unciæ quinque sacchari addantur.

4. Aqua de floribus pomi aurei. Florum istorum manum plenam impone tribus quartis ollæ aquæ, maneant aliquamdiu, id est per dimidiam horam, adde quinque uncias sacchari.

5. Gensemini. In similem aquæ mensuram florum gensemini impone manum, stent per dimidiam horam, postea sacchari unciæ quinque addantur.

6. Cerasina. Libram cum dimidia cerasorum accipe, confringantur, & in dictam mensuram aquæ ponantur, & coquantur ad ebullitionem, ubi refrixit addantur sex unciæ sacchari, & aliquid de succo pomorum citrinorum.

7. Fragorum. Fragorum maturorum scutella ponatur in aqua per quadrantem horæ, tum addantur unciæ quinque sacchari, & aliquid de succo citrinorum.

8. Aqua agrestæ seu uvarum vini acidarum. Accipe illarum lib. 2. & in mortario succum exprime, & coquatur in olla, tum percoletur, & aquæ infundatur, addatur deinde aliquid sacchari, aut citrini recentis.

9. Aqua pyrorum moscatellinorum. Concide pyra tenuiter, & ex iis libram unam accipe, & aquæ impone in quantitate supradicta, tum addantur quatuor unciæ sacchari prius in modico aquæ soluti.

10. Aqua cinnamomi. In olla fictili tres quartas aquæ fac bullire ad ignem, bulliendi cinnamomi unc. semis crasse tusi impone in nodulo. Coquatur spatio quo diceretur Psalm. Miserere. Deinde claudatur bene & ab igne removeatur, percoletur & quinque sacchari unciæ addantur,

miscea-

miſceatur ac rurſus percoletur. Sine coctura etiam poteſt eſſe ſi dictum cinnamomum fuerit per dimidiam horam in aqua.

11. Aqua de roſis Damaſcenis in menſura dicta aqvæ manus plena roſarum Damaſcenarum ſit per horam dimidiam, adduntur 4. aut 5. unciæ ſacchari.

SUBSECTIO IX.

De Coco.

Hic quinque Capitibus res quinque dabimus.

CAPUT I.

Leges Coci.

1. Munditiem ſummè curet: ſordes enim, cibos, & comedentium offendunt ſanitatem, & appetitum.

2. Dimidiâ horâ antequam cibos diſtribuat, curet ſignificari Domino, ut ſe à negotiis expediat.

3. In Regeſtrum referat quidquid rerum accepit & expendit. Item quidquid vaſorum habet.

4. Advertat ne araneæ nidificent in culina qui ſubinde venena inſpergunt; ne bufones, & alia inſecta ollas intrent. Ut omnia vaſa ſint bene lota ac ſiccata, præſertim æ-

nea ne contrahant æruginem quæ eſt quoddam venenum, neve ſint non dealbata: item telæ quibus utitur ſint lotæ, neve nimis ſint paucæ adeòque inficiantur ut nec elui poſſint, de qua re monebit Factorem, ſine cujus ſcitu nulli quidquam cibariorum dabit.

5. Perſonas impertinentes ingredi culinam non ſinat, multò minùs in eâ commorari. Videndum etiam ne ſint in culina ejuſmodi feneſtræ per quas aliquid extrahi, vel efferri poſſit.

6. Videat ne ligna abſque neceſſitate comburantur.

7. Non ſinantur otiari famuli coci.

8. Curabit ut ſit canalis ex culina per quem aqua immunda poſſit effundi. Et ut omnia tempeſtivè & mundè ſint parata.

9. A peritis in hac arte quæ neſcit petat, & artificia circa cibos, ac modum ſubinde celeriter eos parandi perdiſcat.

10. Carnes intra terram ſepultæ per horas 40. teneræ fiunt & facilè coqvuntur. Tenera etiam fit caro ſi dum coquitur herba acetoſa equina imponatur.

11. Carnium eſſentia extrahitur. Vitulus, ſi fieri poteſt, bimulus ſumatur qui nonniſi

nonnisi lac suxit, concidatur cum ossibus, & sale modicè aspergatur, ac citrini pomi aliquid adjiciatur: & hoc totum in lagenam stãneam includatur, ac optimè claudatur, in aqua bulliente per sex horas maneat lagena, deinde eximatur, & succus carnium percoletur, reliqvum est insipidum & abjiciendum.

CAPUT II.

De oleo & butyro.

1. Oleum dulcius oliv. (ait Scappi) valet pro condimentis, clarum pro frigendo. Tendens ad viriditatem est optimum. Quod spumat dum coquitur, vel crepat, non satis est bonum: optimum est, quod dum calescit quietum manet. Purificatur oleum, si optimè calefiat, & tum pars illi panis, vel massæ crudæ imponatur, maneatque in illo per quintam horæ partem, nam ad se totam malitiam olei oliv. attrahet.

2. Amygdalinum oleum ad condimentum adhibetur, sed non ad frigendum.

3. Butyrum vernum melius quàm aliud.

4. Oleum oliv. dum exprimitur, modio olivarum libra salis additur. Si congelat hyeme, sal recoctum injicitur, & solvit.

Idem

Idem ſal à rancedine ſervat, ſi addatur illi cera & olei oliv. pars æqualis , atque ita oleo immittatur. Si oleum ſit turbidum , ſupra aquam ferventem mittatur : vel ponatur ad ſolem, aut ignem. Si ſit ſordidum, frigeatur ſal, & calidus vaſi olei immittatur, & tantundem nucis pineæ combuſtæ. Si ſit fætens, panis hordeacei ſaliti medulla injiciatur, vel oleum floris meliloti. Si ſit marcidum, herbæ coriandri manipulus intra vas appendatur, & hoc aliquoties iteretur, & oleum in aliud vas transfundatur. Ut verò ſit odoratum, Rec. folia lauri, radices ænulæ, flores dictos Omnis menſis , radicum ireos, omnia ſint deſiccata ac probè trita, impone, atque vas olei per dies 15. ſoli expone, vel oleum cum prædictis coque.

5. Ut oleum dent purum amygdalæ non in aqua decorticentur, ſed pellicula cultello abradatur.

6. Oleum è veſte perfuſa educitur. Panem ſiligineum calidum ſcinde, & intra duo lintea veſtem perfuſam pone, atque panem hinc & inde applica.

7. Si mus incidit in oleum ac per hoc ſit læſum, fæni Græci, aut coriandri faſciculus aliquoties imponatur.

C A-

CAPUT III.

De ciborum ſalubritate.

1. Qui multâ carne, pane exiguo veſcuntur, fædum acquirunt oris halitum. Panis quò recentior, commendabilior: quatriduanus non laudatur. Si calens in locum peſte infectum inferatur, & ipſe inficitur: loco humido humeſcit, ſordido ſordidatur. Igne facto è lignis putribus coctus vitium contrahit. Cùm pinſitur, ſi ab initio ignem vehementer intret, deſuper comburitur, intus manet crudus.

2. Sal biliosiores & calidiores lædit, ſi multus ſumatur, hebetat enim oculos, & ſcabiem gignit, Sed prohibet ne dentes erodantur, ſi quotidie ſub lingva manè teneatur donec liqueſcat. Quæ arida ſunt ex ſe, ut caro leporum, ſi ſaliantur, cibo ſunt inepta.

3. Stirpes univerſim ac herbæ agreſtes, improbi ſunt ſucci & modici nutrimenti. Qui jejunus quotidie Ervum comederit, liene carebit. Canabum ſemen concoctu contumax, ſtomacho inimicum, caput affligit ſuo medicamentoſo halitu.

4. Fungi nullius ſunt momenti. Aliqui è lapide naſcuntur, qui lapis dicitur lyncurnis

curnis ſeu lynceus. Omnes magnâ parte ab alvo rejiciuntur integri.

5. Fabis ſi dum lixantur, ſal injiciatur, crudæ manent: ſed ſaliri debent poſtquam ſunt coctæ.

6. Bugloſſum vino injectum lætificat, mollit alvum ſi comedatur. Sed ſi nimium ſumatur inducit dyſenteriam.

7. Allii fætor ne poſt comeſtionem ſe prodat, apium vel ſerpillum ſuperedendum eſt, qvod & ex aliis cauſis foetentem halitum emendat. Furfur manet in ſtomacho indigeſtum, prout nec aquâ diſſolvitur. Lac in ſtomacho non ſinit coire mentha admixta, vel ſaccharum. Coriandrum immodicè ſumptum perturbat mentem.

8. Braſſicæ cymæ minùs ſunt ſiccæ in vere quàm ipſa braſſica. Quæ de illa ſcripſit Cato plùs admirationis quam fidei habent. Caules ſunt foliis aridiores potiſſimè ubi ſemen proximum.

9. Qui vult eſſe ſanus, ex conſilio Galeni, nullos arborum fructus crudos attingere debet. Uvas tamen vini maturas ficusque hic Medicus admittebat: quæ tamen non in arbore ſed in palea vel foeno matureſcunt, damnavit. Itali obſervant, ut fru-

ctus

ctus debiliores & faciliori corruptioni obnoxios ante mensam edant, ut priùs ex stomacho expellantur. Cerasa per artem præcocia non laudantur, ut quæ aquâ calidâ, aut calce vivâ radicibus affusâ prodeunt.

10. Persica sunt mali succi, citissimè corrumpuntur, imò arescunt in ventre. Si tamen vino madescant, deponunt noxam, sed illud vinum bibi non debet, quia secum in venas succum illum noxium defert.

11. Pyra sylvestria concisa ac siccata mirè contra fungos auxiliantur, sed & contra dysenteriam valent. Sorba si largè edantur sistunt dysenteriam. Juglandes eduntur contra pisces aquosi & pituitosi succi.

12. Dactyli cùm eduntur, os abluendum, alioqui gingivas lædunt.

13. Ficus sumptæ à calculosis, vim arenarum deturbant, alimentum præstant validum sed subinane. Si post cibum eduntur recentes, febres & alios morbos graves generant. Quæ frigidiore cœlo nascuntur, magis sunt noxiæ. Glandes in Hispania secundis mensis apponuntur, sed sunt nostratibus meliores.

14. Longè mitiores salubrioresque præbent cibos carnes animantium quàm olera,

&

& poma arborum: In Gallia ferè soli hædi mensas instruunt. Omnes carnes quæ in furnis coqvuntur, aut à pistoribus incrustātur, noxiæ. Cerebriesus à Medicis damnatur, est valdè pituitosus & crassi succi, atq; concoctu difficilis. Cuniculi caro noxia memoriæ creditur, quia istud animal obliviosissimum. Felis & ursi caro est venenata: leporina valet ad membrorum tremorem. Ad splenis dolorem, bubulum lienem recentem assum vel elixum; præsentaneo esse remedio quidam tradiderunt. Hepar, lien, & pulmo, frequenter inveniuntur in pecudibus vitiata, quæ si edantur, periculum afferunt.

15. Porcinæ carnes pro natura pastûs variant, faginea glans facit suem magis hilarem, & carnem ejus coctilem ac levem, & utilem stomacho. Iligna facit suem angustum, nitidum, strigosum, ponderosum. Querna diffusum & gravissimum, proxima huic cerrhina. Fungosa caro fit suis qui subere vescitur. Præstantior proles suis quæ hyemis initio gignitur, deterrima quæ æstate, quippe non solùm parva, sed & præhumida. Qui suillâ vescuntur, debent corpus benè exercere. Porcelli pridiè debent hyeme mactari quàm edantur.

16 Caro

16. Caro bubula ſupra cæteras ſangvinem gignit melancholicum. Bubalorum ita lentore prædita, ut ad parietem illiſa adhæreat. Cervinam quidam quotidie manè deguſtant ne febres ſentiant, ſiquidem hoc animal à febribus immune. Sed caro eſt mali ſucci, & atram bilem generat & ad morbos præparat corpora. In Auguſto & Sept. fætent ut hirci.

17. Lepus major quàm aniculus, damnatur. Lupus quæ occidit corpora veneni ſuſpecta reddit. Erinaceus in extrema deſperatione ſe ſuâ urinâ tabificâ perfundit, proinde & carnes periculoſas reddit.

18. Lactis hauſtum gingivis ac dentibus mirè inimicum dicunt, illas immodicè humectat, hos eroſioni & cariei facit opportunos, proinde ab ejus hauſtu os diligenter vino abluunt, ſi mel addatur lacti valdè illud corrigit. Veteres caſei frequenter comeſti gravitatem animæ afferunt.

19. Piſces lutoſi deponunt odorem luti ſi in vivario detineantur. Angvillæ crebro eſu, ajunt, calculos tam in renibus quàm veſica gigni. Piſces ex oleo aut butyro fricti non æquè firmam obtinent carnem atq;

ſi ex oleo juglandium frigantur. Salmo frequenter comeſtus colicam iuducit.

20. Lingva bovis dum coquitur ſpuma tota ſimul deponenda, quia ſi pars manſerit, mergitur. Cucumerum uſus illaudabilis, minùs cucurbitarum.

21. Acetum nervis & ventriculo plurimùm nocet, item melancholicis. Fœminis uteri morbos adducit. Saccharum affert dentibus rubiginem & mobilitatem, ideò poſt ejus eſum ſvadent os eluere. Cinnamomum tempore peſtis utile, quia putredini reſiſtit.

22. Caprinæ carnis frequens eſus inducit morbum caducum.

23. Carnes & cibi ſemiputres ſunt venenati. Item in olla ænea acidum ſi quid coquatur. Carbones taxi, napelli, inficiunt.

24. Piſces frixi dum calent, ſi cooperiantur ne evaporent, vel in loco humido reponantur, evadunt venenati. Arnold. Villanov. lib. de venenis.

CAPUT IV.

De Condimentis & Aromatibus.

1. Piper Plinii temporibus tanti emebatur ac aurum. Citrina quæ ex luteo elangveſcunt, citreola, & citrula nominantur.

quæ

quæ ſunt ovatâ ſpecie ſi luteo niteant colore, citrangula, & citrea: quodſi herbaceo vireſcant, limones.

2. Aromatum hanc proportionem pro condimentis quidam Italus Archimagirus præſcribit. Cinnamomi unc. 4. & ſemis: caryophyllorum unc. 2. Zingiberis unc 1. Nucis moſcatæ unc. 1. Granorum paradiſi unc. ſemis. Croci unc. ſemis. Sacchar unc. 1.

Duæ ſequentes ſubſectiones ſunt ſine numeris, quia author illas poni noluit, omitti tamen ob ſuam utilitatem & jucunditatem eas non decuit.

SUBSECTIO.

Quædam artificia circa cibos.

1. Carnes dum elixantur, ut in olla concreſcant, aliquam ex iſtis herbis injice. Conſolidam, Liguſticum, Baldrianam, Tormentillam, Centauream majorem, Holoſteon.

2. Ut coctæ carnes videantur crudæ, ſangvinem capræ, ovis, aut leporis exſicca, & inſperge.

3. Non coquentur carnes, ſi plumbum fuerit in ollam injectum. Coquuntur autem ſubitò, ſi ollæ ſal ſubjiciatur, vel ollæ rami ficûs injiciantur.

4. Piſces in charta lixari poſſunt, ſi ex charta formetur ſartago & butyrum inji-

ciatur qûod ubi ſolutum piſces imponantur.

5. Halec ſeipſum in craticula vertet, ſi illi incluſus pennæ mercurius imponatur

Cancri coɛti erunt ſine aqua. Laventur benè aquâ, & in lebete ponantur teganturque ne fugiant, tum ignis modicus ſupponatur, emittent aquam in qua deinceps majori igne coquantur. Tum addantur quæ ſunt neceſſaria.

7. Anſer vivus aſſabitur. Deplumetur usque ad collum, igni circumdetur, & ne moriatur habeat ante ſe aquam melle & ſale mixtam. Tum pomis in ſartagine coɛtis anſerem conſperge, & ignis propiùs admovetur. Interim caput & cor anſeris refrigeretur ſpongiâ madidâ. Quando jam non poteſt ſubſiſtere, in ſcutelam recipiatur, tum eſt aſſatus. Schwent. Sed crudele videtur.

8. Capo ſine igne coquetur. Caponi deplumato & ad coɛturam parato impone ferrum candens. Porta.

9. Ova in aqua frigida lixata, ſi calx viva in ollam ponatur.

10. Gallus in veru ſtrepitum faciet, ſi illi penna mercurio plena imponatur.

11. Ovum

11. Ovum in manu lixabitur, si illi modicè aperto crematum infuderis.

12. Ova dum coqvuntur, saltabunt, si illis modicè apertis argentum vivum injeceris.

13. Carnes sunt teneræ, animalis, quod ante mortem aliquamdiu fuit in metu mortis, ut bos exagitatus canibus, gallina supra aquam injecta Noctu mactatæ aves & radiis lunæ expositæ fiunt teneriores.

14. Cancri cum subtilissimo erunt cortice, si colligantur dum corticem deponunt, & ollis fictilibus per decem dies imponantur seorsim singuli, affundendo aquam quæ dimidium corpus tegat, sed aqua mutari debet quotidie.

15. Caponis dimidium elixum, dimidium assum erit. Impone in capream v. g. dimidium caponem, dimidius extet. Caprea jusculo impleatur & in furno ponatur.

16. Pullus sine ossibus erit, si purgatus, in acri aceto per noctem & diem maduerit.

17. Ovum erit maximum. Plurium ovorum vitelli confundantur, ac vesicæ impositi coquantur: deinde exempti in majorem vesicam imponantur affusoque albumine rursus coquantur. Corticem induces,

ſi cortices in tenuiſſimum pulverem reduxeris, & in optimo ſolveris aceto in formam ungventi, tum penicillo pinge, ac frigidæ impone ut dureſcat.

18. Salita caro priùs in lacte, poſtea in aqua coquenda.

19. Si mappa vino rubro perfuſa fuerit, inſperge ſalem & abſorbebitur vinum.

20. Gallina inebriata deplumetur ac vitello tingatur, videbitur aſſa.

21. Ovo modicè aperto pilus inſeratur, deinde ovũ clauſum coquatur, videbitur illi pilus innatus. Si verò aliquid apertis ovis mercurii affuderis, in coctura ſaltitabunt.

22. Omnes carnes tenereſcunt acervo tritici obrutæ.

23. Ovum ſupra caput alicujus elixabitur, ſi pani è furno extracto includatur, & panis capiti imponatur.

24. Pingvedo ex carnibus animalis extrahitur. Carnes minutim conciſæ ponantur in vitro ac benè claudantur, vitrum verò maneat in aqua bulliente per 6. aut 7. horas.

25. Caro non coquitur, ſi ollæ imponatur alumen rocca. Citò autem coquitur vel radice urticarum ollæ injectâ. Vel quando

do bulliunt in olla, effundantur in aquam frigidam maneantque in illa ſpatio Pater noſter, & ungantur olio oliv. ac rurſus coquantur. Ut farina amittat odorem ſylveſtrem, dum coquitur ab igne removeatur per unam horam, & rurſus coquatur. Si juſculum nimis ſit ſalſum imponatur farina triticea in ſacculo lineo, hoc ſalem extrahet.

26. Caro ne corrumpatur, coquatur aliquantùm, tum aſpergatur ſale & baccis juniperi, & ponatur in aceto forti in loco frigido, ac quotidie revolvatur, deinde quando opus erit coquatur.

27. Aſſus gallus ignem ſpirabit, ſi ori ejus camphoræ particula inſeratur cum lana, & accendatur. Videbitur vivus: ante aſſationem detrahatur pellis cum plumis & pedum tibiis, & capite à gutture ad caudam ſcindendo, collum autem telâ lineâ ſæpiùs madefactâ involvatur ne omninò areſcat, ubi aſſatus eſt, pelle induatur, & pedes ut ſtare poſſit, filis ferreis firmentur.

SUBSECTIO.

De ciborum præparatione. Ex quodam M.S.

1. Placentæ fiunt ex hagees: farina illius cum aqua miſcetur ut non nimis denſam faciat maſſam, addantur feces ut incipiat fermentari, deinde ſupra folia ſicca vel chartam fundatur, & pinſatur.

2. Halec ut citiùs à ſale quo ſalitus eſt liberetur, ſcindatur in longum, & ponatur in cerevişia, quæ etiam mutari poterit, deinde aceto perfundatur, & ſimilis erit piſciculis ſardiis.

3. Millium pro jejunio coquitur densè & ſuffunditur juſculo pro piſcibus facto.

Percam ſic coqvunt. Relinquitur ſquamma, ſed oculi eruuntur, deinde perfunditur bullienti aceto, & in eodem coquitur.

4. Paſta formata, ſive ut vulgò, Formiana. Ova & lac ſumuntur ſub menſura pari & miſcentur benè cum farina triticea denſiùs aliquomodo quàm pro hoſtiis pinſendis. Hoc per laminam multis foraminibus percuſam, funditur in butyrum bulliens, ex eo mixto varia formantur, ut fungi &c.

5. Pa-

5. Pasta Italica. Solis ovis subigitur farina ita densè ac cùm massa paratur pro pastillis scindenda, additur parum salis & croci, tùm cylindro ligneo in laminam tenuissimè diducitur, & posteà rotulâ serpentinatâ conciditur, ac in butyro frixatur.

6. Massa pulmaria. Infunditur farina triticea supra bullientem aquam in tantum ut quàm maximè dura fiat. Postea in batillo torrefit convolvendo donec flaveat, nec ampliùs alba maneat. Ubi refrixit, paulatim ova infunduntur fracta, & manibus vel in mortario convolvitur, ut in mediocri densitate consistat. Deinde per modulum utrinque apertum in butyrum exprimitur quod sit supra carbones, & frigitur, idem butyrum desuper affundendo.

7. Ex eadem massa supra ferream laminam quidvis formari potest, dum non sit crassius digito dimidio, & averso cultro desuper incidatur, & butyro liquido calenti imponatur.

8. Pasta saccularia. Misceantur ova bene cum lacte æqualiter sumpto, addatur tantùm triticeæ farinæ ut pro pasta formiana, & hoc totum infundatur in sacculum factum ex densa tela linea, & coquatur in

aqua bulliente per horam, tum ſacculo exemptum concidatur, & butyro calenti imponatur, & frigatur perfundendo deſuper, quod & cum aliis paſtis faciendum.

9. Paſta alba inſtar ſacculariæ. Albumina ovorum agitentur, & addatur dimidium lactis, farinæ triticeæ tantùm ut fiat denſitas ut in paſta formiana, modicum ſalis apponatur, & hoc totum infundatur in batillum, & in furnum promoveatur, vel ſupra carbones tegendo deſuper, donec benè denſeſcat & areſcat, poſteà ut formiana perfundatur, & frigatur.

10. Spiræ, corcula, &c. fiunt. Caſeum recentem miſce cum farina triticea & croco, adde paſſulas, & parum ſalis, ovorum quantum ſatis, & maſſà fiat inſtar panis, ex hac fiant ſpiræ &c. & in butyro frigantur.

11. Artocreæ. Fiat ſimilis ex maſſa farinacea theca. Accipe tantum ovorum quantum lactis, poteſt addi ſaccharum, crocus, & aliquantum aquæ roſaceæ, miſce omnia bene & infunde thecæ ſupradictæ, ac furno impone donec denſetur, & ita calens menſæ apponatur, poteſt concidi & apponi rebus quæ factæ cum liquamine.

12. Paſta caponi cocto apponenda, miſcea-

ſceatur bene lac cum ovis & farina ut pro paſta formiana. Hoc totum infundatur aquæ bullienti, neque miſceatur, & modicè percoquatur, deinde cochleari perforato eximatur, & caponi adjiciatur.

13. Biancha fiet. Farinam ex oryza infunde lacti bullienti, neque multam ne valdè craſſeſcat, deinde aliquid ſacchari & aquæ roſaceæ addatur, & ſedulò miſceatur coquaturque ſaltem per dimidiam horam, & ubi cocta videtur, particula ejus cultro eximatur, & probetur an digito adhæreat. Si adhæret, adhuc coquenda modico lacte addito: ſi non adhæret, jam eſt perfecta.

14. Biancha quadrageſimalis. Iuſculum fiat ex amygdalis inſtar lactis, & in hoc bulliens infundatur materia de qua proximè dictum. Ut verò ſit flava, croci aliquid addatur. Poſtea in nodulos madefactos, vel in ſcutellam effunditur.

15. Biancha quæ tortis & ejuſmodi apponitur. Cum lacte conquaſſentur ova ut ſint partes utriuſque æquales, addatur farina triticea ut fiat tanta denſitas ac pro formiana, de qua ſupra. Hoc totum deinde lacti bullienti immittatur, & ſedulò miſceatur, ac ubi denſatum fuerit effundatur in ſcutellam,

lam, & addatur aliquantum paſſularum, cinnamomi, butyri, & miſceatur, & hoc formetur in placentas &c.

16. Biſcocta. Accipe ova recentia 24. abjice vitellos, & albumina agita, donec tota abeant in ſpumam, poſtea addatur libra farinæ ex oryza, ſacchari optimi libræ duæ, miſceantur hæc omnia & infundantur in ciſtulam factam ex alba lamina unctam intus butyro, quæ imponatur in furnum non nimis calentem, qualis eſſe ſolet, ſi ex illo panis extrahatur, teganturque lamina. Poſtquam exempta ſunt ex furno & refrigerata, deponantur in cellario, ac poſtridie in tabulas concidantur, demum leni calore furni ſiccentur.

17. Biſcoctum flavum. Eodem modo fit ut proximum, ſed in tabellas craſſiores ſcindendum, denſitas maſſæ erit ut pultis avenaceæ cùm exprimitur per cribrum in modulos.

18. Aſſaturæ ſuffocatæ vel lumbuli. Lardo configatur, & in lardum cum adipe conciſum imponatur, petroſelino conſpergatur mixto cum pipere modico, poteſt addi roſmarinus, coriander modicus, paſſulæ, limones, olivæ, cappari, ſaccharum, acetum

tum vini, butyrum ſine ſale, caryophylli, cinnamomum & hæc claudantur in olla, ſed in operculo ſit reſpirium modicum, olla ſit ſupra carbones, quæ ſubinde convertatur, cavendum verò à flamma.

19. Ex piſcibus varia. Conteratur linus piſcis ſalitus addito recenti, & pellibus abjectis & ſpinis miſceatur inſtar maſſæ panis additâ farinâ triticeâ & pipere. Ex hoc fiant aviculæ &c. Configantur carne huſonis. Poſſunt fieri botuli, farcimina & farciri oryzâ, ubi facta ſunt, diſponantur ut aliquantùm ſiccentur, tum in aquam bullientem mittantur ut bene ſolidentur, tum inſtar avium verarum igni aſſentur in veru, oleo oliv. aſpergendo ut rubeant. Botuli autem & farcimina frigantur in oleo. Similia petaſonibus, ſic factis infigantur partes circulorum ex doliis.

20. Paſta Gallica cum oleo oliv. Cum nucibus maſſà farinacea ſubigatur, & ita formetur laminas formando ex illa & unam alteri ſuperponendo alternatim paſſulis interpoſitis, ſicut ſolet in ſcriblita cum cinnamomo, oleo verò oliv. quælibet lamella ungatur. Hoc facto tota paſta ponatur in charta peruncta oleo, & deſuper ungatur melle aut croco.

21. Glo-

21. Glomi. Farina adjectâ fece, ut communiter fit pro glomis paretur, & cum fermentata fuerit condiatur oleo oliv. addito sale, saccharo, passulis, croco. Ex hac massa fiant glomi repleti aliquo bono succo, & frigantur.

22. Pasta dicta Monachi hoc modo fit. Lac dulce coaguletur, tum serum per telam exprimatur, deinde ovis subigatur cum farina triticea ac butyro, addatur aliquid secum, croci, & paululum fermentetur, postea super laminam vel chartam in cumulos disjiciatur, & sic pinsatur, qui demum butyro tingantur aut saccharo conspergantur.

23. Pasta Italica. Farina triticea lacti fervido infundatur, & quàm densissimè subigatur, tum ovis diluatur & lacti immittatur.

24. Jusculum suffusorium dulce & flavum. Accipiatur vinum, jus spissum, modicum piperis, cinnamomi, croci, saccharum copiosum, limones concisi, & bene totum elixetur.

25. Jusculum suffusorium acidum & gryseum. Accipiatur acetum vini, saccharum, limones concisi in orbiculos, piper, zingiber,

ber, crocus, passulæ, & uvæ passæ, hoc totum bene elixetur.

26. Jusculum suffusorium cerasinum. Succus cerasorum, acetum vini, uvæ passæ, saccharum, caryophylli triti.

27 Jusculum suffusorium purpureo obscurum. Fit jus crassum ex passulis, cepis passis.

28. Jusculum suffusorium album. Amygdalæ cum vino conteruntur, & saccharum additur.

29. Jusculum suffusorium loco lactucæ. Limones cum pomis concide, adde acetum, oleum oliv. uvas passas.

30. Capo albus instar phasiani. Capo mundatus integer coquitur in vino mixto per dimidium cum Malvatico. Addantur castaneæ assæ contritæ ex illis facto jure crasso, addito cinnamomo in particulas fracto, macide, zingibere, saccharo, & modicè frigatur. Vel caponem integrum coctum jure ex contusis ovis cum croco & saccharo largè perfunde & in vino aliquamdiu coque.

31. Lingvæ & carnes hoc modo fumigantur: contunduntur fuste, & in vas compinguntur inspergendo salem, baccas juniperi

niperi integras, rosmarinum, anisum, deinde imposito pondere premuntur; & sic manent per hebdomadam, tum fumigantur.

32. Salsetani sic fiunt. Carnis bubulæ aut vitulinæ sumuntur duæ partes, tertia porcinæ pingvis, albæ, hoc totum minutim conciditur & in mortario contunditur & sangvine porci suffunditur addito pipere crassè trito & sale. Hoc mixto infarcitur intestinum, & per aliquod tempus ut indurescat ponitur in aqua bulliente, postea fumigatur, demum in orbiculos concisum & pipere conspersum exhibetur.

33. Porcellus farcitur in hunc modum. Cum ovis teritur crocus, cinnamomum, piper, butyrum sufficiens, panis triticeus, uvæ passæ, saccharum, additur vinum vel crematum.

34. Libum piperatum Norimbergense ita fit. Mellis & sacchari mollis partes æquales accipiuntur, & eo usque elixantur donec ex illis gutta assumpta, & in tabulam dimissa concrescat, tum affunditur farina triticea & subigitur ad densitatem panis, sed cavendum ne fervido melli infundatur, tum addatur cinnamomum, cortices pomi aurei & citrini, caryophylli crassè triti.

Post-

Poſtquam mel refrixit, rurſum ſubigatur tota maſſa & cylindro ligneo ſupra tabulam in laminas ducatur, & illis figuræ per impreſſionem modulorum inducantur, tum ſupra laminas ferreas in furno leniter ſuccenſo pinſantur, advertendo ne adurantur.

35. Pultes quadrageſimales. Mulſum cum croco, ſaccharo in frixorio percoquitur & farina affunditur optimè permiſcendo, effunditur deinde in ſcutellam, & aſpergitur deſuper ſaccharo, cinnamomo, uvis paſſis.

36. Pultes quadrageſimales veluti ovis ſubactæ eſſent. Accipiuntur ova Lucii & cruda conteruntur donec ſpument, tum per cribrum tranſmittuntur, iſtis ſubigitur quàm denſiſſimè farina triticea donec fiat flava. Poſtea cylindro ſupra tabulam ducitur in tenues lamellas, & minutim conciditur ſicut puls ovis ſubacta, & per cribrum laxum tranſmittitur, tum in calido hypocauſto ponitur ut benè ſiccetur. Demum ſupra aquam bullientem mittitur & remiſcetur addito priùs aquæ oleo ſufficiente & ſale: retinetur ſupra carbones per duas horas ut benè digeratur.

37. Pultes obtritæ. Lac dulce coquitur & ovorum quantùm opus albuminibus rejectis, in bullientem aquam projicitur ut vitelli durescant, vel certè bene conterantur cum aqua rosacea & illa dicto lacte subigantur, sicut parari solent pro ursibranca, addatur saccharum, tum igni admoveatur ut ebulliat, ubi refrixerint illi vitelli ad duritiem cocti, per cribrum factum ex lamina adigantur supra lac, ut fiat ex illis quasi insula, tum aspergantur uvis passis & saccharo.

Vel tritæ amygdalæ solvantur lacte & aquâ rosaceâ addito saccharo, & coquantur, adjiciatur lac dulce, & ubi totum refrixit proponatur cum pulte priore ex vitellis.

38. Pultes discussæ subtiles. Infunduntur pultes supra aquam aut lac bulliens, sed priùs aliquot ovis subactæ, addatur largè butyrum, affundatur aqua rosacea in qua priùs est solutum saccharum, & hoc totum in leni furno ponitur ut digeratur.

39. Placentæ quadragesimales ex pisis. Pisa decorticentur, coquantur, & per cribrum cogantur, & farinâ subigantur, oleum addatur & feces, & fiant placentæ quæ in furno

furno pisantur. Potest etiam hoc totum elixari.

40. Cappari pro quovis ferculo prius per horam coquantur, postea additur vinum, acetum vini, uvæ passæ, saccharum, oleum oliv.

41. Torta. Panis triticeus teratur & cum ovis subigatur, addaturque lac, butyrum, piper, saccharum, uvæ passæ, cinnamomum.

42. Macarones. Farina benè ovis subigatur, & cylindro complanata semicoquatur, deinde in batillo disponatur una tabella supra aliam caseum tritum interponendo, & butyro quævis perfundatur, ac uvis passis conspergatur, & saccharo.

43. Suffusio Galli Indici, porcinæ, &c. Miscetur acetum, mel, aut saccharum, crocus, piper, uvæ passæ, concisæ amygdalæ.

44. Torta ex pomis. Poma in partes conciduntur, & butyrum illis affunditur, & igni applicantur ut aliquantùm frixentur, additur illis piper, zingiber, cinnamomum, crocus, uvæ passæ, saccharum, ova pro una torta quatuor, & immittitur in tortam. Ex pyris fit eodem modo, sed minutim sunt concidenda.

45. Torta ex oryza. Hæc coquatur benè

& croco condiatur, pipere non eſt opus, addatur cinnamomum, uvæ paſſæ, ſaccharum, vitelli ovorum.

46. Torta ex amygdalis. Iſtæ in mortario contundantur quaſi per dimidium, addatur ſaccharum & aqua roſacea, deinde contundantur bene, & ovis ſubigantur ut maſſa aliquomodo ſit dura, deinde addatur crocus, cinnamomum, uvæ paſſæ, & in tortam ponatur.

47. Minutal ex ovis frixis Sabbatinum: ſubigatur farina triticea ovis, & ponatur in batillo peruncto butyro, & eodem butyro perfundatur & frixetur, diducta ſit priùs in tabellas, ubi ſatis frixa convolvatur & concidatur. Deinde ponatur in frixorio addito vino modico, & aceto vini optimo, apponitur butyrum modicè ſalſum, ſaccharum, uvæ paſſæ, amygdala tenuiter in longum ſciſſa quaſi grana avenæ, piper, cinnamomum, & optimè frixatur, tum adduntur limones, cappari, ſed iſti priùs ſeorſim bene elixati.

48. Paſtilli reticulati. Durè maſſa ſubigatur & in tabellas diducta concidatur in rhombiculos, & in aqua coquatur, ubi cocta eſt, abjiciatur aqua, & maſſa in batillum pona-

ponatur immisso priùs in illum butyro liquefacto, tum ovis subigatur additis uvis passis, cinnamomo, sacchato, aquâ rosaceâ.

49. Oryza cum ovis. Priùs oryza cum sale bene coquatur, postea aqua coctionis abjiciatur, oryza verò ponatur in batillo, butyro perfundatur, & ovis subigatur: adduntur uvæ passæ, saccharum, & lacte modice potest aspergi.

50. Oryza quadragesimalis eodem modo, ut proxima suprà paratur, sed cum oleo oliv. aut amygdalarum.

51. Pisces more Ungarico. Intra squammam Lucius salsus coquatur bene cum aqua in bullientem illum injiciendo, cum jam elixatus est, exponatur in scutellam, & perfundatur jusculo ejusmodi. Vinum vel aqvam accipe & in ea concide petroselinum in taxillos, & coque, ubi coctura perficitur adjunge acetum vini, piper, uvas passas, mel aut saccharum, & frixa bene, concide etiam panem triticeum in taxillos & perfusum oleo oliv. ad ignem sicca hoc pane primùm consperge piscem, deinde jusculum prædictum superfunde.

52. Pisces in flavo. Pisces in aquam bul-

 lien-

lientem imponantur quæ bene priùs ſalita fuerit, cùm jam perficitur coctio, affundatur jus craſſum conditum pipere & croco, atque elixatio perficiatur, poſtea addantur uvæ paſſæ & limones in taxillos ſecti & orbiculos. Poteſt & ventriculus farciri concisâ unâ portione ejuſdem piſcis, pane triticeo, atque jecore, adjecto pipere, cinnamomo, paſſulis. Ex eodem poſſunt fieri aviculæ & ſimilia. Ex ovis etiam ejusdem piſcis poſſunt fieri paſtilli adjectis passis uvis & croco.

53. Angvilla paratur: detrahitur pellis, caput & cauda abjicitur, & in fervidam ſalitam aqvam immittitur, poſtea additur petroſelinum in taxillos conciſum.

54. Piſces purpureo obſcuri. Aquæ bullienti bonum infunditur acetum, & tum adjecto copioſo ſale piſces imponuntur, benè excoquatur aqua adjectis cepis paucis vel coriandro. Cùm poſiti ſunt in ſcutella perfundantur aceto, & viridi petroſelino conſpergantur.

55. Piſces gryſei. Deponantur piſces in aqua bulliente, adde cepas & petroſelinum in taxillos conciſum & butyrum abundè. fac etiam jus craſſum ex cepis cum aceto

bono

bono, piperis quantum ſatis , paſſulas & paſſas, limones in taxillos & orbiculos ſe-ctos, ſacchari parum & bene elixa.

56. Carpio in albo. Carpionem cum ſqvamma divide, & in lebete conſperge ce-pis affusâ cereviſiâ , tum igni applicetur , deinde leniter aceto inſpergatur, addantur paſſulæ & paſſæ, piperis aliquantum , ab igne amoveatur, tum aſpergatur coriandro vel caro.

57 Carpio in gryſeo. Coquatur in aqua, poſtea ſuffundatur aceto vini. Addatur piper, ſaccharum, limones in taxillos ſciſſi , oleum oliv. ſi eſt jejunium, vel extra illud butyrum.

Alia Biancha. Accipe uncias 4. lactis amygdalarum dulcium, octo ovorum albumina , ſacchari unc. 6. aquæ roſarum aliquantum, coquantur miſcendo , refrigerentur.

58. *Juſculum* ex Carpionibus. Deſquāmatos & eviſceratos aſſa, in mortario contunde, affunde vinum & percola. Ut ſit nigrum affunde ſangvinem caponum , vel porcelli, & caryophyllos, & piper , & bene dulcora. *Cæruleum* ſic. Violarum radicem contuſam affunde, adde zingiber, cinnamo-

 mum

mum dulcora. *Viride.* Priùs habeas triticum modicè maturum ſiccum aut folia petroſelini, vel lenticulam contere & affunde. *Album.* Florem lactis, radicem violarum impone contuſam, & nucem myriſticam. Hæc juſcula ſeorſim coque bene. Deinde ſupra concham pone aſſerculos pingvedine illitos; & effunde in loco frigido, ſed aliquid relinque hujus juſculi pro reparando, ſi non bene concrevit. *Eadem juſcula pro jejunio poſſunt aptari.*

59. *Juſculum* ad piſces, exſicca panem, contunde cum uvis paſſis, percola cum cerevisia, adde piper, caryophyllos, crocum, zingiber.

60. *Piſces coquere.* Sit acetum dilutum vino adjectâ aquâ. In hoc pone piſces, adjice modicum cæparum, & pomorum orbiculatim ſciſſorum, olivarum parum, piper, zingiber, crocum, flores myriſticos.

61. *Lucium* coque in aqua modice ſalſa, tum butyrum appone ut ſimul coquatur, & ubi coctum fuerit, medietatem juſculi abjice, modicum vini affunde, & petroſelini. Et eſt paratum.

62. *Lucium* cum conciſo lardo coque, ut verò ſit acor, modicum vini affunde, &

pe

petroſelinum. *Salmonem* coque impoſitum in ligna. Vel priùs deſquammatum ſalias, coque cæpas ſeorſim cum vino & percola, & in eo coque ſalmonem adde cinnamomum, zingiber, florem moſcatæ, crocum, dulcearia, conciſa amygdala, & paſſulas. *Lucium* deſqamma & ſale aſperge & involve farinâ triticeâ, & elixa in oleo aut butyro, & allium purgatum cum amygdalis contere, & coque aquâ fervente dilutum & modicè ſalitum, & hoc juſculum dicto lucio adde. *Vel.* Deſquamma, in ſale ablue & in aceto cum vino, applica igni, cùm efferbuerit, remove & rurſus elue, deinde ſeorſim in nodulis lineis illiga zingiber, piper, cinnamomum, muſcati flores & coque impoſita cum lucio. Deinde aſperge amygdalis frixis & uvis paſſis ſed in ſcutella.

63. *Pyra aſſa.* Decortica, concute, in melle frixa, adde florem ſambuci, roſarum, piper, caryophyllos, & ſic reducta in maſſam, forma in pyra, & involve maſsâ cum farina triticea & ſic aſſà.

64. *Pultes.* Miſce cum ovis & croco, & in lacte coque. *Vel* panem triticeum comminue, ovis ſubige addito croco, & in

vino

vino coque. Et ubi imposuisti in scutellam cinnamomo & saccharo insperge.

65. *Oryzam.* In flore lactis coque, rursus elue. & impone in florem lactis addito butyro, misce dum coquitur. Vel coque in lacte, percola, effunde, & affunde lac amygdalinum dulcoratum.

66. *Ova amygdalina*: decorticatas amygdalas contunde, vitellis ovorum subige & croco & aquâ. Hâc massâ imple cortices ovorum, sed amygdalas puras loco albuminis infunde ut concrescant, & infunde vino malmatico loco jusculi.

67. *Pultes cerasinæ.* Avulsis caudis cerasa recentia modicè in sartagine torrefac, & concute in mortario cum nucleis, suffunde cerevisiâ vel jusculo carnium, & percola, panem siliginaceum insperge, & coque. Adde piper, zingiber, crocum, mel, & ubi effudisti in scutellam pane tosto albo insperge.

68. *Pultes ex pyris.* Si pyra dura sint & lapidosa impone in ardentes cineres ut deurantur, deinde in frigidam abjice, tum coriis detractis in vino coque, & percola ac contunde in mortario, & affusâ frigida percola. Tum coque addito melle & butyro, muscati flore, zingibere.

69. *Pul-*

69. *Pultes papaverinæ.* Concute papaver in mortario, & coque percolatum.

70. *Pultes ex cerebellis vitulorum.* In vino coque & agita affusâ farinâ, percola, adde ſaccharum, ova concuſſa & percolata, adde zingiber, crocum, & coque bene miſcendo.

71. *Pultes ex gallis*: aſſos concide & concute in mortario addito millio cocto, aniſo, ova dure cocta multa adjice, concute, vino dilue, & percola. Deinde cum melle butyrum liquefac, tum amygdalas conciſas & crocum miſce cum flore muſcato & pultibus adde & coque.

72. *Pultes ex pane.* Panem in cereviſiam tritum impone, nucleos nucum conciſos, vel amygdalas, cuminum, uvas paſſas. (Juvant caput) zingiber conciſum adde.

73. *Pultes ex pyris.* Pyra coque benè, concute, in melle coque, flores ſambuci & zingiber & cinnamomum adde & miſce.

74. *Pultes nigræ ex pomis.* In cereviſia calida merge decorticata poma ut cærulefcant, combure album panem, cum melle miſce, & coque ut nigreſcat, percola, adde aquam roſarum, cinnamomum, caryophyllos, piper modicum, amygdalas, uvas pasſas, & miſce & coque.

75. *Pultes ex ſiccis rapis,* coque eas, concide, miſce cum melle, adde aniſum, ſylveſtre cuminum contuſa, caryophyllos, zingiber, cinnamomum, piper & miſce.

76. *Pultes ex uvis pasſis.* Elue illas, contunde, panem album contere, adde vinum, aquam roſarum, coque, adde zingiber, crocum. *Ex ficubus.* Modicè coque, contunde, affunde vinum, percola, adjice contuſum panem, flores ſambuci, zingiber, cinnamomum, piper, caryophyllos, crocum. *Ex ceraſis* Cum vino percola, adde mel, vitellos ovorũ ut medietas ſit reſpectu ceraſorum, modicum panis ut ſit denſius, adde zingiber, cinnamomum, flores moſcatæ, adde butyrum & coque. *Ex uvis nigris* eodem modo.

77. *Juſculum* ex pectore gallinæ, lac percola & in eo pectus galli coque bene, tum adde farinam triticeam, ova, ſaccharum in copia. *Ex nucibus.* Concute nucleos, cum lacte percola, adde album panem, crocum, ovorum vitellos, pingvedinem. *Ex pyris.* Decoria, & cum pingvedine in vino coque, adde vitellos ovorum, coque, adde aromata. *Ex ceraſis.* Coque in vino bene, percola, vitellos ovorum, & pingvedinem adjice, & aromata. 78. *Gal,*

78. *Gallos farcire.* Carnem eorum concide, adde amygdala, uvas paſſas, crocum, caryophyllos, zingiber, moſcatæ flores, in veru aſſà.

79. *Piſa decoriata.* In lixivio coque, & poſtea tere, & coque, refrigera, concute in mortario, tum in ollam repone cum pingvedine & aqua.

80. *Percarum juſculum*, ſeu ex illis. Munda illos à ſquammis & viſceribus, coque benè, concute, adde petroſelinum, percola, adde aromata.

81. *Canabum juſculum*, ſemen coque bene, contere, & cereviſiâ dilue, percola, adde aromata.

82. *Caſei juſculum.* Coque in aqua bulliente, percola, adde butyrum & aromata.

83. *Papaveris juſculum* ut paulò antè canabum.

84. *Pultes ex quibuſvis avibus.* Coque bene, oſſa abjice, concide carnes, & in earum juſculo imbibe panem album & cum eo oſſa & jecora concute, percola, in hoc juſculo carnes priùs ſectas cum pingvedine boum elixa, adde aromata, tum coque.

85. *Carnes bubulas.* Ablue, in frigida, igni admove, & ſemicoctas munda, ablue, rurſus

ſus coque, ſalem adde, & cùm bullire cœperit adde petroſelinum, coque optimè.

86. *Petroſelinum ſervare.* Folia ejus ſine radice exſicca in fornace bene incenſa dum non comburantur, ea concute, ſerva in olla fictili vitreata, claude bene, tum quoties opus carnibus inſperge.

87. *Viſcera boum.* Purgata, in aqua ſalita coque & ubi cocta, juſculum abjice, & ex carnibus bubulis affunde, concide, adde folia petroſelini.

88. *Minutal* bubulum. Optimè carnem aſſa ut ſiccetur, concide, in aceto diluto elue & cepas adde conciſas, adde modicum mellis & piper, vel poma conciſa & crocum.

89. *Aſſaturam* bubulam &c. lepores, gallos &c. & ſale bene conſperge, (ſed pullos & gallinas nonniſi in veru ponendo ſale aſperge & tum aſſare incipe cum alia fercula ſemicocta,) aſſas in ollam depone, concide, ſylveſtre cuminum cum ſangvine pullorum & juſculo carnis bubulæ contere & ſuperfunde & lento igni coque, ſed prius percola (ſed pullos & gallinas hoc cumino non perfunde nec alias aves, ſed potes larido conterebrare vel farci, cæpis cum larido, pipere, junipero, & iiſdem aſperge petro-

petroſelinum vel ſalviam contuſa cum pipere, ſed ne nimis exſicces.

90. *Acetum* ex cereviſia. Piſa cruda lixa in cacabo æneo aut lamina, amphoram cum anguſto collo imple cereviſiâ & hæc piſa calidiſſima injice, claude fortiter per aliquot dies, ex hoc deinde aceto quantum effundes modicum cereviſiæ affunde, nam niſi affundas corrumpetur. Et hoc æquale eſt acetum vini aceto. Vel. Corticem betularum qui eſt proximus arbori, impone in cereviſiam claude. Vel prazonego panis calidas impone claude, deinde panem expones.

91. *Porcina*. Panem, vinum, cereviſiam, acetum vini in his pone, coque adjectis paucis pomis & cepis, & percola.

92. *Leporem*. Elue aceto & adjectâ modicâ aquâ coque, cepas lixas, piper, caryophyllos, crocum adde. Vel. in aqua coque lixa poma, adde caryophyllos pingvedinem.

93. *Ferinam omnem*. Excoque in aquis mutatis, tum coque. Fiat juſculum ex pane ſicco cum aceto & vino addendo poma pauca conciſa, percola, hoc perfundes ferinam additis aromatis.

94. *Sciuri*.

94. *Sciuri* mundati in juſculo non adeò ſalſo carnium coqvuntur, deinde juſculo nigro aut flavo ſuffunduntur.

95. *Suffuſio* fennæ flava, jecur Sciuri aſſa, panem ſiligineum aſſa, & contere, dilue juſculo carnium, percola, piper, zingiber, flores moſcatæ, & hoc ſuffunde, ſale condi & lixis pomis. *Nigrum.* Pruna aut ceraſa cocta cum ſiccato pane albo miſce cum aceto diluto aqua & in ea coque ac percola, adde piper, caryophyllos, zingiber, & in eo incoque ſciuros.

96 *Annates ſylveſtres.* Coque eorum jecora cum pane albo ſiccato, lardum, petroſelinum. Hæc omnia contere & juſculo ex anatibus dilue, percola adde piper, crocum caryophyllos, vinum modicum, & in hoc juſculo incoque.

97. *Aves quaſvis.* Frige cepas, & prius coctas aves in eas impone & juſculum ex boum carnibus & aromata. *Vel.* Coque eas, pro juſculo earum jecora & capita contere, & ſuffunde juſculo bubulæ carnis modicè ſalſo, percola, avibus affunde, pyra cocta impone, butyrum & frige, potes etiam poma priùs frixa ſuperfundere. Vel. Pyra aut poma munda concide laridum, ova dura, petro-

petroſelinum, uvas paſſas concide, omnia ſimul, & hoc farci aves, & in veru aſſa; tandem flores lactis cum aromatibus coque, in ſcutella ſuffunde. *Vel* coctis avibus ſinapi cum melle diluto & percolato in offa perfunde. *Vel.* Priùs coque benè. Seorſim oryzam coque, concute, jecora exſicca, & panem contere ſiccum affuſo juſculo ex avibus percola, & perfunde.

98. *Gallos* concide in partes, elue, & mediocriter in aqua coque, & exime, munda, juſculum eorum percola, & in illud gallos impone additâ radice petroſelini, piper adjunge, crocum, zingiber, & ubi cocti fuerunt, flores moſcatæ, & in ſcutella benè exſiccatum album panem pone, & ſupra eum hos gallos effunde.

99. *Pulli aſſi.* Aſſa, coque ſeorſim oryzam aut millium, amygdala contere & dilue juſculo carnium bovis, adde ſaccharum, & ſi vis ut pigreſcat adde mel loco ſacchari, tum hoc juſculo perfunde, addito zingibere.

100. *Galli.* Coque & munda, juſculum percola & in id gallos repone, & zingiber conciſum, piper integrum, flores moſcatæ, radicem petroſelini, & expoſitos in ſcutellam zingibere inſperge. L *Vel*

Vel. Coque, elue, & juſculum percolatum dilue raphano, & coque ut mos, oryzam ſeorſim & coctam pone in ſcutellam & gallos ſupra.

101. *Pulli* virides. Sali benè, aſſa. Petroſelinum, ſalviam, rutham, mentham conterere, & panem ſiccum, vinum adde calidum & percola, acetum vini vel ſaccharum adde & gallos in ſcutella perfunde & zingibere aſperge.

102. *Perdices.* Carnem bubulam concide cum larido pane ſicco albo, concute, juſculum coque ſeorſim, perdicibus affunde bubulum, dilue cum juſculo perdicum, percola adde vinum, pingvedinem, & hoc juſculo in ſcutella perfunde.

103. Ex uno gallo duos aſſos poteſt quis exhibere. Plumæ ſine aqua detrahantur. tum pellis, infarciatur & aſſetur vel coquatur. Ipſe vero gallus in veru aſſetur ſale trito ac pane aſperſus, & ut ſpeciem cutis habeat, vitello ovi leviter tingatur.

104. *Ambuchtii* aſſaturas bubulas ſine oſſibus sale coriandro, allio, pipere, bene condi per triduum jaceat dein in fumo dum prope areſcat pendeat, tum in prælo comprime optimè, dein in fumo per dies 7. dein in ſole per 14.

105. *Sal-*

105. *Salſetony*. Carnes bubulæ lb. 8. ſuillæ lb. 3. Piperis contuſi lott. 4. Caryophylli, flores moſcatos dr. 1. ſeu ut 4. ponderant ſeſquigroſſi. Cinnamomi lott. 1. Piperis integri lott. 1. Caryophyllorum fruſtatim lott. Coriandriq; præparati & ſemicontuſi lott. 2. Salis lb. 1. Malvatici, vel vini quartæ partes 3. miſce. Imple farcimina, & infuma.

106. Piſces fiunt ſapidiores ſi poſtquam in aqua ſunt cocti deponantur in aqua mixtâ petroſelino, ut in ea refrigerentur. Huſo cum jure denſo, priùs bene eluatur, tum in lebete ſine ſale coquatur, & cùm finitur coctio, juſculum abjiciatur ſed non omninò totum, tum ſeorſim paratum craſſum juſculum affundatur, & elixatio perficiatur.

107. Lucius ſalitus in eliquamine, coquatur in aqua frigida & bene elixetur.

108. Lucius ſalitus pro juſculo denſo; priùs mediocriter in aqua coquitur, tùm ſqvamma detrahitur. Deinde in ſcutellâ craſſo juſculo ſuffunditur.

109. Ut Huſo & Lucius ſalitus amittat ſalem dum coquitur, aqua mutetur aliquoties, & non ſtrictè jaceat intra cocturam.

110. Salpa ut ſit mollis, diu in aqua ja-

ceat, sed aqua sæpiùs mutetur quia sordescit. In coctura non diu maneat, quia indurescit.

111. Persica, & alios fructus pro bellariis aptare. Extrahantur ex illis nuces, & per unum diem in sole arescant. Tum coquatur saccharum & bene ungantur, & rursus in sole siccentur, & hæc unctio atque siccatio repetatur.

112. Pomorum aureoum cortices. Coquantur in aqua ut serviant pro bellariis tum ponantur per triduum in aqua frigida, sæpe aquam mutando, deinde ex aqua exempti exprimantur, & in melle ponantur, & ad lentum ignem coquantur donec evaserint molles.

113. Omnes fructus conficiuntur subitò. Rec. Mellis lib. 4. & in eo fructus coque, & postquam cocti, asperge cinnamomo & caryophyllis tritis.

SUBSECTIO X.

De Ostiario. Leges.

1. Extra domum nihil efferri permitte sine scitu Factoris.

2. Ex quovis intelligat quorsum domo exit, & quàm citò rediturus, ut sciatur, si opus

opus ſit, ubi quærendus. Homines vagos non admittat.

3. Claves portæ reddet Factori Veſpere.

SECTIO. II.

De agro & iis quæ â natura ſunt in agro.

SUb iſta ſectione tractabitur. 1. De Natura terræ ſeu agri. 2. De Novalibus & præparatione agri. 3 De fimo & cultu agri. 6. De ſemine & ſeminatione. 5. De Meſſe. 6. De venditione frumentorum. 7. De ſylvis & pratis. 8. De lacubus, ſtagnis, piſcinis.

SUBSECTIO I.

Bona Natura terræ ſeu agri.

1. Bona terra eſt, quæ ſi otietur uno vel duobus annis, ſine cultu producit gramen, rutam caprariam, trifolium, malvam, carduos, talis terra ſolet eſſe nigra. Mala terra producit paucas & inutiles herbas, filices, &c.

2. Probatio terræ hæc eſt. Foſſa effoditur quadrata quatuor ſpitamas lata & pro-

funda & rursus eâdem terrâ quæ est ejecta, impletur fossa conculcando mediocriter: si tota terra intret, est signum malæ: si superest, est bonæ signum.

3. Color terræ, bonitatis index non sat fidelis. Bona est quæ instar picis conglutinatur. Item in qua crescit carduus, trifolium, ebulus, rubus, prunus. Sed contingit etiam ut ex sterili fiat fœcunda, & è contra.

4. Incoctilia omnia reddit solum algidum, spissum lentum, & quasi figulare, propter nimium crudumque alimentum. item densum & durum propter mistionem terrenæ frigiditatis. Item humidum nam etiam imbribus frequentibus incoctilia reddi solent maximè si hoc fiat proximè à satione. Putantur etiam incoctilia reddi quorum semina attigit cornu. Coctilia sunt molliora, ideoque citiùs putrescunt.

5. Terra in qua fuit sylva, primis aliquot annis fœcunda est, ob herbas in ea putrefactas, ex quibus impingvata: Postea macrescit.

6. Terra si habeat arenam crassam & flavam, utilis pro tritico præmisso letamine: Si albam & parvam, pro sylva & fructibus

ctibus ſylveſtribus. Argilloſa profundos ſulcos requirit, arbores non recipit niſi eas quæ quaſi aſſiduè coluntur, non tamen vites. Ædificia ſibi impoſita putrefacit, & inſalubria reddit.

7. Terra bona eſt quæ pluvias combibit, & non redditur lutoſa; quæ arbores producit altas, & craſſas; quæ cùm madet pluviis reddit odorem gratum. Pruni ſylveſtres & trifolium non niſi in terra bona ſunt: in mala verò herbæ amaræ, ſalſæ, abſynthium, buxus, &c.

8. Terra pingvis citò arbores arefacit, conſervat verò friabilis, & mediocriter humida. Nihilominùs quælibet arbor propriam terram requirit.

9. Ager ſubgryſeus arenulis veluti gemmulis inſperſus, infra ſuperficiem habens rubeam argillam, ſuſtinet calorem, frigus, pluvias, nebulas, eſt enim mediocriter calidus. Fimum diu retinet, debet tamen ſubinde quieſcere, ne exhauriatur.

10. Gravis eſt niger & ſubtus argillaceus, bonus, calidus, ſed ad herbas eſt procnus, tardiùs ſeri debet. Per 8. annos continuos fructificat, fimum conſervat, ſed ſitiginis præcoci eget ſatione, frigus & caliginis lorem non metuit.

 11. ſub-

11. Subalbidus gryſeâ terrâ permixtus bene debet ab initio ſtercorari decreſcente Lunâ, debet aliquoties arari, cum meſſis fit, gramen in eo relinquatur altum, cum quo in decremento Lunæ aretur, occetur. Eſt ager mediocris.

12. Etiam eſt mediocris, qui conſtat arenâ gryſeâ, ſubtuſque habet flavam argillam, non nimis metuit calorem & frigus, labore perfici poteſt. Debet coli benè, tardè in eo ſiligo, legumina citò ſerantur, ſtatim ac aratus eſt occetur.

13. Vilis ager eſt qui rubeâ conſtat arenâ, nec frigus, neque calorem, neque nebulam ſuſtinet: fimum intra annum perdit, in hoc tardè ſiligo, citò legumina ſerantur.

14. Rubeâ conſtans argillâ, eſt incorrigibilis: poſt pluviam in eo diebus aliquot ſtagnat aqua, in ſiccitate nimis dureſcit, quò magis colitur magis corrumpitur, ubi ſiccatus eſt poſt pluvias rumpitur, & nihil ducit.

SUBSECTIO II.
De Novalibus & præparatione agri.

1. Cùm ager in loco arbuſtis pleno formandus; primo ſtatim vere atque nix deceſſit,

cessit, cædantur arbusta, majores autem arbores quæ ibi sunt prope terram abscindantur & in aliquot truncos dividantur, crassiores trunci findantur, & ita per terram cum virgultis disponantur ut simul exuri possint, totusque locus cinere conspergi. Post aliquot dies ignis quocunque vento spirante, præcipuè Meridiano immittatur, cavendo ne Aquilo spiret. Quia terra spinas & tribulos proferet, & herbam dictam cauda vulpina. Titiones qui supererunt, citò amoveantur, & super cineres ac frigefacti sine aratione hordeum seratur, tum fiat aratio, & occatio. Sit semen optimum, neque densè seratur, procedaturque eo ordine quo ligna fuerunt disposita. Sed satio non differenda ne cinerum vis exhalet, laxior autem fiat ibi seminatio ubi trunci arserunt. Aratio & occatio fiat ortivo aut occiduo perflante vento. Semen sit ex eo agro qui recenter letatus.

2. Si locus hic exustus sit argillosus & vilis, admisce hordeo ex siligine bona recente quartam partem, ac post insitionem ut priùs cole. Priori anno ex ista seminatione crescet hordeum, sequenti siligo. Vel, si virgulta sint agro vicina, quæ sunt

craſſiora exſcinde, tenuiora creſcere permitte, & hoc fiat hyeme aut veris initio, liga illa in faſces tantos ut ſinguli à viro ferri poſſint, bis agrum ara & colloca prope agrum, quemvis ſeorſim, ut faciliùs ſiccentur. Cùm ſeminatio imminet faſces per agrum diſpone ſibi vicinos ac glebis operi ut ſint quaſi in fornacibus cum oſtiolo, glebæ ſimplici ordine ponantur, tum faſces exurantur ciniſque per agrum ſpargatur, & ſtatim aratio & occatio inſtituatur, atque inſeratur ſine mora ſiligo vel hordeum. & rurſus aretur atque occetur.

3. Ante hyemem agro invehatur fimus, & aretur, & in hoc agro primo anno ſiligo, altero ſeratur hordeum. Si recenter injectus fimus ante ſationem aretur, hordeum dat plenum herbis, imò facit areſcere, niſi frequentes ſint pluviæ ſi tamen fimo recenti utendum, priùs aretur & occetur ager, tum fiat ſeminatio quæ debet eſſe præcox, tum fimus tenuiter concuſſus, manu per agrum diſtendatur, attendendo ne aliquæ ſint partes duræ quas creſcens hordeum perrumpere non poſſit, ſic herbæ prohibebuntur.

4. Cavendum ne dum ſtirpes pro agro paran-

parando excinduntur, id fiat in Novilinio, nam hoc tempore ſectæ betulæ & alni repullulant atque hordeum ſuffocant niſi citò extirpentur.

5. Cùm ager fimo reparatur pro anno ſequente, colendus ac ſerendus ſub Novilunio, quia ſic citò vigorabitur. Nam ſi fuit ager ſylveſter, virgulta erumpent: Si ager abſque ſylvis, copioſo gramine veſtietur, quod agrum impingvabit. Sed ſi ejuſmodi ager colatur & ſeratur Lunâ decreſcente, manebit ſterilis, neque gramen, neque virgulta proferet.

6. Quando terra eſt valdè ſicca boves arantes offendunt pedes. Terra ſterilior magis debet arari ut tantò magis á Sole & frigore penetretur & miſceatur fimus, ſed aratio etſi frequens, non ſit profunda. Imò neque ſemper in agro fœcundo ſuccedit arare profundè, quia devenitur ad terram ſterilem, & tempore calido poteſt noctu inſtitui ne jumenta lædantur.

8. Ager qui vere ſerendus in Autumno paſtinetur, qui in Autumno inſtituendus in Majo aretur, ut ſic radices herbarum frigore aut æſtu pereant.

9. Qui ager producit filicem & amaras

atque

atque ſalſas herbas, duobus annis continuis ſtercoretur, & poſtea faba ſeminatur, aut lupini.

10. Veteres Poloni causâ divinæ benedictionis defodiebant ſacras reliquias circa agrum, imò ſacerdotem infra octavam Corporis Dominici cum S. Euchariſtia circumducebant, vel euntem ad infirmos.

11. Cavendum ne poſt meſſem jaceat frumentum diutiùs in agro non ligatum in manipulos.

12. Si ager humidus, foſſæ fiant ad quas humor deſcendat: Si ſiccus, profundè terra ſulcetur & fimus humidior invehatur: ſi arenoſus, fimum cum argilla & ſtramine mixtum injice.

SUBSECTIO III.

De Fimo, & cultu agri.

CAPUT I.

De Fimo.

1. Pro agris omnium avium fimus utiliſſimus, excepto anſerino, & aliarum aquaticarum. Optimus columbinus pro terra infructuoſa ex debilitate, quia calidiſſimus, priùs tamen eſt exurendum gramen. Humanus

manus purgat agrum ab omni malâ herbâ. Hunc ſequitur, aſininus, caprinus, ovillus, demum bubulus, poſt omnes eſt uti peſſimus, porcinus. De bubulo non eſt omninò certum an recens an vetus melior, qualiſcunque tamen ſit, dum pluit, commovendus ut putreſcat. Fimus dum eſt in cumulis ſit in umbra ne vigor ejus à ſole extrahatur, item opus ut per agros ſpargatur priuſquam ſol invaleſcat, ut illum exſiccet. Meliùs ſingulis annis modicè letare quàm uno multùm. Sed novus fimus cum antiquo non miſceatur.

2. Ne intra fimum ſerpentes naſcantur, palis quernis configendus.

3. Letatio fit flante vento ab occaſu æquinoctiali, & Lunâ decreſcente, ſic enim multum fæcundat, humidus fimus eſt noxius, idcircò prius ſiccandus. Neque letatio copioſa ſingulis annis inſtituenda. Quia exureret agrum. Calcis injectio primò quidem fæcundos, poſtea ſteriles reddit agros.

4. Si fimus ſub illo vento vehatur in agros ſub quo illo anno primâ vice tonuit, non evitabuntur herbæ flavum habentes florem. Ita obſervatum.

5. Poſt finitam ſeminationem evehatur

fimus

fimus. Lunâ decreſcente, & ſtatim aretur: & rurſus elapſo menſe, & aretur atque occetur ſtatim, ne fimus à Sole exuratur, optanda verò tunc pluvia, quia terra magis junget fimum.

6. Hyeme evehere fimum eſt inconſultum, quia terræ non mixtus vere primo exhalat, imò ejus pingve cum aquis nivium abit, & ſola inutilis palea remanet. Initio Junii terra ſuſcipit fimum qui per Julium putreſcet, ac pro ſiligine fœcundabit.

7. Ut fimi virtus diutiùs in agro retineatur, in Novilunio pro ſiligine fimus vehatur, deinde anno ſequenti in decremento Lunæ aretur. Devectus & aratus fimus in decremento benè agrum præparat, ſed cum nova Luna advectus & aratus agrum conſervat diutiùs.

8. Cùm fimus eſt aratus purgentur legumina ab herbis inutilibus. Si nimiùm fimi invehatur herbæ naſcuntur inutiles. Fimus equorum deſtruit agros, hortis olerum conducit. Paleæ cannabum ſi agro inſpergantur prodeunt herbæ dictæ, lupi. Oves ſi triduo in uno loco ſubſtiterint, agrum fæcundant, ſed non diutiùs in eodem retinendæ.

9. Ca-

9. Cavendum ne reſidua herbarnm quibus paſcuntur vaccæ miſceantur fimo, quia implent agrum herbis.

10. In campo humido plus fimi ponendum quam in ſicco. Fimus non debet injici agris creſcente Lunâ, quia herbis implebit campum.

CAPUT II.

De Cultu agri.

1. Purè ligneæ occæ, ſive illæ ſint confectæ ex ramis nodoſis, ſive ex tabulis per clavos ligneos confixis, qualibus in Livonia utuntur, ſunt utiles quando ager mollis ac plenus radicibus eſt occandus. Ligna pro his occis hyeme in Novilunio cæduntur longa duos cubitos cum ſemiſſe, clavi ſeu nodi ſingulis hebdomadis acuuntur: Si verò ſint nodoſæ occæ, ſæpiùs aquis immergendæ ne citò frangantur.

2. Si agri ſunt diu feriati ſtatim ac terra ad unum palmum liberata gelu, arentur, nullo loco relicto inarato, ſic radices herbarum faciliùs evelluntur quæ nondum vigent. Aratus ager per dies 14. ſibi relinquatur. In Autumno talis ager colitus

litur labore majori, & ante hyemem occandus, & rursus in decessu Maji arandus. Tempore pluvio non utendum jumentis in cultu agri, quia lædunt colla. Unus sulcus agri, sex contineat sulcationes. Sed hoc non ubique.

3. Non priùs arandum quàm nivalis aqua decesserit, & terra aruerit, alioqui in frusta coibit. In arando videatur ne partes aliquæ maneant non ruptæ. In locis humilioribus sulci sint profundiores ut aqua defluat. Post arationem, in longum & latum trahantur occæ ut radices evellantur.

4. Pro pisis non primò aretur, nisi cùm prima seminanda sunt. Post pisa instituitur aratio pro trimestri tritico, avena, lino: demum pro hordeo, & haguo. Pro quovis horum post arationem fit occatio, & quidem pro pisis, ante insitionem bis aretur ager, tertiò post insitionem. Si tamen pisa inserenda eo loci ubi paulò ante excisa arbusta & exusta, sufficiet bis arare. Neque statim post arationem serenda, imò & pro trimestri tritico, lino, avena, bis arare satis est.

5. Biduo vel triduo ante seminationem lini ita aratro comminuatur ager, ne ullæ partem

partes integræ relinquantur, alioqui perit linum.

6. Hordeum in terra in qua virgulta exusta potest priùs seri, tum aretur & occetur. Sed si ager non bene exustus, etiam post aliquot arationes non prodibit hordeum, ideò tutius inserere siliginem aut hagecum.

7. Pro hordeo decrescente Lunâ aretur ager & occetur ut herbæ pereant, & terra fiat mollior, imò idem etiam pro aliis observandum.

8. Lapides ex agris Pastores per otium colligant, aut profundè sepeliant.

9. Hesiodus apud Lemnium de occultis lib. 1. cap. 19. dissuadet stercorationem agrorum, quia, inquit, in tali agro aura insalubris, & quæ nata sunt citò verminant ac putrescunt, & cerevisiæ (addunt alii) ex his coctæ citò corrumpuntur suadet ergo ut ager impinguetur, puro stramine & foliis arborum implere.

10. Sulci versùs meridiem tendant. Lapides hyeme agrum infrigidant, æstate adurunt, ideò tollendi Herbæ inutiles ne ampliùs crescant evellendæ Lunæ die 16. in Majo & omnes procul abjiciendæ. Sulci

non ſint longiores pasſibus 60. nulla planta circumfodiatur cum floret, ſed cum tria folia emiſit.

SUBSECTIO IV.

De ſemine, tempore Seminationis & loco.

CAPUT I.

De Semine.

1. Meliùs ſemen fructificat quod eſt de eodem campo.

2. Qui citò ſeminat aliquando decipitur; qui tardè, ferè ſemper. Seminandum Lunâ creſcente, ſed non pro nocte. Tempus ſit calidum, & ſiccum.

3. Semina non ſint antiquiora quàm unius anni, illa ſunt optima: duorum debiliora, & ſic deinceps. Si aliunde ſunt petenda, non quærantur ex melioribus agris.

4. Semina meliùs provenient ſi rigentur priùs herbæ ſempervivæ ſucco. Immunia erunt ab avibus ſi veratrum ſive elleborum circum illa ſata ſeratur.

5. Semina illa meliora quæ in aquam conjecta citiùs tumeſcunt, & ariditatem deponunt, ac molliora fiunt. Item gravio-

viora, & quæ si jactentur in imo subsident, cariosa fruges dant vitiosas.

6. Semina prodeunt seriùs aut citiùs juxta cæli ac terræ constitutionem, attamen omnia suum tempus habent. Quæ seminantur Lunâ decrescente, aut tardè prodeunt, aut sunt parvi valoris. Meliùs fructificant quæ seminantur diebus tepidis, quâm quæ calidis aut frigidis.

7. Semen porri, cucumeris, cucurbitæ, quantò recentiùs prodit citiùs. E contra citiùs prodit quantò est vetustius semen petroselini, betulæ, origani, sysimbrii aquatici, coriandri, dum non sit corruptum.

8. Natum semen in malo campo provenit in bono, non è contra. Non debent misceri semina ex plano, montano, humido, sicco, loco: nam unius fructu maturo, alterius erit viridis. Optimum est cujusque seminis facere experientiam in modico.

9. Frumenti semen in loco humido satum degenerat in vilius.

10. Hordei semen exploratur madefaciendo & videndo an grana singula excrescant, idem de aliis.

11. Quæ frumenta post S. Martinum pro semine triturantur, id quod prodit ex illis magis sub terram descendit quàm ex terra ascendit.

12. Semen siliginis sit durum, plenum albâ farinâ, maturum, Caveantur grana magna sed humida.

13. Omne semen sit maturum, magnum, pingue, quod & circa hortensia servandum, boni coloris, non pulverulentum. Seminetur à prima Lunæ ad sextam, nam post plenilunium sata aut tardè germinant, aut non succedunt nisi serantur in terra paucæ aquæ.

14. In locis humidis serendum vere. Cùm seritur æstate fiat id Lunâ decrescente in Julio & Augusto. At quæ seruntur in Sept. & Octob. Lunâ crescente serantur, ita & in Febr. ac Martio. Sed observandum ne tempus sit valdè calidum aut frigidum.

15. Aliqua non habent tempus determinatum sationis ut spinachium, petroselinum, alia certum habent ut Basilica, rapæ &c. Quædam ex semine recenti citiùs prodeunt quàm ex antiquo. Ut porri, cucumeres. Ex semine antiquiore citiùs prodit petroselinum, spinachium, postquam è terra germen prodit, aquâ eget.

16.

16. Pro adaquatione melior aqua tepida, proinde cùm puteo utendum, manè hauriatur aqua ut tepeſcat, veſpere fiat rigatio. Et veſper ſemper ad hoc melior matutino.

17. Cùm herbæ jam ſe aperiunt terra circumfodiatur ut ſit mollior ſi ſit dura, alioqui non eſt opus foſſione in molli, & hoc modo fit gratior ſapor, & pingueſcunt, foſſio omnibus utiliſſima.

18. Quando herbæ ſuccreverunt utile eſt illas tondere ut ſint pulchriores, denſiores, ita lactucæ caules, rapæ, napi, ſalatæ, paſtinacæ, amputando & tendendo folia ſunt meliores.

19. Herbæ comeſtibiles fiunt majores transplantatæ, & hoc faciendum quando 4. vel 5. folia habent tempore humido, & in cultam terram transferantur, ſi tempus fuerit ſiccum adaquandæ ſunt. Radices etiam caulium, betarum, lactucæ, endiviæ, aliquantùm truncantur, nam ſic meliùs ſe radicant, & non prope ſe plantandæ ſunt, ut poſſint circumfodi ſed ſpinacium, herbæ, paſtinacæ non patitur translationem.

20. Frumentum in arenoſo ſolo æquè

ac in pingui prodibit. Semen per 12. horas madeat in aqua quæ de fimo effluit: poſtea per quatuor ſeptimanas ſiccetur ac ſæpè verſetur. Rurſus in aquam ſimilem ponatur per horas ſex, & iterum exſiccetur, tandemque ſeminetur poſt 14. dies. Schwent.

21. Frugum ſemina ne ſiderentur, vel in vino macerentur, vel miſceantur cineri, & decreſcente Lunâ ſerantur.

CAPUT II.
De tempore ſeminationis.

1. Omnis ſeminatio in regionibus calidis citiùs in frigidis fit tardiùs. Sequimur cælum Polonicum in dicendis.

2. Piſa ſeruntur biduò poſt Novilunium, vel in decremento Lunæ. Triticum, & triticum trimeſtre biduo vel triduo ante & poſt plenilunium. Avena bene ſeritur in Novilunio, meliùs in ipſa Luna plena dum non ſit eclipſata. Linum Lunâ decreſcente. Hordeum novâ, præſertim in eo fine in quo non crevit ſiligo, ſed poſt ſiliginem Lunâ decreſcente. Hagecum Lunâ plenâ vel proximè illam diebus ſecutis.

3. Si

3. Si locus eſt pinguis ſeminatio fit lini inter 9. & 14. Maji poſt novilunium. Si ſterilior, inter 20. & 27. Optimè ſuccedit in agro mediocri ſatio poſt S. Georgium inter ultimam quadram & Novilunium.

4. Si ager eſt herbidus ſeminatio hordei fit inter 23. & 28. Maji, hæc enim terra eſt calida, ſi ager letatus. Si minùs herboſa eſt ſeratur inter 3. & 10. Maji. In agris non ſtercoratis ſerendum tardiùs perſertim in quibus per annos quatuor continuos eſt ſeminatum ſine fimo. Nam ſi anno quinto cito ſeveris, plus herbarum quàm hordei habebit, & ipſum hordeum vile erit.

5. Hordeum ſeritur flante vento ab ortu vel occaſu. Aquilonaris non ita nocet ac meridianus. In veteri fimo ſerendum hordeum decreſcente, in recenti poſt novam Lunam ne ſemen cum fimo ſimul pereat.

6. Hagecum ſeritur in bono agro in fine Maji: in ſterili circa 2. & 3. Junii.

7. Siligo priùs in duriori & viliori agro ſeratur, item in purificato à virgultis, in duro agro ſi ſeratur circa 2. Aug. perit. In recenter letato terræ mandetur inter 12. & 18. Aug. novâ Lunâ vel plenâ, non tamen

 ſtri-

ſtrictè ne vacuas recipias ariſtas, fiat hoc ſub vento boreali, vel ortivo, aut occiduo, tum enim ſemen nec pullulat, nec in putredinem abit, ut ſi ſereretur ſub vento meridiano, tum enim ſatum citò prodiret, ſed culmis vacuis. Caveatur ſeminatio cum pluvia aut campo madido, quia in ſcopas degeneraret. Remedium tamen in hoc caſu eſt, agrum profundè arare & biduò relinquere ut ſiccetur, & tum ſeminetur ac ſtatim occetur. In loco Sylveſtri non cito ſerendum, cognoſcendus tamen eſt ager.

8. Triticum autumnale optimè ſuccedit in fimo ovillo. Nec agro duro eſt comittendum abſque fimo. Seri debet circa 24. Aug. decreſcente Lunâ: Nam ſi cùm nova ſeratur abit in ſiliginem. Si citiùs ſeratur, in altum excreſcit ſed ariſtis vacuis: Si tardiùs, eſt granoſius licet brevi ſtramine. Nimis tardum nullius frugis, ſed in hoc agri natura eſt conſideranda.

9. Ager qui denſum gramen producit & radiculas ſiccas, multum eſt calidus, legumina in eo tardè ſeruntur. Ager qui rarum & tenue profert gramen eſt frigidus, citò ſeri debet. In agro citò ſeminetur ſiligo quaſi

ſi circa 4. Aug. idque non ſit recens ſemen. In gravi argillaceo citò ſerendum quia ſiccus : tarda in eo ſeminatio non radicatur & degenerat. Ager ſylveſter & levis tardè ſeratur, ne ſemen in radices & vacuos abeat culmos, eſt enim hic ager ſiccus. Legumina verò in eo ſerantur primo vere antequam areſcat, quia cito prodeuntia facient radici umbram ne calor & ſiccitas noceat.

10. Piſa vento boreali ſata dura ſunt & incoctilia, ſimiliter linum durum & non ductile. Avena cum hoc vento benè ſeritur, neque ab Urſis patitur. Siligo ſub eodem vento ſata, neque humiditatem, neque putredinem, neque herbaſtrum metuit. Triticum trimeſtre ſub eodem inſitum calorem non timet.

11. Ad omnem ſeminationem & plantationem eligatur ventus ortivus aut occiduus, caveatur meridianus.

12. Piſa ſub meridiano vento ſata, item ſub illo qui eſt medius inter Ortum ac meridiem, fiunt parva, ſuffocantur ab herbis, verminant. Hordeum verò tunc ſatum dat ariſtas vacuas, imò in gramine perit, & nebulis læditur. Rapæ, raphani, ſata ſub

vento meridiano à vermibus corroduntur.

13. Non ſerendum quidquam illo triduo quo arbor dicta *tremula*, abjicit hibernas ſuas gemmas.

14. Linum in novalibus ſerunt & citò cùm novi anni dies in Lunam novam incidit: Si in decreſcentem, tardiùs, & in agro quieſcente. Linum abit in cinerem dum elaboratur ſi eſt ſatum & tempore quo ſalices in vere abjiciunt lanam inſtar plumarum tenuiſſimarum circa ramos.

15. Abſtinendum â ſeminatione cùm Luna directè versùs cœlum aut terram ſuum gibbum habet.

16. Quæ intra terram creſcere debent, ut rapæ, paſtinacæ, &c. decreſcente Lunâ ſerenda,

17. Seminatio Autumnalium, tritici, ſiliginis incipit. Vigilia Nativitatis B. V. & finitur pro S. Franciſco. Ut inſita ante gelu radicentur. Sed in locis humidis tardius pro hyeme ſeritur, ut tantùm ante hyemem crepet ſemen. Rapæ ſeruntur in luna 10. loco fimo ovili aptato pridie SS. Jacobi, Magdalenæ, Kiliani. Millium, hagecum diebus Rogationum. Canabes, linum, circa SS. Marcum & Urbanum.

18. Ve-

18. Velox ſeminatio eſt quæ ordinarium tempus aliquot tempus antecedit, ad ſummum 8. tarda quæ totidem ſequitur. Unâ die tardior ſeminatio ſolet dare meſſem hebdomadâ tardiorem, & notabilem facit differentiam. Semper autem ſeminatio à peritis fiat, & adſit qui attendat.

19. Prognoſtica Oeconomica tardæ aut velocis ſeminationis inſtruendæ, hæc ſunt. 1. Si Lucii & ranæ diebus aliquot ante tempus coëant, acceleretur ſeminatio : ſi illi tardiùs, tardetur. 2. Si ſurculi in pinetis citò & alacriter prodeant, citò ſerendum : ſi illi tardant, non citò. 3. Si ariſtas ſiligo protrudit ex culmo, in frigida regione , ante 22. hebdomadas & dies tres à Nativitate Domini, ſeminandum citò : ſi differat protrudere, tardandum. 4. Si piſcis Alburmus habens rubeas pinnas abſoluto coitu 22. Apr. tantùm gregatim per quatriduum incedit, & ſtatim diſſipatur , velox ſatio poſcitur. ſi in cumulo manet per octiouum, tardiùs ſerendum. Si urſus paſcitur in vere extremitatibus & foliis tremulæ : Si itaquè dum paſcitur ramos frangit, ſterilitatis indicium eſt, & quod ſeminant tardè fructu carebit.

20. Triticum ne ſeras Lunâ plenâ. Benè pro-

provenit in agro in quo piſa creverunt, ſeritur cùm pomaria florent. Avena ſeritur in Maji plenilunio. Piſa ultimâ Lunæ quadrâ & mane ſequenti coluntur.

CAPUT III.

De loco ſeminationis.

1. Trimeſtre triticum optimè ſeritur in agro argilloſo gryſeo, vel albeſcente, non ſuccedit in rubro, fiat creſcente Lunâ vel plenâ. In loco recenter exuſto parcè ſeratur, idque ſub boreali, ortivo, vel occiduo vento, caveatur meridianus, & qui eſt inter ortum & meridiem. Succedit in loco raparum, vel letato.

2. Pro tritico, hordeo, oryza, zea, versùs hyemem, & rurſus vere aratur, & tum fit ſeminatio.

3. Horna, ſiligo, in agro modicè arenoſo benè ſuccedit, in recenter exuſtum rariora mittantur ſemina: In ſterili copioſius, ſed magis disjicienda. Fit ſeminatio accedendo ad plenam Lunam, & durat biduo poſt plenam, idque vento orientali vel occiduo. Seminationi nocet ventus qui eſt inter ortum & meridiem parva enim facit grana. Spirante Septentrionali inſita,

dant

dant ſtramen robuſtum, granum majuſculum. Pro ſatione ſulcus ſit cubitorum 9. & per medium illius incedit ſeminator, poſt quemlibet verò paſſum ſemel ad dextram & ſemel ad ſiniſtram jaciendum ſemen ut æqualiter conſeratur.

4. Hordeum non densè ſerendum, quia parum dabit granorum, ariſtæ erunt vacuæ, aut exiles, & procumbent. Mollem agrum non vult. Semen hordei nati in agro letato ſeratur in exuſto, & è contra. Si tardatum in ſeminatione ut tamen fiat meſſis ſuo tempore, ſemen madeſcat priùs per horas 18. tum in ſacco ponatur ut aqua effluat, demum ſeratur denſiuſculè, prodibit purum quia celeri incremento ſuffocabit herbas. Provenit ubi rapæ creverunt. In agro letato denſior fit ſeminatio quàm in exuſto. Nunquam tamen valdè ſemina denſentur, ne ſe ſuffocent, ac in ſolum gramen abeant, putreſcantvè. De cætero inſtructio in omni ſeminatione petenda ab agrorum illorum peritis.

5. Avena in agris modicè letatis non omnino ſterilibus ſeratur poſt inſitionem piſorum & hornæ ſiliginis: In arenoſis & ſterilibus tardiùs, olioqui ab her-

bis suffocabitur, sed ubi sunt herbæ aratione extirpatæ, avena & gramen altum, & granum majusculum proferet. Quæ citò seritur avena, & culmo brevi & plena herbis prodit, nam post ver noctibus frigidis herbæ citiùs quàm insita prodeunt. Post seminationem avenæ ager aretur, & post dies sex occetur, pura prodibit. Tempus seminandi optimum inter quadram primam & plenilunium, imò ipsâ Lunâ plenâ non eclipsatâ. Perflet interim ab oriente vel occasu, sed meliùs si à septemtrione. In decremento sita inficitur rubigine, nec facile crescit, & si ultra tempus justum in campo steterit, statim frangitur & perit cum stramine.

6. Ubi sata fuerunt pisa, rapæ, hordeum, seratur triticum. Legumina quamprimùm seruntur,

7. In argilla, bitumine semen solùm infra superficiem terræ inseritur. In arena profundè, & post aratur. Autumnalis seminatio densior, leguminum laxior & cavendum ne in terram integram semen cadat.

8. Pisa stercoratum & elaboratum volunt agrum, sed non sit nimis letatus, aliás parum grani, multum straminis, neque matu-

maturefcet. In agro mediocri non tamen fterili optimè proveniunt, parum ftraminis fed multum fructûs afferunt. In agro valdè pingvi ab herbis fuffocantur, optimus pro pifis ager gryfeus & lapillis mixtus. Serenda flante orientali, vel occiduo vento, meridianus illa perdit: Septentrionalis facit dura, nigra, verminofa. Seruntur densè, & feminatio incipit a 19. Apr. ad Maj. 1. fed in hoc naturæ agri, & Lunæ attendendum.

9. Millium gaudet terrâ bene cultâ, optimè provenit ubi raphani creverant vel in novali, & utrumque locum fatis arâffe femel. Anifum hilarefcit in ftercorato. Lenticula non tam cultum quàm bonum petit agrum.

10. Pro tritico ager ftercorandus, & ager requietus ante S. Joannem colendus.

11. Linum feritur in agro qui vacavit, ftatim ac terra ad unum palmum â glacie liberata, tum aratur, & relinquitur diebus 14. ut ficcetur, deinde occatur in longum, tum feminatur linum, & prodit longum ac purum, fit autem fatio poft Afcenfionem Domini Lunâ decrefcente. In eodem loco anno fequenti hordeum aut triticum fere-

ſeretur magno proventu. Si ejuſmodi agrum in Autumno araveris, & rursùs in vere circa ſnitium Maji vel citiùs Lunâ decreſcente arandus, & linum inſeras vel hordeum, prodibit purum & plenum. Sed pro lino ſatis erit ſemel arâſſe: pro hordeo, bis aut ter & ampliùs opus arare, occare, ut terra molleſcat. Sulci pro lino ſint lati ulnas 6, per medium eorum incedat ſerens, æquè ad utramq; partem ſpargendo poſt quemvis paſſum. Poſtquam paratus eſt ager pro lino, uno alterovè die quieſcat, & ſi quid repertum fruſtorum terræ, frangatur occa ut totum ſolvatur, tum ſeratur, & occa ſuperinducatur. Benè etiam linum in agro qui anno ſuperiore tulit ſiliginem: meliùs in eo qui tulit triticum trimeſtre. Inſitio fiat non denſa, altum, & plenum creſcet ſemine: densè ſatum procumbit & perit. Propera ſeminatio linum breve ſed copioſum affert ſemen & bonum: tardior, longius linum. Inum inſtar ſerici molle habebitur, ſed in quo ſemen ob immaturitatem peribit, ſic autem fiet. Agrum, de quo ſiligo, vel triticum autumnale collectum, vel eum qui ſub fimo jacuit, poſtquam à nivium aquis

aquis reſiccata eſt terra, ara eo tempore quo pro piſis aratur, & occa ut ſit mollis: rurſus triduò ante ſeminationem ara, tum densè linum ſemina, atque occa. Cùm effloruerit & capita fecerit, antequam matureſcat, evelle, & capita ligneo pectine abrumpe, atque linum in terra ſub dio per dies 14. proſterne: rurſus inverte ſi non ſatis maturuit, & per aliquod tempus jacere ſine. Si interea pluerit, ſæpiùs linum revolvatur, donec ad terendum fiat aptum, tum in faſces ligetur, atque ſub tecto ſervetur, & quam primùm elaboretur.

12. In ſterilem terram minùs ſeminis injiciendum quàm in fæcundam. Hordeum vult habere terram pinguem, & ſiccam.

13. Seminare tum eſt optimum, quando incipiunt folia cadere de arboribus. Lunâ creſcente non adeò hyemalia bonum, quia nimis creſcunt ante hyemem. Nec ſimul ſeminandum in terra, quæ in parte ſicca in parte humida, fiat id diſtinctis vicibus. In ſicca non perit ſemen, profundè inſitum tutius eſt ab animalibus, & plus habet humoris etſi tardiùs prodeat, ſed magis ſe radicat, nec timet frigus.

14. Linum antequam ſit uſui tranſit in Gallia manus 40. Seminatur in planitie optimè culta, ſed campum exurit: In terra macra ſubtilius creſcit ſed non ita altè. Semen non ſit antiquius uno anno. Linum poſt inſitionem tempore ſicco rigandum, & ab herbis purgandum. Maturum dein è terra extrahendum, & jaceat donec aruerit.

15. Canabes ſi densè ſeminentur ſunt ſubtiliores ſed non ita altæ, altiores laxè ſatæ. Exigunt terram benè cultam, & prodeunt uberrimè ſi poſtquam ſemen jactum, & terrâ opertum ſuper ſeratur fimus columbinus.

16. Ciceres ſalſugine ſuâ deſtruunt campum niſi priùs ſemen per noctem maduerit in aqua in qua ſolutum nitrum, ſic enim indemnes & uberiùs proveniunt. Terra egent pingui & bene excultâ, juſculum rubrorum eſt utile calculoſis & datur equis admiſſariis. Siccam terram fugiunt, meliùs, prodeunt tardè ſatæ, ſed multùm patiuntur ſi pluat ſupra florentes. Enecant alias inter ſe herbas.

17. Rapæ amant terram cultam ſed humentem, ſi relinquantur in campo anno ſequente proferent ſemen. 18. Mil-

18. Millium meliùs provenit in loco humente, non omninò tamen nebulas aut frigus ſuſtinet: non densè ſeminetur ut ſe diffundat; poſtquam ſeminatum eſt terra conculcetur ne ſol ad ſemen penetret. Colligendum antequam omninò matureſcat, quia ſemen effluet, dein relinquatur in ſole aliquamdiu, paleam ejus beſtiæ magis appetunt quàm aliam.

19. Avena vult campum pinguem, humidum, humilem & eum exurit. Triticum ſi nimis pingui loco ſeratur, luxuriat, ſed procumbit.

20. Omne triticum ſolo uliginoſo poſt tertiam ſationem degenerat in ſiliginem. Item ſatum inter ultimam & primam Lunæ dat grana nigra. Lolium nimiis imbribus prodit.

21. Hordeum ſerunt in Gallia, vel in pinguisſimo agro cui nocere non posſit, vel in macro, alioqui agrum deſtruit.

22. Oryzam in Gallia Lugdunenſi quidam ſerere tentarunt (ut ſcribit Campegi) ſed non lætè provenit, & facta eſt major impenſa quàm utilitas percepta. Planta eſt foliis carnoſis, porro ſimilibus, ſed latioribus, altitudine cubitali, flore purpu-

reo, radice gemmeæ rotunditatis. Qui tentare in Polonia voluerit ejus ſationem, dabimus modum quo utuntur Itali. Ubi creſcere debet oryza ſit is locus in quem aqua immitti poſſit pro placito, & ex quo emitti, fundum habeat factum ad libellam ut aqua ſit æquè profunda. Immittitur ergo aqua unius digiti altitudine, & ſemen oryzæ quod antea ſaltem diebus 10. maduit in aqua, ſeminatur, & aqua in priore ſtet ſemper altitudine. Poſtquam oryza ad tres digitos crevit, mundetur ab arundinibus ſi illæ proſilierint: Cùm incipiet facere ſpinam attollatur aqua ad ejus ramuſculos. Cùm incipiet colorem aſſumere millii, ſubducatur aqua, & ſine illa diebus octo maneat ut maturetur, interea tamen ſemper aqua duobus digitis alta inter oryzam decurrat. Sed quò terra fuerit pingvior, minus erit opus aquâ. Fructus colligitur, ſeminatur, prodit ubertim.

24. Multum ad fertilitatem omni ſegeti prodeſt, ne dum prodiit jaceat in terra, itaque vel per ovium immiſſionem detondeatur: vel dum eſt merum gramen defalcetur vel fulciatur.

25. Ante ſeminationem bonum eſt, agros, hor-

hortos, irrorare aqua in qua maduit herba ſemperviva, aut ejus ſemen, aut radices illius tuſæ, cum cucumeribus ſylveſtribus, ſic talpæ, vermes, &c. non nocebunt ſemini.

SUBSECTIO V.

De Meſſe, Tritura, & defenſione à noxiis.

CAPUT I.

De Meſſe.

1. Meſſis quantum fieri poteſt ſicco tempore fiat, dum in acervos componitur ariſtæ introrſum abſcondantur, ſtramen ut ſiccetur ventis exponatur.

2. Omnis ſeges meliùs & puriùs falce manuali quàm magnâ metitur, manet propterea pabulum pro pecoribus. In taliter demeſſo agro ſiligo fimo non adhibito, avena, hagecum prodibit. Ipſa etiam quæ ſunt demeſſa citiùs ſiccantur, quia illis non multa admiſcetur herba.

3. Cum ſegetibus non expectetur ad ſummam maturitatẽ, ſic enim multa granà elaberentur, & ſeges maturatur in ſpica. Poſt meſſem ſtent manipuli erecti per triduum,

& cum vehendi sunt fasciculi priùs bene supra linteum expansum excutiantur in agro antequam curribus imponentur. Metendum autem secundùm non contra ventum ne oculi messorum lædantur.

4. Grandescunt grana hordei si post messem aliquamdiu in campo relinquatur. Avenæ etiam desectæ pluvia prodest, quia grandescit.

5. Quæ melior messis ponatur seorsim pro semine, Paleæ, purgamenta, ponenda in tabulatis quæ sunt supra haras. Quæ qualiter distribuenda statuetur à Factore.

6. Si aliò trasvehendum frumentum, id fiat tempore convenienti, & quantùm fieri potest in horreo clauso non sub dio servetur frumentum, ut tempore pluvio possit triturari.

7. Semina fiunt ampliora per lupi pellem multis foraminibus pertusam cribrata. Ut quidam ajunt.

8. In horrea deponatur frumentum die sicco & sereno ut non putrescat. Horrea autem aperta quæ sunt quatuor trabium erectarum sint omnia paris altitudinis & formæ, & sepibus non altis clausa ut ventus recedat neque dum vacua sunt, tecta illo-

illorum jaceant in terra ſic enim putreſce-rent.

9. Si fruges demeſſæ diu fuerint extra cumulos à Sole exhauriuntur, at in acer-vum compoſitus vapor terreus ſubtilis im-pingvat.

CAPUT II.
De Tritura.

1. Attendat Factor & Villicus quantum trituretur & in notas ligneas ſecum com-poſitas referant , & grana ſint clauſa, & quantum ex illis alio transfertur notandum, trituratum verò ſtatim eventiletur & in granarium deferatur. menſura modii ſit nota Domino.

2. Purgamenta, paleæ, ſuo loco ſerven-tur, valebunt pro bobus ſaginandis. Quod trituratum & non purgatum nunquam pro nocte in horreo maneat, ſed in granariolo quod eſt intra horreum claudatur.

3. Piſa ſereno tempore triturentur, nam humido deformantur.

4. Cùm excuſſum eſt frumentum, inver-tatur & excutiatur ſtramen.

5. Ante trituram mediocriter concutian-tur manipuli, colliganturque ſeorſim ca-

 dentia

dentia grana, illa enim dant optimum panem. Trituratio autem fiat quamprimùm, quia dilata quartam partem granorum amittit.

6. Non ſtatim poſt excuſſum hordeum ſtramen efferatur, ſed furcâ, non autem raſtro, bene agitetur, & rurſus excutiatur.

7. Frumentum nòn evaporat dum eſt in ſua ariſta, extra illam ut ſervetur miſcendum ſuis paleis & ſtramini.

8. Cùm fit trituratio ex acervo qui eſt extra horreum, totus acervus trituretur. vel ſi unâ die non poteſt expediri, reſiduum acervi ad horreum deferatur, ne urſi acervos intra ſylvas poſitos invadant, allium miſcendum, vel pulvis pyrius inter ſtupam intritus.

9. Conjectura proventûs ex meſſe ita fit. Accipitur ex quavis ſexagena manipulus, ſed ejuſdem agri, & ſervatur clauſus diligenter, tum triturentur, & patebit quantum illius agri ſexagenæ afferent. Idem fiat de manipulis alterius agri, & ſcribatur. Idem de decimis manipularibus. Ex hoc etiam patebit ubi ager melior & magis excultus. Sed benè attendatur ne fraus fiat, ne manipuli mutentur aut minores fiant,

ne

ne male excutiantur, ne dum excussum eventilatur pars grani in stramen ad fallendam probationem abjiciatur. Eodem modo cannabes, & linum probatur.

10. Hæc conjectura de qua num. 9. fiat & ex recenti frumento, & postquam aruit, & adhuc postea semel.

11. Trituratores in horreo prandeant, & videndum ne saccos, ocreas, sinus repleant frumento.

12. Pisa quæ pro semine triturantur sint bene sicca, ex madidis proveniunt deformia.

13. Millium statim atque collectum est trituretur quia incalescit. Item linum & canabes, quia semina pereunt.

14. Purgamenta & paleæ loco reponantur sicco, quia dant optimam bobus saginam.

15. Semen jacens in aristis adhuc perficitur, proinde is nihil urget, trituratio differenda ad trimestre.

CAPUT III.

De noxiis à frumento & horto avertendis.

Ubi de omni verme & insecto pellendo.

1. Formicæ avertuntur clausâ eorum viâ ſtercore porci mixto cum urina humana, vel aſinina.

2. Muſcum enecat cinis ſæpiùs injectus.

3. Erucæ non nocebunt ſi ſegetes aut hortos lixivio facto è cineribus vitium aſperſeris. Nidor etiam uſtorum allii foliorum illas propellit. Vel ſucco abſynthii reſperge, vel in circum planta cicer.

4. Culices abiguntur odore ſulphuris uſti, vel ſtercoris bubuli. Spongia aceto imbuta attrahit ad ſe culices.

5. Nullæ beſtiolæ nocebunt ſi cancros mortuos fluviatiles 10. diebus in aqua maceres, & illâ aquâ reſpergas.

6. Nebulas impediunt folia arborum vetera congeſta, vel fimus, ſi urantur.

7. Ubi eſt periculum à ſerpentibus, origanum ſpargatur.

8. Grandines antiqui repellebant ſeminando circa agrum Brioniam ſeu cucurbitam ſylveſtrem, vel alis expanſis affigebant

bant bubonem. Sed nisi quis ostenderit, mihi vim naturalem istis inesse contra grandines, damnabo superstitionis. Christianus defodiat Cruculam Hispanicam Caravacensem, aut sacram ceram quam vocant, Agnum Dei, aut aliquid simile, & DEO sæpiùs agrum recommendet.

9. Pari vanitate contra tonitrua alas aquilæ appendebant.

10. Contra nebulas cornua boum, præsertim dextra, cum fimo uruntur.

11. Aves non attingent semina si illa maceraveris in aqua, in qua cancri fluviatiles cocti. Magis autem id fiet, si decem aut plures tales cancri jacuerint in aquæ vase Soli exposito per dies 10. & semina istâ aquâ aspergantur.

12. Vermes ne caulibus immineant, plantetur in vicina mentha, vel non seminentur nisi quartâ Lunæ, vel semina jacuerint priùs in cortice testudinis.

13. Limaces prohibet sparsa fuligo per hortum.

14. Cimices pereunt, sicut & pulices, si aspergantur aceto in qua fuit jusquiamum: aut aquâ in qua decocta cicuta, vel melanthium, vel sinapi.

15. Mu-

15. Muſcæ & culices pelluntur, ſi locus aquâ decoctionis rutæ aſpergatur. Vel fiat fumus de galbano vel ſulphure, vel fimo bovis. Muſcas expellit fumus colocynthidis aut infuſio.

16. Millepedes & alii vermes congregantur ut mactari poſſint, ſi inteſtina animalis cum ſuis ſordibus in loco illis obnoxio deponantur.

17. Viverra mactatur, miſce ſalem armoniacum cum ſiligine, & ſparge ut comedat, quod valet etiam pro aliis beſtiolis. Sed præſtat viverras uti & bubones non propulſari, cùm purgent horrea à gliribus.

18. Formicæ non aſcendunt ſi via illarum perfricetur felle tauri, vel fiat ſuffitus de cucumere ſylveſtri.

19. Cicadæ pellentur irrorando abſynthio, aut porris, aut centaurea, contuſis cum aqua: decocto lupinorum amarorum, vel cucumeris ſylveſtris cum aqua ſalſa: vel ſi aliquæ exurantur.

20. Sorices abiges, ſi diebus canicularibus in eorum cavernas injiciatur ſemen cicutæ cum elleboro & farina: vel folia lauri, quia ſi ea guſtaverint, moriuntur aliæ, reliquæ fugiunt.

21 Tal-

21. Talpæ abibunt, herbam dictam Palma Christi sere in hortis, vel juglandis lignum stramine involutum & acetum immitte earum foraminibus addito sulphure, vel immitte allium, cæpas, porrum.

22. Serpentes pellit fumus galbani, vel cornuum cervi, vel radicum lilii, vel ungulæ capri, vel hyssopi, vel sulfuris, vel pyrethri vel calceorum veterum. Prodest etiam in loco plantare fraxinum aut sambucum, aut filicem, aut granatum.

23. Scorpiones pelluntur si illorum unus exuratur, pelluntur & fumo uvæ immaturæ cum galbano aut fumo sebi caprini.

24. Noctuæ non veniunt ubi fumus factus est ex hedera

25. Ranæ colliguntur ad locum in quo sepultum fel capræ.

26. Scilla distillata dat aquam quæ mixta farinæ aut pani est venenum glirium addito modico litargyrii.

27. Erucæ caventur, si semina inserenda madefeceris in ficulneo, lixivio. Vel si bitumen cum sulfure sub arbore usseris in qua sunt erucæ, vel caprarum ungulas, vel cornu cervi.

28. Talpæ fugiunt vel moriuntur si in putamen juglandis posueris ceram seu cedriam, & sulfur, & accensum foramini immiseris.

29. Formicas pellit ricinum in horto plantatum, vel cor noctuæ admotum, vel sulfur & origanum nido inspersum, vel cinis ex cochleæ testa cum styrace, vel, ne accendant, trunci arborum illinantur decocto lupinorum vel felle bubulo.

30. Raphanus, vel ramus punicæ terrori est sequentibus.

31. Robigo transit in plantas lauri si per hortum disponantur, pellit etiam fumus cancrorum fluviatilium cum fimo boum ustus & paleis.

32. Mures cynaris & radicibus earum non nocent, si radices involvantur lanâ, vel stercore suillo, vel cinere ficulneæ circumponantur.

33. Cimices enecant cinuræ folia lectis attrita vel inspersa.

34. Uredinem incurret seges si semen illius infusum fuerit sacco in quo fuit farina.

35. Omnia insecta fugiunt tabacum: pulegium culices, Muscæ ad filicem congregan-

gantur, eique pertinaciter adhærent. Cimices piperis longi ſuffitum non ferunt.

36. Erucæ ne devorent caules, formicarum nidi integri cùm erucæ comparent, ſpargantur, iſtæ enim erucas devorant. Vel inter caules crebri depanguntur ramuſculi arboris ſorbi ſylveſtris.

37. Formicas fugabis ſi eorum nido impoſueris cor noctuæ, vel grana origani contuſa, & ſemitas earum calce vivâ aſpergas, humumque cineribus.

38. Culices congregantur ad foſſam in quam eſt conjecta tuſa rododaphne.

39 Robigo ſi cecidit in ſata, ſtatim cucumeres ſylveſtres aut colcynthidos radices aut folia contunde, & in aqua macera, & iſta aqua ante ortum Solis hortum irrora: vel lixivio ex querno cinere irriga.

40. Vermes in arboribus enecabis ſuffitu cornu cervi, vel ungulæ caprinæ, vel radicis liliorum, vel capillorum muliebrium, vel pæoniæ, vel fimo bubulo, aut etiam allio trito arbores illine.

41. Cantarides pelles ſuffitu galbani cum fimo bubulo, vel ex radice cucumeris ſylveſtris facto.

42. Majores beſtiæ non lædent agros, ſi can-

cancros, aliquot per dies 10. in aqua maceraveris tectos in olla fictili sub dio & campos alternis diebus asperseris.

43 Brassica à pulicibus tuta erit, si ejus semini parum erucæ admisceatur. Vel si eruca simul seratur cum brassica, vel si semina ante sationem in succo sempervivæ maduerint. Incorrosæ manebunt caules si earum semina in concha testudinis jacuerint. Anserum fimus cum amurca necat brassicam.

44. Ab omni bestia tuta sunt sata quorum semina in succo cucumeris sylvestris maduerint.

45. Erucæ tolluntur si cinis vitium triduo in aqua jacuerit & istâ aquâ spargatur, vel si fiat sulfure vivo suffumigium, aut bitumine. Vel si ipsæ erucæ in aqua cum anetho coquantur, & fiat aspersio. Vel fungi qui sub juglande crescunt suffumigentur, aut allii folia.

46. Blattæ congregantur si ovilis ventriculus cum eo quod continet defodiatur in terra ut pars ejus exstet.

47 Vespæ non pungunt eum qui se illevit malvæ sylvestris succo cum oleo, quæ unctio etiam puncturas sanat.

48 Lo-

48. Locuſtæ ne accedant, veſpertiliones per ſublimes arbores circum appendantur. Si venerint, lupinis amaris, aut cucumeribus ſylveſtribus in muria maceratis aſpergantur.

49. Muſtellæ necantur ſi in aliquo cibo ſalem ammoniacum guſtent.

50. Mures agreſtes pelluntur, ſi in foramina earum rhododaphnes imponantur radices. Domeſtici vero cinere querno earum cavernis appoſito, congregantur autem ad amurcam in pelvi ænea poſitam.

51. Serpentes non ſunt ubi creſcit abſynthium, aut abrotanum. Fugantur autem ſuffitu peucedani, vel radicis liliorum, vel cornu cervini, vel ungularum caprinarum, vel ſi tribolis herba cum aqua trita, cavernis eorum infundatur. Grylli arſenico cum ſiſere pereunt.

52. Reptilia omnia deſcendent in dolium à ſalſamentis inveteratum ſi defodiatur.

53. Scorpius moritur ſi illi raphanus minor imponatur, nux avellana pedibus lectorum alligata prohibet illum lecto.

54. Formicæ non tangunt plantas quarum radices lupino cum amiarca trito, vel

coсto, ſunt illitæ. Mel non tangunt ſi albâ lanâ circumpoſueris. Naſcuntur in melle cui panis inſperſus, in vite cujus ramus hederâ densâ ligatus. Fugiunt ſi piſcis Coracinus ex arbore ſuſpendatur, vel fiat ſuffitus ex radice ſylveſtris cucumeris.

55. Culices pelluntur ſuffitu nigellæ. Vel ſi aceto vini forti intincta ſpongia ſuſpendatur, in ea hærent. Rutæ decoctum ſi ſpargatur, timent. Suffitum ſulfuris, vel galbani, vel cymini, bdellii, non ferunt. Non pungunt eum qui ſe cum oleo oliv, thure perunxerit. Canabem non accedunt.

56. Muſcæ fugiunt ubi calucantha ſuffumigata, vel facta aſperſio decocto foliorum ſambuci. Congregantur ad ſcrobem in qua jacent contritæ radices rhododaphnes. Non tangunt hominem qui ſe oleo cum caſſia trita illevit. Idem contingit bobus ſi baccis lauri coctis in oleo fuerint peruncti, & equis ſi ſucco cucurbitarum, aut hydropiperis, vel alumine & origano tritis.

57. Veſpertilio non intrat ubi platani appenſa folia, vel ſuffitus ex hedera factus.

58. Cimices non naſcuntur in lecto qui imbutus ſucco ſylveſtris cucumeris, vel

ſcyllâ

ſcyllâ cum aceto tritâ, vel tauri aut hirci felle cum aceto, vel antiquo oleo oliu. Cum vino ſulfere, vel glutine piſcium coćto vel oleo in quo maduerunt folia hæderæ vel capparis. Vel ſi fiat ſuffitus ex hirudinibus, vel ſiolo. Pendriâ ſiccatâ, vel foliis hederæ mixtis cum hirudinibus. Vel ſi pedes leporis aut cervi circa fulcra lećti religentur. In ſubita neceſſitate prodeſt vas plenum aquâ lećto ſupponere. Fugiunt lignum à Caſtore præmorſum.

59. Pulices concurrunt ad ollam defoſſam cum terra æqualiter, & repletam adipe taurino, vel hirci ſanguine. Timent aquam ſparſam in qua maduit abſynthium, vel melanthium, vel ſi calce vivâ conſpergatur pavimentum.

60. Ne vermes ſemini noceant, accipe faſcem allii & contere & in aqua multa diduc, in eaque maneat per horas 24. iſtâ aquâ ſemina aſpergantur bene & miſceantur, & relinquantur per biduum, poſtea ſerantur.

61. Aves non vaſtant agrum qui conſperſus conciſis, allio, cæpis, vel raphano. Ne verò frumento noceant ibi ponantur aperta horrea ubi homines frequenter deambulant.

62. Pulices pereunt si in lixivio cumminum cum absynthio coquatur, & ubi referixit, cum felle piscis spargatur. Vel aqua in qua nigella per 24. horas maduit.

63. Cimices mactat odor ovium, vel succini vehemens suffitus.

64. Formicæ fugiunt si assa illis fætida cum fæce olei mixta affundatur.

65. Frucæ urinâ animalis mixta cum aqua quæ est sub oleo olivarum aspersæ necantur.

66. Tineæ non oriuntur si cistæ illâ aquâ quæ est sub oleo oliu. Decoctâ ad dimidium, ungantur.

67. Muscæ, Cumini & saturejæ folia coquantur, & fiat aspersio, non veniunt. Vel vas aliquod pice unctum exponatur, velut in visco hærebunt.

68. Talpæ fugiunt si eorum cumulis infigantur verna lignea in quibus assati pisces.

69. Aves non devorant semina si seminator unxerit manus leporis pinguedine.

70. Caulium semina ut tuta sint à vermibus abrotanum madeant per dies aliquot in aqua, & in eadem postea biduò semina caulium.

71. Nebulæ solent affligere ea quæ sunt loco humili sata, itaque per sulcos in longum procedendo, linteum trahatur, ut abstergatur nebula.

72. Erucæ ut evitentur, semina fuligine permiscenda, aut in majoris Sedi seminum succo per noctem macerentur.

73. Verminant fruges demessæ Lunâ plenâ & in tepido ac humido loco depositæ. Omnes vermes, etiam in hortis & limaces occiduntur aquâ salsâ in qua fuit decoctum allium. Hâc eâdem granarii pavimentum abluatur & parietes, nam ipso odore pereunt vermes. Idem facit, Savinæ, Castoreum, sulfur, cornu cervi, hedera. Ad noctuæ odorem fugiunt serpentes. Flores sambuci, absynthium, ruta, filix, mentastrum, abrotanum sunt inimica vermibus.

74. Cimices pelluntur si lectus abluatur aqua in qua cucumer anguinus maduit, aut felle bubulo cum aceto. Pulices necat aqua sparsa in qua folia sambuci macerata.

75. Talpa capitur si ollam angusti oris in terra defoderis, & in eam cancrum mortuum posueris, talpa dum volet cancrum capere, manebit in olla.

76. Serpens concisus in fimo tot dabit serpentes in quot partes sectus, ideò procul â fimo mactandus. Gesnerus scribit, quòd qui manus succo verbenæ & salviæ perunxerit, possit manibus tractare serpentes. Si coryli anniculi bacillo circumscribetur nullo modo exibit. Venenum fertur deponere canabum semine conspersus. Congregari serpentes ajunt, si unus fictili imponatur multoties pertuso, & igne circumposito ut exire non possit, hic enim alios sibilo convocabit.

77. Scorpium ferunt non nocere si manus imbuatur succo raphani, qui etiam succus aliorum venenatorum prohibet noxã. Crescit Scorpius ex contuso & putrefacto ocymo. Crescit & ex cancro sepulto, fugatur ustis plumis upupæ, ut scripsit Alex. Pedemont.

78. Formicæ pelluntur si limacum testas cum stirace in pulveres actas nidis inspersferis, non ascendent arborem si truncum succo lupinorum unxeris, cineres etiam pati non possunt. Ova deponent in scutela si eam nido ipsarum imposueris & foliis texeris, ipsæ autem abigentur pulsando scutelam virgâ.

79. Pulices concurrunt ad pannum album laneum, tinctum lacte asinæ. De cocto rutæ si cubiculum sæpiùs asperseris liberabis à pulicibus.

80. Pulices terrestres vitantur si quæ sunt serenda, in succo sedi maduerint, vel hortus cinere conspergatur.

81. Pediculi fugantur facto unguento ex argento vivo cum saliva & pomo putri. Vel si tingantur indusia aquâ in qua solutum alumen aut tabacum maduit, aut in qua pisces cocti. Vel, ut aliqui scribunt, si os mortui hominis vestibus insuatur, vel in sacculo ut corpus tangat argilla ex furno gestetur.

82. Arboribus non nocent aves. Si cancros aliquot per dies 8. in aqua intra ollam clausam sub dio tenueris, & illâ aquâ arbores resperseris. Alii aspergunt putridâ urinâ cum stercore canis mixta. Contra capras verò ungunt plantas urinâ & fimo caprarum. Contra lepores fimo leporino. Contra aves allium suspendunt ex arbore.

83. Ne intra triticum prodeat lolium, seminatur sub Plenilunio Sept. Vel à novilunio ad plenilunium semina, & erit purum triticum si post meridiem semines, vel

vel â plenilunio ad novilunium ante meridiem. Vel in sementem tritici cribra cineres, & sic jaceat per tres dies, & seratur dum Sol est in Libra.

84. Tineæ caventur, si cista fuerit ex junipero vel uncta oleo juniperi, vel abrotanum imponatur, vel absynthium siccum in pixide clausum inter res jaceat, & res sint loco sicco.

85. Cimices nascuntur in lignis sub Luna plena cæsis, aut si muscus qui miscetur ædificio sit tali tempore collectus.

86. Passeres non nocent seminibus quæ jacuerunt inter carnes lupi siccatas concisas, vel si post meridiem serantur.

87. Mures etiam hoc modo capiuntur. Fit conus è charta crassa intus visco unctus, collocatur in sua basi, & sub eo ponitur pabulum, vertex autem coni abscinditur ut mus possit caput inserere, quod ubi imposuit, hæret.

88. Vermiculi hortenses bifurcæ caudæ dicti forcipulæ, si infixeris terræ surculum, & ex illo cornu hirci, vel ungulam suis modicè â terra elevando appenderis, in eam confluent.

89. Formicæ pelluntur si laser oleo oliv. dilu-

dilutum nidis earum affuderis vel radice ſylveſtris cucumeris ſuffumigaveris, vel radicibus arborum ſylveſtre origanum circumpoſueris, vel lupinis amaris in aqua decoctis illeveris. Vel albâ lanâ arbores religaveris, vel coracinum piſcem ex arbore appenderis ad illum enim omnes colligentur. Si verò hederâ caudicem circumpoſueris ſcarabæos torpentes invenies. Vel heliotropium aut rubrica cum cinere affundatur formicis. Vel os ſemeſum projiciatur, illud omnes invadent, quas aquâ bulliente merge. Vel in nidos ſulfur accenſum immittatur.

90. Locuſtæ dum uruntur, aliæ fugiunt. Veſpertilionem appenſum timent, uti &, ſi arbor abſynthio lavetur. Manè frigido aëre torpent ac mactari poſſunt. Cantharides timent fumum galbani cum vetere fimo; item ex ſylveſtri cucumere radicis.

SUBSECTIO VI.

De venditione frumenti in terra & aqua.

CAPUT I.

De frumenti venditione in terra.

1. Non ſolent frumentum ſervare in id tempus quò minoris æſtimaretur.

2. Venditio frumenti in civitate uni viro bono qui ex omnibus curribus vendat, committatur , qui notet quâ die quid & quanto vendidit, & poſtquam achanen vendidit, redditâ pecunia Factori, apocham recipiat. Factor etiam ſuis rationibus inſcribat, quantum, ex quo, & quanto, ac quando venditum, & examinet an ita ſit ?

3. Ex pecunia pro frumento accepta non fiant expenſæ in res minores , ſed alia in hunc uſum quæratur.

CAPUT II.

De frumenti venditione in aqua

1. Cùm redit navis, purgetur à nautis ſtatuaturque in aqua profunda ſed quieta, extra periculum glaciei, & videatur ne alicubi terram contingat. Non funibus ſed viminibus alligetur. Sit unus qui ad hæc & ſequentia attendat.

2. Saltem bis in anno totæ naves pice ungantur.

3. Omnia vaſa mobilia etiam culinaria ſerventur & ſi quid deſit , ante Natalem Chriſti provideatur.

4. Sit adnotatum quantum quælibet navis ferat frumenti, ut sic deinceps oneretur.

5. Storeæ sint pares & quot illarum quælibet navis egeat, sciatur, & hæ fiant novæ crescentibus noctibus in Autumno.

6. Solvatur nautis statim ac purgatam navim reddiderint.

7. Computetur & adnotetur victus pro singulis seorsim navibus. Novi funes non dentur nisi priùs antiqui restituantur. Item res antiquæ juxta Regestrum repetantur.

8. Granarium sit propè flumen ut hyeme in illud viâ carpentaria convehatur frumentum, non autem in vere quando itinera sunt invia. Quidam malunt Gedanum mittere farinam quàm frumentum, quia & cariùs vendunt, & remanet domi furfur.

9. Saccos habeant integros Rustici qui ex granario deferent ad navim, & qui sunt ex eodem pago sacci, eodem signo notentur, & suo quisque sacco propriam notam apponat, sic non facile miscentur aut pereunt.

10. Si quis in furto deprehendatur, dignus ut à singulis aliqua ignominia afficiatur. Hoc enim valebit ad terrorem cæterorum.

11. Ita

11. Ita res ordinendæ ut tua navis sit prima in termino.

12. Victualia & instrumenta ante frumentum inferantur cum incipit frumentum deponi, incipit & nautis dari cibus. & ut tempestivè conveniant triduò antè monendi. Panis tempestivè paretur, ad quod in singulis prædiis bino opus furno.

13. Ut citiùs deportetur frumentum, priùs in granario mensuretur, idque modiis, qualium usus est in termino. Nudipedes deferant. Vela frumento non subjiciant, quia corrumpuntur.

14. Qui curam rerum navalium habuit juxta regestrum tradat, quod à Factore subscribatur.

15. Cùm navigatio instituitur Factor cum Villico computet quot dies possunt insumi absque vento, pro tot paretur victus: & ubi rediit navis, dies examinentur, & residuum victûs recipiatur.

16. Ante navigationem, instrumentorum & victualium regestrum accipiat Præfectus navis, ut postea rationem de omnibus reddat.

17. In naves potiùs minus quàm plus imponatur quod possunt ferre. In via nullæ per-

permittantur compotationes. Habeantur naviculæ in quas ad navim alleviandum cùm opus fuerit, transferetur in ſaccis frumentum.

18. Aliquot leucis ante terminum die ſereno frumentum palis agitetur & eventiletur.

19. In Autumno navigatio acceleranda ne glacies navim occupet.

20. Ne vermes in frumento naſcantur, (quod etiam in granariis faciendum) palæ quibus frumentum agitatur crebrò & benè perungantur allio. Si jam invaluerunt, juſculum halecum allio miſceatur, & locus in quo jacet frumentum hâc mixtione ungatur, item palæ ac parietes.

SUBSECTIO VII.

De Sylvis, & Pratis, & Fœno.

CAPUT I.

De Sylvis & Cæſione arborum.

1. Illa obſervanda quæ ſunt poſita in legibus Factoris circa ſylvas.

2. Cæſura lignorum fiat hyeme. Unus vir tantum cædat ut faciat cumulum quadratum altum longum & latum cubitos quatuor.

3. De-

3. Decreſcente Lunâ, betula, alnus, tremula, cæſa citò & benè areſcunt : creſcente ſi cedantur citò putreſcunt. Pyrus, abies, pro ædificio cæduntur circa primum Lunæ Quadrantem, bene areſcunt, & fiunt durabiles : cæſæ verò in decremento citò putreſcunt. Putreſcunt etiam duræ arbores ſi cædantur in Novilunio.

4. Omne lignum pingve, ut abies, pinus, cædantur in Novilunio. Betula, & ligna dura in decremento ſecanda, Cum ſeminatio abſoluta virgulta cædantur, ut poſtea majora ligna cædi poſſint. Pineta cum abjegnis novâ Lunâ ſecentur : tremula in decremento, aliàs putreſcent, & igni ac furno eſſent inepta.

5. Ligna pro ædificio in Nov. Dec. Januario cædenda. Ubi verò cæſa ligna, non accedant, boves, oves. Nec fiant viæ, ut tantò faciliùs recreſcant.

6. Pæna conſveta pro cædentibus ligna ſine licentia obſervatur.

7. Pro combuſtione non trunci, ſed rami amputandi.

8. Cleopiſſæ, carbonum, picis, cinerum fumus arefacit arbores, ideò hæc in loco remotiore à ſylvis fiant.

9. Li-

9. Ligna quæ cæduntur æſtate plena ſunt ſucco, & ſi adhibeantur ad ignem in cameræ camino non ardent hilariter. Nam licet exteriùs areſcant, intùs madent.

10. Pro trabibus valent abies & laryx, quia non curvantur. Olea, robur, quercus, populus, ſalix, alnus, betula, etiam non ſub pondere flectuntur. Palma renitendo ponderi in diverſum arcuatur.

11. Lignum cæſum per rorem non trahatur, neque dolatum excipiat rorem. Cùm cæditur non ſtatim dejiciatur, ſed ad dimidium inciſæ ſtent arbores aliquamdiu, ut humor effluat, & poſtea in umbra ſiccentur, ſic non facilè putreſcent. Rimas non agit cupreſſus & buxus.

CAPUT II.

De Pratis.

1. Ut ſequenti anno prata dent bonum gramen intra novam & plenam lunam ſecanda, nam aliter ſecta vile dant gramen.

2. Prata à virgultis purgata omninò. Decreſcente Lunâ ſemel & iterum ſecanda, ut tantò facilius pereant virgulta. Purganda verò ab ipſis virgultis Lunâ decreſcente.

3. An-

3. Ante falcationem, si est manna, colligatur. Arari etiam illa oportet ut dent melius gramen.

4. Sit aliquis qui prata & pascua æstate custodiat.

5. Ut gramen tenue instar filorum crescat, terra conculcanda, & malleis ligneis concutienda.

CAPUT III.

De Fœno.

1. Si madidum fœnum in horreo deponatur, incalescit, & mactat in vere pecora. Quocirca si ob pluviam fœnum nequeat colligi siccum, injiciatur stipitibus ramosis ad duas orgyas altis, neque comprimatur, & in conum formetur, & stipes distet á stipite, sic non incalescet.

2. Quod fœnum sereno cælo sectum seorsim ponatur, & quod pluvio seorsim: Item quod crassius aut palustre, cum tenui non misceatur.

3. Equi etiam sordidum comedunt fænum, sed aquam nonnisi puram bibunt. Boves aquam sordidam bibunt, sed fæno puro vescuntur.

SUB-

SUBSECTIO VIII.

De Aquis, Lacubus, Stagnis, Piſcinis.

1. Aqua peſſima eſt, quæ alit ſangviſugas, quæ angvillas, bona. Aquæ pluviales ſub canicula aliquid amaroris & noxæ plurimum habent, & facilè putreſcunt ob mixturam terrei combuſti. Pluvia aqua tonante cælo habet ſalſuginem non ſalutiferam.

2. Dum Piſcina foditur, ſi egeritur argilla, ſervetur pro coctura laterum: Si terram pinguem, pro hortis. Optima eſt piſcina quum aqua percurrit. Aqua fœtida aut nimis frigida piſcibus nocet, in bona aqua piſces pariunt intra menſem apto tempore. In medio piſcinæ ſit foſſa grandis profunda, ut in eam ſe piſces recipiant propter gelu & calorem, muniatur palis ad latera, aquæ utiles piſcibus de flumine etſi turbidæ, bonæ & pluviales ſed non ſub canicula. Quò piſcina amplior magis ſe propagant piſces, quia gaudent libertate, edunt omnes micas de menſa injectas, ſi modicam habeant aquam, æſtate ob calorem, hyeme propter frigus intereunt.

3. Piſcinis inſint arbuſta & alia umbram facientia, ut ſub ea in calore piſces confugiant.

4. Attendendum valdè in ſtagnis aggeribus; & ubi aqua emittitur, & licet hoc ſit Molitoris officium, Factor tamen ipſe frequenter inſpiciat, imò ſæpiſſimè. Cùm reſolutio glaciciei inſtat, circa palos glacies reſecetur ne acceſſus aquæ palos elevet. Revideantur etiam canales piſcinarum.

5. Non permittatur ut canabes aut linum maceretur in aqua piſcoſa vel potabili, quia inficiunt.

6. Aggeres ſtagnorum ex terra & argilla formandi poſt Novilunium, nam quæ ponuntur Lunâ decreſcente, & perforantur, & humorem recipiunt: at verò illa dureſcunt & ceſpitem quo veſtiuntur recipiunt.

7. Hyeme glacies aperiatur, ne piſces ſuffocentur.

8. Piſces novi immittuntur in Vere & Autumno & poſt frigora. Quia novi piſces non ſtatim petunt fundum, & ſic frigore aut calore perirent, aut ſaltem non creſcerent.

9. Locus prolificationis piſcium habeat fundum argilloſum, & ad eum circa S. Marcum immittantur carpiones tres cum ovis ſuis, duo ſine.

10. Ex lacu vel piſcinis parvis non autem ex ſtagno piſces ad culinam aſſumantur. Stagna ſingulis ternis demittantur annis. Piſces debiliores ſiccandi, vel ſale torrefacto calido ſaliuntur tempore frigido in Vere vel Autumno, ſed dimidium minorum in ſtagnum rejiciatur.

11. Ciſtæ ſeu vivarium pro piſcibus ſit profundum, ſed non ex quercu, neque ex pinu fiat, verum ex abiete, aut piceaſtro.

12. In ſtagno dimiſſo ſeminetur frumentum, ſed proſpiciendo ne tempore pluvio mergatur.

13. Retia poſt piſcationem ſtatim ſiccentur, & ſicca ſerventur.

14. Cavendum ab Anatibus quia piſcium ora devorant. Caſtores & Lutræ ſunt exitium piſcium.

15. In marginibus aggerum nulla ſit arbor, nam folia decidua inficiunt ſtagnum. Fontes & aliæ aquæ in ſtagna derivandæ ducendo foſſas aliquo maximo vomere.

16. Ex aqua ſalſa dulcis extrahetur ſi vas certum undique, clauſum ſalſæ impoſueris, dulci enim replebitur. Vel ſi diſtillaveris ſalſam, vel per arenam percolaveris. Amara dulceſcet ſi hordeum, contuſum in ſacculo impoſueris.

17. Si hyſſopus aquæ inſpergatur pisces fugiunt.

18. Ranæ peribunt verbaſci vel juglandis folia per aquam ſpargendo.

19. Ne carpiones devorent ſemina piſcium aſpergendæ ſunt ripæ cinere. Pisces paluſtres naſcuntur in piſcinis ſi polyſphoron herbam, quæ polygono ſimilis, contuſam aquæ injicias: Conſtantin. Congregantur verò piſces in unum locum ſi herbam delphinion injeceris. Vel Rec. Sanguinem boum, ovium, caprarum, ſuum, tenujum inteſtinorum ſtercora, thymi, origani, pulegii, thymbræ, ſamſuahi, allii vini fecis partes æquales, adipis eorundem animalium quantùm ſatis, omnia comminuta redigantur in maſſam & aquæ injiciantur, poſt horam locus circumdetur reti. Vel ſanguinem capræ nigræ, vini fecem, Polentæ maſſam ſimul miſce, & pulverem carnis caprinæ adjice.

SECTIO. III.

De Agrariis Officinis.

Subſectio 1. erit de Horreo & Granario. 2. De mola, & Molitore. 3. De Braxato-

xatorio, Braxatore, Brasio, Cellario, Cervisia. 4. De mulsi, & cremati coctura. 5. De puteo. 6. De taberna. 7. De modis cavendi incendia & fures. 8. De textrina, lino, canebe, filatione.

SUBSECTIO I.

De Horreo & Granario.

1. Si granum in horreo vel granario maduerit, quam primùm vendatur, nam putrescet & sordebit.

2. In Granariis sint fenestræ ad Boream, & grana singulis septimanis bis revolvantur, & dum est recens granum ter: Granum ex montanis melius est quàm ex planis, & melius quod ex terra non stercorata: item melius ex sicca quàm humida. Horrei similiter portæ sitæ ad septemtrionem vel Orientem sunto.

3. Farina ut servetur pastilli fiant ex cumino & sale & farinæ immisceantur.

4. Dispensatori non dentur ex horreo grana mixta paleis, sed ex granario, pura.

5. Horreum sit inter solitos tres agros ut ex eo possint aspici, & sit in loco perflabili, parietesq; sint tales quos ventus permeet.

6. Frumentum non evaporat ſi in ſuis ariſtis non trituratum maneat, vel trituratum cum ſuo ſtramine miſceatur.

7. A ſuibus cavendum in horreo.

8. Farina etiam durat quæ in vaſis compingitur malleo ligneo, & bene clauditur, atque ſicco loco reponitur.

9. Frumentum antequam granario in quo diu ſervari debet inferatur, in ſole per dies ſex reſiccetur, & eadem reſiccatio ſingulis annis repetatur, ſervetur autem in loco ſicco.

10. Horreum, ne in eo ſeges corrumpatur, ſit procul ab æquorum & boum ſtabulis. Pavimentum conficiatur cum aqua in qua cucumeris ſylveſtris radices ac folia maduerunt. Vel propter mures fiat ex calce cum pecorum lotio.

11. Farina diu ſervatur ſi tedas pingves contuſas illi injeceris, vel factas ex cumini & ſalis æquis portionibus placentas.

SUBSECTIO II.

De mola & molitore.

Factor probet quantum molatur per 24. horas continuas, inde enim capiet conjecturam quot menſuræ debeantur. Et ſi poſſent

ſent induci qui molunt ut inſcriberent quantum & quâ die afferant ad molendinum, magna certitudo haberetur de menſuris quas tribuunt.

2. Molitor habeat inſtrumenta neceſſaria, aſciam, ſecurim, ſerram, terebras, curriculum truſatilem, ſecurim anguſtam ad cavandum, dolabram, &c. Si novit ligna ſerrare molitor trabes continuò paret quæ hyemali itinere divendentur.

3. Sub cura Molitoris ſint in vicina aula, trabes fundamentales, domûs anguli, canales, tecta, quæ ſi neglexerit detrahatur alicubi ex domo ejus tectum.

4. Si procul ſit ab aula non permittatur habere naviculam aut rete: & cùm piſcandum eſt iſta illi ex aula ſubmittentur.

5. Porci dantur Mollitori ad alendum qui ſunt proximi ſagenæ.

6. Ubi deeſt mola, ad unam Vicini alicujus vehantur ſingula molenda, cum onere hoc, ut pro aula ſine ſtipendio molatur.

7. Stabulum habeat Molitor in quo poſſint conſiſtere jumenta eorum qui ad molam vehunt molenda.

8. Quâvis hebdommodâ à Mollitore recipiantur menſuræ, qui etiam vias reparet ad

ad molam. Agrum qui illi datur, colere non negligat, ne fiat desertus.

9. Probetur ut dictum quantum per 24. horas continuas moli possit, & inde conjectura de hebdomada, mense, &c. sumatur.

10. Cùm aqua in vere augetur glacies circa palos resecetur, quia dum hæc ab âqua elevatur, pali extrahuntur.

SUBSECTIO III.

De Braxatorio, Braxatore, Brasio, Cervisia, Cellario,

CAPUT I.

De Braxatorio, Braxatore, & Coctura crevisiæ.

1. Ad illum spectant non solum officinæ suæ vasa, sed & balnei, at propterea juxta regestrum omnia recipiat à Factore.

2. Provideat ut lupulus sit recens semper, & illum circa S. Martinum reponat in cistas, sit illo plùs quàm satis.

3. Nonnisi unam cocturam cervisiæ det sine pecunia præsente ad tabernas.

4. Vasa quibus brasium conficitur sint in opere semper, nisi brasii sit abundè.

5. Alias notas ſive regeſtra habeat Factor, alias Braxator de numeris coċturæ cerviſiarum.

6. Non acceptet ex tabernis dolia infecta acetoſitate, ſed benè ſint mundata: idem de doliis ex aula.

7. Cùm propria deeſt mola pro molendo braſio, braſiator ſemper habeat braſium quod ſufficiat pro duabus cereviſiæ coċturis, ne in coquendo ſit mora.

8. Pro coċtura accipiat frumentum quod modò eſt trituratum, tale enim dat copioſiorem cereviſiam.

9. Cùm ſperatur Domini adventus, plura braſia ſint parata. Meminerit non evanidas ſed recentes feces ſuffundere cereviſiæ. Secundaria verò non deſit pro aulæ uſibus.

10. Ad ſiliquas ſit attentus quomodo diſtribuantur. Omnia vaſa ſint munda, & curet ut per canales illi aqua affluat, & ſtatim proximè habeat cellarium bonum in quod cerviſia ſine tranſportatione transfundatur.

11. Habeat notas ſeu regeſtra quantum frumenti accepit, & quot fecit coċturas pro uſu Domini.

12. Cervisia recens detur ad tabernas, quia æstate non acescit, & hyeme si non statim bibatur, defæcatur.

13. Ut bona sit cervisia, & panis, priùs frumentum in aliquo vase ab omni impuritate eluatur.

14. Providi non admittunt fæminas ut claudant vasa, in quæ recens infusa cervisia.

15. Braxator debet ex modiis duobus & dimidio dare cremati quartas ollæ 42. si sit brasium hordei. Sed si sit siliginis, 48. Si sit tritici, 72.

16. Ex tritico cerevisia si addatur dimidium, vel tertia pars siliginis svavior.

17. Brasium debet non violentè exsiccari ne aduratur, alias rubentem dabit cervisiam, cavendum à quernis & pineis lignis, quia fumo brasium inficiunt. Ad hunc valent usum, alnus, acer, betula, exsiccatæ.

18. Quæ cervisia non satis cocta, inflat. Martiale brasium dat cerevisiam quæ non ita cito acescit. Cùm fraga vigent plùs solito imponendum ex lupulo cerevisiæ, item in caloribus.

19. Lupulus hortensis habet intra sua capi-

capitella ſemen tenuiſſimum inſtar fari-
næ, ſylveſter majus inſtar ſeminis cannabi-
ni, ſed hic coqui debet diutiùs quâm horâ
dimidiâ, utilis eſt, dum ſit maturus, ad cer-
viſiam quæ non diu ſervanda eſt. Si lu-
pulus ſit immaturus ac viridis citò cerviſia
aceſcit. Libræ hortenſis lupuli 12. dantur
pro braſii coretis 6. & dimidio.

20. Braſium in Livonia fit hoc modo.
Hordeum eluitur, & per triduum in aqua
relinquitur, deinde ſternitur ſuper hypo-
cauſti pavimentum donec inceperit mo-
dicè germinare, tum in cumulum in for-
ti calore congeritur ut caleſiat, deinde di-
ſtenditur attendendo ne muceſcat, ac ideò
ſæpiùs verſandum eſt. Ubi ſiccari cæpit
aqua conſpergitur & miſcetur, deinde col-
lectum in cumulũ relinquitur per noctem,
ſequenti manè in loco benè calente tenui-
ter diſtenditur, ac ſæpè invertitur ut ſicce-
tur augeturque calor ad perfectam braſii
exſiccationem, tum palâ eventilatur ut
grana vacua excidant.

21. Braſium in fornace ſiccatum dat cer-
viſiam aduſtam, paucam, & ſine virtute,
inſalubrem, in terra arefactum dat me-
liorem.

22. Bra-

22. Brasii granum quod modicè germinavit, quia non totum internè commotum, parum dat cervisiæ.

23. Brasium nimis germinans dat cervisiam crassam & ineptam. Quod mediocriter germinavit dat optimam & copiosam, sed secundariam propè nullam.

24. Brasium in decessu hyemis molitum dat ubi postea coquitur multam & bonam cervisiam. Sed molitum debet servari in doliis bene clausis ne evaporet, eodem modo lupulus, & tutior erit quàm in cistis.

25. Dum brasium aquæ immittendum est, priùs aqua fervens à Livonibus dolio immittitur (ab aliis moderata) tum brasium, ac rursus aqua, quantâ opus est affunditur, misceturque optimè, hoc enim confert ad bonam cerevisiam. Si tamen brasium tenuiter molitum, vel non satis germinavit, non debet nimis cum aqua misceri.

26. Pro optima cervisia (quam bibentes calculum ignorant quæ coquitur à Livonibus in vase ligneo candefactis lapidibus, non plus aquæ affunditur, quàm ut lapides possint brasium bene percoquere. Lupulum autem saltem per horas 4. coqunt.

coqvunt. Tum coctum brasium dolio pertuso quod stramine est stratum infunditur, & quod effluit in ahenum refunditur, coquiturque donec ad tres digitos descenderit, deinde in vas aliud refunditur, & ubi calor remisit, feces affunduntur. Nam si calida cervisia receperit feces, dura erit, & insipida. Quare securiùs feces in dimidium hujus novæ cerevisiæ infundere, ac ubi facta ebullitio, toti affundantur. Cavendum autem ne nova hæc diu cervisia stet in vase, & refrigescat aut ante infusam fecem, siquidem acesceret. Cùm jam efferbuerit in vasis ad dimidium, refundatur in dolia, nam si diu in vasis æstuaverit, aspera erit.

27. Cùm dolia sunt claudenda cuique dolio immittatur ovum recentissimum, clariorem & durabiliorem reddit, ovum verò etiam post annum intra feces recens & bonum invenietur.

28. In Martio lunâ decrescente cocta cervisia solet esse diuturna. Et quævis coquenda priùsquam á Sole incalescant aquæ.

29. Rubea erit cervisia si lapidibus candefactis quibus coquitur pugillus farinæ siligineæ immittatur. Et hoc de cervisia Livonica.

30. Lu-

30. Lupulus circa octavam Sept. colligendus. Lupuletum in vere purgandum, & terra circummovenda.

31. Cerevisia quæ coquitur in Novilunio nusquam defecatur.

32. Cerevisiæ coctura non succedet si saponem aquæ de qua coquenda est injeceris. Si langveat cerevisia, impone radicem iridis, zingiber, nucem myristicam. Ne acescat, imponatur radix Carduibenedicti effossa in Majo, & ex hac cerevisia non potest fieri acetum. Prohibet etiam acorem manipulus foliorum fragorum injectus.

CAPUT II.

De Cellario seu Cella.

1. Non sit cellarium versùs meridiem, quia potus in eo corrumpitur ac durus efficitur. Ad Boream vel occasum est bonum dum sit in loco sano, frigido, mundo, procul ab omni fætore, stabulo, furno. Neque in illo reponantur res sordentes, allium, nec oleum oliv. ubi est vinum, quia inficiunt. Habeat fenestram ad occasum. In loco humido tam vasa quàm potus mucescit. Procul ab eo ligna secentur, quia dum tremit potus, corrumpitur.

2. Ubi

2. Ubi eſt cerviſia in cellario non inferantur ullo modo roſæ, quia aceſcit.

SUBSECTIO IV.

De Mulſi & cremati coctura.

1. Mulſum qnod in Novilunio coquitur non fit clarum.

2. Vaſa in quibus coquitur & diſtillatur crematum ſint mundiſſima. Ex horna ſiligine additâ tertiâ vel quartâ parte avenæ copioſum provenit crematum.

3. Varii ſunt modi coquendi mulſum, quidam ſic faciunt. Aqua bullit cum faſce ſtraminis avenacei & pugillo origani, quæ hyeme in locum infertur calentem, in ea mel bene movendo ſolvitur, poſtridie percolatur, & in aheno coquitur dejiciẽdo ſpumas, donec dimidium bullore conſumtum fuerit, & additur lupulus in ſacculo. Ubi ſic coctum, funditur in dolia non replendo, & permittitur venire ad tepiditatem, tum ſertâ ſtraminea fece recenti imbuta cuique dolio immittuntur ut æſtuet, teguntur dolia & ut potus ſit generoſus per dies decem ita relinqvuntur, pro debiliori dantur pauciores dies. Tunc mulſum tranſvaſatur, atque per biduum relinquitur, deinde in

alia

alia vasa transfunditur, & est factum, Si adderetur feces calenti, efficeretur durum. ne verò evaporet dum in vase fervet, nodulus cum garyophyllis & zingibere imponitur mulso. Alium modum vide in Meteoris.

SUBSECTIO V.

De Puteo.

1. Puteus sit à fimo quàm maximè remotus, sit & à domo ob inquietudinem, stet apertus ut quod crassum est exhalet. Crebro exhauriatur, ne aqua putrescat. Sit procul à latrina, quæ quidem tali sit loco quem Sol nunquam accedit, & habeat multas fenestras per quas ventus auferat fætorem.

2. Fodiendus est dum Sol in fine signi Virginis versatur, tum enim maximè solet aqua deficere, & si fuerit inventa non fallet deinceps.

3. Erasistratus apud Atheneum dicit, decipi eos qui bonitatem aquæ per pondus examinant, idque se expertum in aqua Amphiarai & Erethriæ, quarum æquale pondus, & una optima, altera pessima. Sed neque vult ex puritate inferri bonitatem, nam

nam quædam purissimæ & pessimæ sunt. Modos explorandi aquas, uti & non pauca Oeconomica, invenies in Philosophia Curiosa.

4. Cùm pro puteò locus quæritur, in aliquot locis vespere effodiatur terra, tres pedes in latum, quinque in profundum, bacillum habe de agrifolio munitum in extremitate ferro, & illo in Solis ortu concute terram, & observa sonum, si resonat terra ut res cava, certus esto de aqua. Ne verò puteus corrumpat aquam, eligenda est terra sabulosa, aut nigra, aut glarea, aut plena lapillis: Sed non cretacea, non palustris, non in qua salix crescit, aut arundo, quia talis non bonam aquam continet.

5. Si hirudines fuerint in aqua, cancri vel anguillæ immittantur, & illas conficient.

6. Salsedinem ex aqua extrahes, aquam bene calefac & farinam triticeam in nodulo immitte, ne verò aqua putrescat pone in ea aliquantùm ex spiritu vitrioli.

7. Aquæ mucrales redduntur potabiles si decoquantur cum aliquot amygdulis

amaris, deinde ſtare permittantur ut ſubſidat quod eſt metallicum.

SUBSECTIO VI.

De taberna.

1. Ut itinerantes tabernam non prætereant, omnia itinera in circum habeat accommodata: Victualia tolerabili pretio: commoditas ſit pernoctandi: quare pretium omnium inſtituendum, & in tabula quam quisque aſpicere poſſit præſcribendum, ne illud caupo pro libitu ſtatuat, ſit omnis ſecuritas à furibus & quies, munidities, ligna ſicca, vaſa neceſſaria & ſingulis ſeptimanis horum fiat reviſio.

2. Caupo nulli colono det potum pro rebus, aut non pro parata pecunia. Caveat ne dolia contrahant acetoſitatem, quocirca cùm vacua fuerint ſtatim mundet, & braxatori reddat. Habeat rationes quantum potûs & cibariorum ex aula acceperit, & ſolvat.

3. Sæpiùs à Factore exploretur cerviſia, utrum dolo cauponis non ſit corrupta. Menſuræ ſint ſignatæ.

4. Curetur ne unquam cerviſia deſit, neve ſit acida æſtate, aut hyeme non defeca-

secata. Pecunia verò Factori quibuslibet duabus septimanis numeranda: cavetur etiam ne aliunde panis, cervisia, &c. invehantur.

SUBSECTIO VII.

Modi præcavendi incendia & fures.

1. Præter illa quæ posita sunt in legibus Factoris circa ædificia, constituantur Decuriones qui intelligant quotidie quid fiat in novem domibus, præcipuè ad vagos attendendo, à quibus etiam nemo aliquid emat.

2. Cùm accenditur in camino fuligo, vel in eum è sclopo exploditur, vel desuper clauditur, vel desuper anser aquâ tinctus injicitur. Vel ab infrà optimè clauditur ne aër intret, vel supponatur vas cum aqua, in illud enim fulgio accensa delabitur.

SUBSECTIO VIII.

De textrina, lino, canabe, filatione.

CAPUT I.

De Lino.

1. Linum ubi maturuit in campo, evellendum die sereno, & sicco, deinde avellantur pectine capitella, & in pensili stra-

to diſponantur ſub tecto, quò nec ſues, nec gallinæ accedunt, ita tamen ut ventus perflet ut ſic maturentur & flacceſcant, ſi in cumulo jacerent ſuffocarentur. Linum autem ipſum ſtatim in aqua mergatur ut ad cubitum aqua ſuperemineat, nam quidquid lini extra aquam eſſet, corrumperetur: immerſio facienda ſpirante ortivo aut occiduo vento, ſub boreali fit durum linum & filationi ineptum. Sub meridiano, aut illo qui eſt inter ortum & meridiem relinquitur linum crudum & viride, remedium his flantibus immerſo eſt, expectetur ortivus vel ab occaſu, & linum in aquis commoveatur, conculcetur, & fiet molle.

2. Priusquàm linum ex aquis extrahatur, triginta circiter culmos ſimul accipe, ac digito circumvolve: Si paleam ſtatim deſerunt nervuli, & illa abit in minuta, extrahatur totum linum ex aquis, & ligetur in faſciculos, atque in ſicco ſtatuatur ut bene perfletur & areſcat, ita ne unus faſciculus alterum à vento tegat. Poſt tres circiter hebdomadas jube unum alterumve lini conteri manipulum cui ipſemet Factor non per alium attendat, ſi bene abit palea,

palea, linum colligatur & componatur ſicco die; ſi non ſatis abit palea, linum è perticis ſuſpendatur neque ultra tres hebdomadas in terra ſinatur ſtare, quia pars illius inferior putreſceret. Madidum linum non applica fornaci pro ſiccatione, quia corrumperetur.

3. Semen dicto modo ſiccatum ungulis equorum exprimitur è baccis ſuis, ſed non ſiccetur ad fornacem, madidum etiam ſervari non poteſt, quod pro ſeminatione reponendum pedibus hominum exprimitur.

4. Linum erit molle inſtar ſerici. Ponatur in aheno, & in illud radatur ſevum, alumen, & cineres cribrati, & omnia bene miſceantnr, tum aqua affundatur & omnia ſimul coquantur per dimidiam diem & ampliùs, deinde lavetur linũ in pura aqua & ad ſolem ſiccetur, ac pectatur. Vel ut vult Theopheſinum in acri lixivio quod factum ex cineribus ſalicis, coquatur. Vel ut Coller. linum bene pecte & pexum fimeto vitulorum tinge & ſic maneat per dies 4. aut 5. tandem lava.

CAPUT II.

De Cannabe, Textrina, Filatione.

1. Si canabes aut linum ſiccantur ad for-

nacem, nullo id fiat modo in pagis, ſed extra, quare domunculæ procul in campo debent eſſe ad hunc uſum. Ad quas etiam peſte afflati relegandi erunt, & ex publico alendi, & tenebuntur qui ſe afflatos ſenſerint, id ſponte & ultrò manifeſtare.

2. Totum linum & cannabes purgatæ debent reddi ponderatæ ad Præfectam aulæ circa feſtum S. Martini. Quorum ſumma, cum probatione quam poſuimus, cùm de horreo ſcriberemus, conferatur, & inſcribatur, & ad filandum diſtribuatur non nimis onerando perſonas.

3. Cannabes ſeminales ſi non poterant ante hyemem, purgentur in vere, ſed non ſiccentur in hyppocauſto.

4. Ductæ in fila cannabes pro Pentecoſte reddantur, & pro retibus ac funibus ſeponantur quæ non ſunt perfectè purgatæ.

5. Poſtquam perfectè ſunt omnia purgata, ponderentur, & diſtribuantur uxoribus colonorum ſub pondere, & fila ſub eodem recipiantur. Hæc diſtributio fiat ſub quovis pago per villicos. Probetur autem priùs in aula quantum filorum intra ſeptimanam duci poteſt. Fila Factrix à villicis repetat in præſentia alicujus fæminæ, nam etiam

in

in præſentia illius dare debebat Villicis, deinde illi à qvo linum acceperat ſub pondere reddat. Glomi filorum intra vas aliquod compingantur, & textoribus mittantur, ab illis accepta tela ita eluatur, ut impuritas abeat & antequam dealbetur, ponderetur: videatur etiam an ſit bona textura.

6. Tempore collectionis in tantos faſciculos ligetur linum & cannabis, ut ex uno poſſit eſſe manipulus purgatorum, ſic enim faciliùs de toto inibitur ratio. Imponi verò debent aquæ ante S. Bartholomæum. Seminales in Vere cannabes fæminæ in Autumno dum à Sole ſiccari poſſunt. Moduli in quibus fila convolvuntur ſint pares in omnibus prædijs, & notetur à Villico pondus. Sciatur ubi fila divendi poſſunt.

7. Cùm fila eluuntur ex 18. libris, decedunt 4. Fila cum aqua pura non cum ſaliva ducantur, quia ſic fient candidiora, neque in fuſo diu maneant, quia non ſiccantur, ſed cùm fiunt fila ſemper aliquid materiæ decedit, unde non poſſunt in eo pondere repeti fila, in quo datum linum vel cannabis.

 8. De-

8. Dealbationis optimum tempus cùm florent pomaria. Sed tela non sit in loco suffocato, & siccetur sæpiùs, neque immunda servetur.

9. Probatio fit texturæ, pars telæ texatur & videatur quantum filorum insumptum & inde fiat de reliquo conjectura.

10. Cùm tela dealbatur cavendum à pluviis quia putrefaciunt.

SECTIO IV.

De Quadrupedibus Agrariis.

AGetur Subsect. 1. De Bobus. 2. De Equis. 3. De Ovibus. 4. De Capris. 5. De Suibus. 6. De Mulis. 7. De Cane & Fele. 8. De aliquibus proprietatibus quadrupedum. 9. De Medicinis communibus omni quadrupedi.

SUBSECTIO I.

De Bobus; Hara, Vitulis, Medicinis, Lacte, &c.

CAPUT I.

De Hara Boum.

1. Fimus in parietem non jactetur quia illum putrefacit.

2. Cùm

2. Cùm hyeme pabuli eſt inopia ſtramen conciſum cum aqua calida bobus & vaccis datùr, meliùs alit quàm ſolum ſtramen.

3. Cùm aliquod animal ex hara vel ſtabulo venditur, ſciat de hoc Factor, Villicus, & Ruſtici Decuriones.

4. Jurati revideant cùm aliquid ex hara vel ſtabulo eſt mortuum, detrahatur corium, & ſpecialiter notetur.

5. Haræ ſint in declivi ut defluat humiditas, quam agger veluti piſcinam colligat. in eam ſingulis hebdomadis inutile ſtramen jactetur, ut putreſcat, fiatque pro agris fimus.

6. Sit hara humilis ut hyeme faciliùs boves calefiant ſupra tabulatum ſit bonum neqùe ex eo dependeat fænum ob periculum incendii.

CAPUT II.
De Bobus & Vaccis.

1. Unus taurus datur vaccis 50, ſed dantur paucioribus, non antiquior ſit annis 6. nec junior tribus, Vacca non junior annis duobus quæ ubi imprægnata, ſeparetur à tauris, & juvencis, propter abortum.

2. Vaccæ dum alunt vitulos providen-

dum ut puram bibant aquam, ne lac infectum præbeant, & videndum ne quis lac suffuretur.

3. Cavendum ne præsepiis illabatur pulvis, quia tussim generat, neve gallinæ discurrant per præsepe aut boum pabula, quia & pedibus lutulentis inficiunt & plumulis, quas dum boves devorant, infirmantur.

4. In madido loco bobus ungulæ corrumpuntur, proinde alternis diebus hara mundetur, & fimus quàm remotissimè auferatur. Boves timent frigus, sed æstate grata illis aura frigidior.

5. Boves pro labore emendi non nimis pingves, nam pingvedo sæpè tegit animalis vitia. Sint ejusdem Patriæ, & loco, ac pascuis faciliùs asvescent, & ab iis emantur apud quos visi in laboribus. Imò emantur ex loco egeno ubi ad penuriam asveti. Sint mediocris staturæ, juvenes, fronte crispâ, aures magnas & pilosas habeant, caudam longam bene pilis vestitam. Nulli autem mutuò dandi nisi ipse illis adfueris.

6. Vitulis qui parantur ad agrum, miscendus sal in pabulo, quos habituri socios cùm illis statuantur ut sibi asvescant, sint de bona hara, æqualis staturæ, fænum minutum edant,

edant, ſæpè manu confricentur ut fiant tractabiles, potentur bis in die, poſt unum annum caſtrentur tempore moderatè calido Lunâ deficiente, nam citiùs ſanabuntur, non accedant matres, ex hoc enim multùm paterentur. Poſtea mittantur ad paſcua, ſed calorem vitent, detur illis veſperè fænum minutum aut furfures ſed modici pro una vice. Mulceantur ſæpè & pedes eorum attrectentur attollanturque, deniq; bobus arantibus aſſocientur, ita omnia fiant lentè ne animal ſtatim frangatur

7. Ante triennium non domentur boves quia frangerentur, nec poſteriùs quia obſtinati eſſent. Cùm domantur, nec ſit lutum, nec frigus, nec pluvia, & jugum habeant leve ne atterantur. Ponantur inter binos boves cum trahendus currus, vel ſoli temoni jungantur primò, poſtea plus oneris ponatur, deinde plus, ſic agant quotidie per horam unam. Tum jungantur currui ante alios boves, nec flagellentur, neque clamoribus obruantur, ſed ſolùm leniter tangantur bacillo ne diſcant calcitrare, poſtquam verò modicum iter fecerint detur illis paſtus & potus. Cùm trahunt currum blandiendum illis porrecto

pane

pane modico aut fæno, aut granis quatuor ſalis. Quodſi adhuc ſint valdè feroces, alligentur ad palum per diem & noctem ut moveri loco non posſint, maneantque ſine cibo & potu, ut vel ſic miteſcant. Jungatur etiam juvenis cum antiquiore aſſveto ad aratrum, & aret. Quodſi abjiciat ſe in terram, ligentur illi pedes, & in loco eodem relinquatur per diem & noctem ſine cibo, & ſe ampliùs non projiciet, oportet autem illi blandiri ſemper, ſed attendere ad calces & cornua, jungatur verò jam à dextris, jam à ſiniſtris bovis ut diſcat locum utrumque.

8. Vacca habens 9. annos dum ampliùs non parit aratro jungi poteſt.

9. Stercus ſuis infirmæ facit inter boves peſtem: Opus eſt ut boves ſint in ſicco, pluma gallinæ devorata boves occidit. Non bibant citò poſt laborem, neque educantur ex hara in imbre, frigore, æſtu. Quando redeunt ex campo videndum ne ſpina alicubi pedi inhæſerit, ne jugo ſint attriti, & an comedant.

10. Ex centum vitilis vix duo tauri boni inveniuntur ait Gallus Carolus Stephanus.

11. Cùm

11. Cùm poſt S. Martinum in hara boves recluduntur diligentiſſimo cura eorum mandetur, nihilominùs attendendum quomodo illos paſcat, ne det paleas & purgamenta frugum putria, ſit pavimentum cui inſuſtunt declive ex quo defluat, ne in eo ſit glacies damnoſa bobus. Cavendum etiam ne Autumnali tempeſtate vexentur, ideoque citò recludantur.

12. Æſtate gramen ſciſſum in hortis detur bobus in meridie, neque eo tempore ad campum ducantur, quia dum Sol urit cibo abſtinent.

13. Exhibeantur Domino rationes haræ bubulæ, ut ſciat quid anno quovis acceſſerit, quid venditum, quid ad culinam datum.

14. Urticæ deſectæ priusquàm adurere incipiant, bonum dant vaccis pabulum.

15. Si boves ſtent, imò & oves, per Autumnum in luto, in vere ægrotant, opus itaque illis loco ſicco, & ſtramen novum ſemper ſubjiciatur, ut fimus augeatur.

16. Cùm noctes frigent, ſint in loco bene munito boves, item pluvio tempore ſint ſub tecto ne morbos contrahant. Nocte ſerenâ & calente poſſunt eſſe ſub dio,

tamen

tamen ſubjiciatur ſtramen ut augeatur fimus.

17. Vaccæ quæ mulgentur hunc potum habeant in meridie. Aqua omnis ex culina colligatur in qua ſunt purgata olera, & vaſa lota, in hac herbæ ante meridiem collectæ coquantur. Ex hoc potu vaccæ dabunt lac pingvius, ex quo fiet butyrum flavum, dabunt vitulos bonos, non deficient ipſæ cùm alentur ſtramine.

18. Vacca bona dat butyri vas, & caſeos 60. Tales ſunt quæ pariunt intra S. Joannem Bapt. & S. Martinum.

19. Qui nati ſunt domi vituli faciliùs educantur, ideoque pro culina præſtat adhibere vitulos extraneos.

20. Cùm gelu urget dentur bobus paleæ, ſtramen conciſum, & ultima frumenti.

21. Boves dum ad ſaginandum dantur, ſignentur, & deſcribantur quàm exactiſſimè.

22. Cum vacca taurum non admittit, detur illi devorandus ſalitus piſciculus Cobitis fluviatilis.

23. Nocet plurimùm vaccis ſi æſtate dum eſt ſummus calor ad paſcua mittantur. Aduſtum & corruptum fænum boves necat,

cat, in Autumno alantur ſtramine ſiligineo.

24. Folia olerum, & herbæ quæ intra olera naſcuntur, ſiccentur, utiles in cibo hyeme vaccis affusâ aquà tepidâ.

25. Vaccæ circa Domini adventum emaciatæ, non faciunt æſtate proventum.

26. Prolificatores ſint grandes, fortes, nutriendi ſtramine hordei, aut piſorum mixto fæno.

27. Vaccæ non ſint annis tribus antiquiores, ſint longo corpore, pedibus curtis, emantur ex loco ubi fæni egeſtas, ut apud te pingveſcant. Melior in potum illis quieta quàm de flumine aqua.

28. Quot nodos habet bos aut vacca in cornibus, tot dicitur annorum.

29. Imprægnatur vacca biennis, portat uterum à 9. ad menſem 10, parit ad annum decimum, ſed rarò gemellos. Omni anno vaccæ renoventur, vetulas & debiles vendendo, juniores ſubſtituendo.

30. Taurus in Majo, Junio, Julio, bene paſcatur quia tempus eſt ejus admisſionis, ſit rotundus, pedibus craſſis, oculo nigro. Quæ vacca alias quaſi inire tentat, gaudere vult tauro; neque eſt imprægnata, hinc multùm mugit, quia etiam eſt in flam-

flammatæ partis. Taurus ubi annos ſex exegit, caſtretur. Si dextrâ parte ligetur in vaſis producit fæmellas, & è contra juxta Ariſt. Item ſi ad dextram deſcendit, marem ſeminavit, & è contra. Si multarum gaudeat conſortio debilis evadit, & vituli debiles.

30. Vacca ſi habeat paſcua pingvia omni anno poteſt uterum acquirere, ſed in macris intra duos annos, labore confecta omnino negligit niſi priùs recluſa in ſtabulo calentibus cibis reficiatur.

31, Tempora coëundi in animalibus hæc ponit Ariſt. Oves poſt annum, Porcus poſt menſes 8, ſi verò citiùs, proles erunt debiles. Canes poſt menſes 8, & uterum gerunt circiter duobus. Equi poſt annos duos, & mas quidem perſiſtere poteſt ad annum 38, fæmina ad 40. Aſini poſt unum annum, Boves poſt unum. Inter homines vir ad 70. Mulier ad 50. ſed rarò, ſæpiùs vir ad 55. Mulier ad 45. Ovis & aries generat ad octavum annum, & ad decimum ſi bene habeat. Hircus quo magis pingvis, minùs fæcundus, Aries magis appetit vetulas oves & iſtæ meliùs pariunt. Porca cum ætate plures ac plures parit, ſed non ultra annos 15, poſt hos impingvari poteſt ad eſum. Canes ad 12.

&

& ampliùs annum. Quot verò fæmellis sufficiat mas in animalibus, colligi potest ex dono Jacobi quod ille Fratri dedit Gen. 32. scilicet capras 200. & hircos 20. Oves 200. & Arietes 20. Vaccas 40. & Tauros 20.

33. Cùm vacca à partu solùm duabus hebdomadis distat potanda aquâ calidâ, idem pari tempore fiat post partum.

34. Boves pro labore meliores qui habent mediocria cornua, & non sunt valdè pingves, color albus in bobus omnium pessimus. Servit bos 10. annis, vivit 14, aut 16, & ampliùs. Magis corrigitur blanditiis, aut inediâ quàm verberibus. In jugo sint æquales viribus & staturâ. Iuvencus si per tres dies inter duos boves laborantes jungatur, intra triduum laborare discet.

35. Siligo magis inflat bovem quàm roborat, glandes nisi decorticatæ dentur, scabiem inducunt.

36. Bovem laudant Itali, qui sit pili rubri obscuri, capitis parvi, cornuum crassorum & longorum, dentium densorum: qui habeat dorsum & ventrem latum, & nares amplas, oculos grandes alacres à se bene distantes, collum crassum, pectus la-

tum, crura craſſa & brevia, pedem amplum, ungulas altas & magis rubeas quàm albas, coſtas rotundas eandam circa dorſum craſſam, & qui caput altum tenet.

CAPUT III.
De Vitulis.

1. Vituli primogenti non ſolent eſſe vitales. Multi ante 7. hebdomadas à vaccis ſeparandi. Qui habent 7. vel 8. dentes educari poſſunt, qui 6. vel 5. raro diu vivunt, ideò ad culinam remittendi.

2. Alterius vaccæ lac vitulo non ita prodeſt ut Matris. Ubi à Matre ſeparatus, potetur aquâ tepidâ per dimidium cum lacte miſta, additâ farinâ avenaceâ, vel hordeaceâ, vel ex hageco, caveatur ſiliginea. Nullo modo vitulus collocetur cum ovibus aut agnis, quio multum ex hoc nocumenti accipit, tepidam non frigidam bibat.

3. Ubi vituli facti trimeſtres potentur aquâ tepidâ, in qua ſoluta eſt maſſa alicujus farinæ ex viliore frumento, quæ maſſa non ſit heſterna, ne fortè ſit acida.

4. Totâ æſtate vituli edant fænum, neque ad gramen emittendi niſi fortè ad

agrum

agrum ex quo ſiligo demeſſa, ſed à pratis omninò abſtineant & multò magis à primo gramine,imo & ab illo quod poſt defalcationem recrevit, ſed perſiſtant in fæno dum attigerint annum & dimidium. Ex nullis etiam aliis animalibus nati, gramen accedant ante feſtum S. Joannis, quia gramen novum vetera animalia laxat & debilitat, nova verò etiam mactat.

5. Vituli nati circa Adventum Domini ſunt durabiles. Habentes duos menſes non ſugunt niſi veſpere, vacca tamen priusquam domo exeat, itemque redux paſcitur.

6. Vituli decimo menſe anni primi dentes mutant primores, decimo verò ſextò proximos illis, in fine anni tertii omnes. Cùm ſunt in ætate bona habent dentes longos albos, æquales: poſtea nigreſcunt & fiunt inæquales.

7. Caſtrantur vituli circiter biennes in Autumno, Lunâ decreſcente, & vulnus cinere cum lytargirio inſpergitur, ſed ipsâ die nihil bibant, parum edant idque ex viridi. In Italia ſic opus id peragitur, lignis nervi quàm maximè ſtringuntur, tum aperitur ſcrotum, & fit exemptio & abciſſio,

ita tamen ut partes aliquæ relinquantur penes nervos, ſic enim minus cruoris effluet.

8. Aptior ſagenæ bos vetus quàm Juvenis.

CAPUT IV.

De lacte & lacticiniis.

1. Lac poſtquam vaccæ detractum ita ſervetur ut maneat tepidum, ſic enim diutiùs durat, frigore emaciatur, in Gallia ſtatim illud benè per coquunt miſcendo, poſtea ſervant.

2. In calido non facilè butyrum ex lacte concreſcit, ſed flavum eſt melius albo.

3. Lac concreſcit coagulo agni, leporis, capellæ, flore cardui ſylveſtris, aut benedicti, lacte ficûs aut foliis, zingibere, & illâ plumagine quæ eſt in medio cynaræ, junipero, pelliculâ gallinæ in quam intra ventrem ſuum reponit excrementa, ovis Lucii.

4. Caſei facti ponantur in loco obſcuro, frigidiuſculo, & ſale piſto conſpergantur. Si ſint valdè duri ſepeliantur in ſabulo, vel in farina hordeacea, vel inter cineres, aut operiantur foliis ſerpentariæ, quæ etiam

1 Piasek. 2 Wężownik

impe-

impediunt ne rodantur à vermibus, aut putrefcant. In Gallia in Prioratu Allanchiano præftantisfimi funt cafei, pueri illos impuberes conficiunt, neque admittuntur qui manibus funt præcalidis, ajunt enim talium fervore non planè cafeos coalefcere, fed fieri foraminofos. Cafeus è tenui liquore factus parum durat.

5. Ne cafei durefcant in cellario intra paleam vel fœnum fervantur, aut etiam intra arenam, fed crebro aceto (qui funt ovilli) irrigantur, fic etiam fiunt meliores.

6. Cafeus ovillus efficitur fiftulofus & aridus fi nimis fit falitus aut parum preffus. Non fit ex animantium lacte quæ utrinque funt dentatæ, & quæ plures quaternis mammas habent. Servantur diu cafei in acervo ciceris aut tritici.

7. Ter in diem vaccæ & oves mulgentur, & tum illis dantur decerptæ ex hortis viles herbæ, & urticæ utiliter, mulctra fint munda, per telam puram lac coletur, tectum fervetur, fed ante emulgendum vaccis ubera laventur.

8. Butyrum usque ad puram aquam ab omni fero lavetur, & bene in vafe ftipetur.

9. Caſei ne findantur in loco frigido ac ſicco ſerventur, ſæpe mucor ex eis abſtergatur ne fæteant, vel ſint pingves non omnis flos de lacte abſtrahatur, tales etiam diutiùs durant dum ſint ſaliti, maſſa lactis coacti ad moderatisſimum ignem calefiat. Facti jam caſei per triduum, aut quatriduum in ſalſa aqua retineantur.

10. Vaſa butyri in quovis prædio ſpecialiter ſignentur.

11. Vaccæ juniores, dimidio minùs dant lacticiniorum quàm ſenes. Menſuræ butyri in omnibus prædiis ſint eædem, & Factor attendat ut ubique eodem pretio caſei & butyrum vendatur.

12. Vituli non caſtrentur ante octo menſes. Cùm domantur, à fronte non ex parte illos accedat homo, ita tamen cautè ne illum cornu aut pede feriat, quod ſi illi ſucceſſerit, ſemper hoc vitio laborabit.

13. Lactis adaquati ſignum eſt. Junio acuto guttam lactis accipe ac ſuper unguem depone, ſi mox diffluxerit, indicium eſt aquæ.

14. Caſei ſervantur in lupulo ſiccato cum quo eſt cocta cerviſia.

15. Butyrum non fiet ex lacte in quod inje-

injectum eſt ſaccarum, idem efficiunt injecta folia balſami.

16. Ne vermibus caſei ſint obnoxii ponatur ſuper illos herba hypericon, ſeu perforata, vel folia betularum, vel ſuccus betularum lacti ex quo caſei fiunt affundatur.

17. Butyrum in vaſis pineis amareſcit, in quercinis magis durat. Citiùs butyrum conficitur ſi flori lactis cereviſia bulliens ſine ſale affundatur.

18. Caſeus incorruptibilis. Accipe ſex partes coaguli facti pro caſeo, duas aceti fortisſimi, unam lactis ex frondibus ficulneis, miſce omnia, fac caſeum. Vel accipe acetum optimum & mel æqualiter fac bullire, & ad 30. libras coaguli affunde ſcutelam dicti tepidi aceti & fac caſeum, & ſtatim conſperge ſale.

19. Butyrum fiet citiùs Rec. Salis lib. 4. aquæ pluviæ lib. 10. in qua ſal ad ignem ſolvatur, in unam libram lactis ex prædicta aqua addantur unc. duæ, & fiat more ſolito butyrum. Sic & melius & durabilius, & copioſius prodit.

20. Lac copioſum dant vaccæ & oves ſi ederint cytiſum, vel dyctamnus ventribus earum alligetur.

Szczodrzenie

CAPUT V.

De Morbis & Medicinis boum.

1. Vermes si habeant in ventre, detineantur à potu per duas dies, deinde illis aqua in qua sit tantundem olei oliv. detur in loco obscuro ne oleum videant, omnes vermes egerent.

2. Si mordeantur ab insecto, locus vino albo abluatur, & pili in loco læso abradantur, tum Rec. Urticam, Calamanticæ Italicæ, mentæ longæ, vitiolam, & ablue locum harum decocto, valet & pro equo.

3. Spina vel aliquid ejusmodi si corpori sit infixum, capita lacertarum contusa applicentur. Etiam pro equis valet.

4. Lunaticum animal deferat in corpore ramum sambuci, & liberabitur. Vel bibat decoctionem è sambuco, & aqua graminis.

5. Pro bestiis infirmis opus habere locum separatum bene munitum cum bono pabulo.

6. Si amiserit bos appetitum ad cibos, lingva ejus & palatum fricetur sale & aceto.

7. Si debilis est, omni mense exhibeatur illi

illi vitia cum aqua, ſed ne quid mali accidat, fricentur cornua cum terebinthinâ ſolutâ in oleo oliv. Sed non deſcendatur ad caput, vel os, quia oleum excæcat.

8. Vomitus & cordis palpitatio ſanatur, ſi os perfricetur allio. Tali morbo affectus bos ſtare neſcit loco.

9 Dyſſenteria ſiſtitur ſi dentur gallæ cum caſeo vetere in cerviſia item vetere, & ſi nihil juvet, cauterium fiat in media fronte.

10. Si ſalivet, nec ruminet, & maneat triſtis. Cæpam Sylveſtrem, hoc eſt, ſcyllam concide tenuiter, tantundem adde ex radicibus melonum, ſalem craſſum immiſce addito bono vino, & ex hoc quotidie bibat poculum.

11 Ut pingveſcat ad laborem, omni octavo die os ipſius ejuſdem urinâ eluatur, ſic phlegma educetur.

12. Cùm inflantur oculi, detrahatur ſangvis ſub lingva, & infundatur ſuccus appii, porri, ſavinæ.

13. Caro ſi excreſcat ſub lingva, excindatur, & locus fricetur ſale cum allio, & ſi vermes exciderint, extrahantur.

14. Ab omni malo præſervat boves ſex

olei oliv. quæ manet in torculari poſt expresſionem.

15. Febris boum eſt cùm ardent, tunc ſangvis educatur ex vena frontis vel aurium, & dentur in cibo quæ refrigerant.

16. Suſpirabundo bovi ob inflationem palati, ſangvis ex vena palati educatur, & allium contuſum detur cum fœno, neque aliud pabulum donec ſanetur.

17. Cùm tuſſit, bibat decoctionem hyſſopi, & potum contuſum cum puro frumento edat. Vel per dies 7. bibat decoctionem artemiſiæ. Bylica

18. Sangviſugam ſi biberit quæ in gutture maneat, bibat oleum oliv. quodſi ſit in ſtomacho, acetum bovi propinetur.

19. Morſui venenato. Locus lavetur ſmegmate & aceto, & decocto lappæ.

20. Scabies, ungitur allio contuſo cum ſatureia, ſulfure, aceto, & gallâ, ſucco calaminthæ vel marrhobii, & axungiâ.

21. Ulcera, priùs maturentur Scyllâ cum aceto, poſtea ſcindantur, & ejuſdem bovis urinâ calidâ abluantur, & imponatur pix, ac demum filamenta tincta ſebo.

22. Oculi inflati abluuntur mulſo cum fa-

1 Czabr. 2 Galas. 3 Lebiotka. 4 Smalec

rina

rina ſiliginis. Lacrymoſis oculis imponitur emplaſtrum ex farina ſiliginis cum aqua.

23. Pediculos tolles bovi, ſi ſuſtuleris veſiculas ſub lingva.

24. Pulmonis malo medetur radix avellanæ auribus impoſita, & ſuccus porri cum vino detur in potu.

25. Si bos claudicet ob ſcapula. Sangvis ducatur è venâ pedis poſterioris oppoſiti.

26. Si cutis oſſi adhæreat, foveatur vino mixto cum oleo oliv.

27. Si pedes infrigidavit, balneet illos in propria urina vetere tepefacta. Si claudicatio acciderit ex copioſo ſangvine, fiat fricatio fortis, & ſcarificatio, ſi verò id non ſufficiat ſçindatur cornu pedis extremitus ad vivum, & calcietur ne aqua accedat.

28. Si genu infletur, fomentetur aceto calido, vel decoctione millii & ſeminis lini, & fiat cauterium in loco affecto, butyro recenti bene loto in aceto & aqua, ungatur. Denique applicetur butyrum ſalitum cum ſevo capræ.

29. Si Bos ſit percuſſus. Locus abluatur urinâ calidâ & ungatur adipe veteri mixto cum oleo & pice.

30. Ne

30. Ne claudicet bos, dum redit à labore, aquâ frigidâ pedes illi abluantur, & axungiâ vetere ungatur.

31. Si cornua offensa habeat, foveantur aceto, sale, oleo oliv. & applicetur axungia vetus cum pice.

SUBSECTIO VI.

De Morbis per singula membra Boum, & eorum remediis, ex Italico.

1. Cornibus duo solent accidere mala. 1. Franguntur. Remedium. Rec. unc. 6. terpentinæ, unam gummi arabici, bulliant simul. Accipe jam cornu fractum & suo loco repone implendo prædicto ungvento, & ita sit per dies 10, postea duorum ovorum albumina pone supra stuppam aspergendo bolo armeno, & applica, sitque per triduum, tum remove stuppam & asperge cornu salviâ trita & sanabitur. 2. Luxantur. Primò in suum locum restituatur cornu. Rec. Minium, terpentinam, mel, bolum armenum. Coquantur simul, & unge circa caput cornu, relinquendo foramen pro effluxu puris, post triduum coque salviam cum vino & ablue sæpé cornua.

2. Collo accidunt morbi quinque. 1. Inflatur.

flatur. Remedium. Aduratur locus tumidus, ferro & in vulnus mittatur panis porcinus, quodsi non profuerit, impone radicem urticæ aliquoties mutando. 2. Expilatur. Rec. Picem liquidam, medullam de costis bovis, sævum hirci, axungiam porci, oleum abezzi, sing. partes æquales, & fiat ungventum. 3. Occiput expilatur. Rec. Mellis unc. 6. masticheś contritæ unc. 4. coquantur simul & fiat unctio. 4. Occiput indurescit. Rec. Butyrum, oleum oliv. bonum, lardum, ceram novam, liquefac omnia simul, ungatur locus, & bos interim sit otiosus. 5. Occiput tumescit Rec. Radices ænulæ, coque optimè & cum porci adipe contere, tum adjunge vervecis aut hirci sevum, vel crudum, thus contusum, & ceram novam, fiat ungventum quo ter de die locus ungatur.

3. Dorsi ossibus aut costis pellis adhæret. Recip. Origanum & cum aqua coque, hanc aquam misce cum vino & oleo, & in loco calido his lavetur. Postea tartarum cum adipe porci misce, & unge.

4. Ventris dolorem si patiatur, quamprimum theriacam vino solutam illi propina. Et in nares sequenti mane rutam con-

tuſam immitte, & quieſcat per dies 7. cibo modico contentus, ſit in loco ſicco. Vel Rec. 4. unc. terpentinæ cum pauco ſale deglutiat.

5. Sub extremitate ſpinæ tres morbi accidunt. I. Inteſtinum læditur. Remedium. Quàm profundiſſimè immittatur uncia terpentinæ. Et quarto die ungatur axungià porci. 2. Fluxus accidit ex comeſtione novi graminis. Non comedat herbas unâ die, poſtea dentur illi folia oleaſtri, aut arundinum ſylveſtrium, tandem detur ſemen myrthi, & ante hoc per triduum nihil bibat, & poſt item per triduum modicè. Vel comedat origanum recens immaturum & abrotanum, ſingulorum libram, & poſtea bibat aquam, ac folia lauri comedat. 3. Conſtipatur. Rec. Terræ unc. 2, aloës hepaticæ unc. unam. Contere, & da mane cum aqua tepida.

6. Scapulæ dum excidunt, reducendæ in ſuum locum & ungendus porci adipe.

7. Crus è genu excidit. Trahatur fune ut ad ſuum locum recurrat, poſtea ſtuppam albumine ovi unge, & contuſum bolum armenum inſperge, & ſangvinem draconis, atque locum bene alliga. deinde

lin-

linteum intinge vino ut nervi conforten-tur, & pedem involve, præterea Rec. Ter-pentinæ unciam cum parte æquale butyri & oleo oliv. & totum pedem pro confor-tatione unge.

8. Pedi ſupra calcem tria ſolent evenire. 1. Tumeſcit. Rec. Folia ſambuci cum adi-pe porci contunde & fiat emplaſtrum. 2. Luxatur. Rec. Radices Malvaviſci, bona-viſci, malvæ, coquantur optimè in aqua, tum affundantur tres menſuræ vini. Addi-tâ unâ librâ axungiæ, & coquatur ut a-xungia liqueſcat, addatur ſemen lini con-tuſum & rursùs coquatur ad vini conſum-ptionem, applicetur hæc maſſa quotidie nova per triduum. Apud nos in Polonia loco vini poteſt adhiberi ad has medicinas acetum. 3. Percuſſio ſit. Rec. Mel, adipem porci, ſiliginem, coque ſimul in vino albo, & fac emplaſtrum, quòd triduò retineat.

9. Ungula quatuor morbos patitur. 1. In-figitur aliquid. Tum abſcindatur ungula, Deinde Rec. Coque terpentinam cum oleo oliv. & vulneri infunde: deinde mellis ali-quid cum adipe porci ſolve & applica cum pilis bovis, atque alliga. 2. Ungula deci-dit. Rec. Ceræ novæ unc. 1. mellis tantun-dem,

dem & terpentinæ, hoc ungventum per dies 15. applica. Poſtea aloën hepaticam, mel roſarum, Alumen rocca, ex ſing. unc. dimidiam, ſed priùs vino bono tepido pedem ablue. 3. Ungula ſecatur ferro vel ſaxo. Rec. Excindatur ungula ad vivum, poſtea fiat ungventum ex veteri adipe porci & hirci, admiſcendo lanam immundam, & immitte calida omnia in vulnus. 4. Ungula decedit. Medere primò ungvento, quod poſitum ad ungulam delapſam. Poſtquam verò ſanata, accipe tres menſuras aceti, & calcem vivam, & mellis unc. 7, & coque, atque his per triduum quotidie ter pedem ablue.

10. In vaſis urinariis ſeptem modis bos affligitur. 1. Mittit ſangvinem, dicunt periti, ſi bos ex hoc malo non ſanetur intra 24. horas, quod ſit inſanabilis, ſi verò curetur, ſaltem per menſem debet quieſcere. Rec. Agrimoniam coque in vino ut quarta pars vini evaporet, poſtea plantago detur illi cum fœno. 2. Emittit ſaniem. Rec. Ænulam, & pomum medicum, atque ſimul miſce: adde oleum oliv. & acetum, & fac emplaſtrum. 3. Canalis tumeſcit, lavetur aquâ, & ex vitriolo fac emplaſtrum. 4. Diffici-

ficilè reddit urinam. Rec. Succum plantaginis. dimidiam libram olei, & mellis tantundem, vini aliquid, coque. Bibat manè per triduum. Tum vena secetur vesiculis & quiescat octo diebus 5. Calculus hæret in canali, scindatur canalis, & eximatur calculus, post dies quinque vulnus consuatur & terpentinâ quater lotâ unge. 6. Lapis in vesica. Rec. unc 2. millii marini contusi, quintam partem unciæ garyophyllorum, & tertiam piperis tusi, in vino nigro tepido detur sæpiùs bibendum bovi. 7. Induratio fit canalis. Rec. Altheæ radices, lava, resicca, contere, coque ut tertia pars decedat, post adde butyrum, & fiat ungventum, sed diebus novem quiescat.

11. Scapula suo loco lapsa, reducatur, & & adipe porci ungatur.

12. Gutturi bovis accidunt septem. 1. Bibit sanguisugam, si hæret prope in ore, plumâ oleo oliv. tinctâ tangatur, vel perfundatur, cadet. Si profundiùs, fiat fumus de cimicibus ustis qui ad locum pertingat, vel oleum oliv. in os fundatur. Si sit sanguisuga in ventre, oleum cum aceto bibat. 2. Dum verrucæ in gutture excrescunt, obscindantur, & axungiâ perungantur.

tur. 3. Dum ſuffocatur, procuretur vomitus. 4. Si palatum tumeſcat, ferro aperiatur ut effluat ſanies, & dentur illi in cibo folia tenera. 5. Os intumeſcit, aperiatur locus & ſale fricetur & oleo. 6. Lingva ſcinditur. Rec. Unciam dimidiam aloës, & tantundem aluminis rocca, ungatur iſtis lingva bis, & poſt lavetur vino tepido in quo cocta ſalvia. 7. Nauſeam cibi habet. Rec. Ova cruda & bene concute atq́; cum melle miſce, & bibat. Pabulo verò ſal infundatur, aut marrubium concuſſum cum oleo & vino, aut ruta, bibat. Poſt hæc ſalviam & apium concuſſa bibat cum vino.

13. Oculorum vitia bos incurrit quinq́;. 1. Nebulam. Rec. Oſſa ſepiarum in pulverem redacta inſufflentur oculo. 2. Oculus tumeſcit. Rec. Farinam tritici cum melle, & applica. 3. Albugo in oculo. Rec. Salem, gummi, cum melle miſce & maſtiche, & ſæpiùs applica. 4. Puſtulæ in palpebris. Rec. Fel & tinge puſtulam & ubi detumuit, aperi & felle cum aceto & aloë coctis tinge. 5. Lachrymatur. Rec. Tutiam cum vitro ſubtilisſimè contuſam, & in oculum inſletur.

14. Ca-

14. Caput Bovis duo mala invadunt. 1. Infirmitas. Rec. allium contuſum cum aceto & infunde naribus. 2. Cum caput præ dolore ad terram dimittit, & ſæpe ad caudam revolvit, aperiatur vena in capite, & coquatur triticum donec rumpatur, affundatur aliquid vini, & hoc totum poſitum in vaſe ſacco immittatur, atque ita capiti alligetur, ut fumus oppleat caput. Tum ſumatur elleborum tritum, & infletur naribus, ſi non ſternutet, eſt periculoſus bos.

15. Ulcus ſub gutture, aperiatur, & vulneri imponatur radix panis porcini, vel pulmonariæ, vel ſcabioſæ, maneatque per dies tres, ut effluat ſanies.

16. Cùm bos patitur peſtem, erigit pilos, ſtat triſtis, caput demittit, fixè aſpicit, multam ſaniem per os demittit. Rec. Unc. 15. ſquillæ, bene concide radicum apii lotarum & contuſarum lib. 3. ſalis. lib. 3. triti, & ſeptem menſuras vini, totum coque ſimul, & unam menſuram tepefactam bibat bos manè.

17. Bos inflammatus, accidit, quia aut refrigeratus, aut fatigatus. Ova 12. cum modico aromatum, contunde & ſucco

ſempervivæ, additis duobus poculis olei ſpicæ, & bibat per tres dies ante ſolis ortum.

18. Bufones ex hara fugantur ſi in vasculo ibidem ponatur pix cum oleopiſſa.

CAPUT VII.

Continuatio de morbis boum, & remediis.

1. Ungula ſi bovi decidit. Rec. Unc. 6. terpentinæ, unc. 1. gummi Arabici, coque ſimul, & iſti maſſæ quæ decidit immerge ungulam, atque pedi impone, ac bene alliga, & bos per decem dies ita alligetur ne ungulam attingat, tum ſublatis à pede bovis involucris applica ſtuppam cum albumine ovi & inſperge contuſo bolo armeno, atque ſic appone per tres dies, demum his omnibus abjectis inſperge pulverem ſalviæ, & ſanabitur.

2. Si collum tumeſcat in loco jugi. Rec. Radices ænulæ bene coctas, adde pingvedinem porci vervecis, & mel, thus contuſum, ceram novam & fac emplaſtrum quod ter de die applica.

3. Si induretur collum bovis inſtar ſaxi. Rec. Butyrum, oleum, lardum, ceram novam

novam ſub eodem pondere & fac ungventum, & unge ſæpè. Ut verò in eo loco pili naſcantur, adure jugum. Vel Rec. Mellis unc. 6. Maſtiches tritæ unc. 4. coque ſimul, & locum unge.

4. Si collum inflectur, adure locum, & applica panem porcinum, vel radicem urticæ.

5. Cùm bos demittit caput, & ſæpè versùs caudam jactat, Venam illi in capite aperi, deinde triticum in aqua coque donec rumpatur, tum abjecto tritico in ſaccum, modicum affunde vini, & ſacco involve caput bovis ut vaporem hauriat, & hoc iteretur.

6. Verrucas palpebrarum felle unge, & tumeſcent, tum ſcindantur; & felle, aceto, aloë ſimul coctis ungantur.

7. Oculus bovis ſi tumeſcat, Farinam tritici miſce cum melle, & fac emplaſtrum.

8 Bos ſi cibos nauſeet. Ova cruda bene contunde, ac miſce cum melle, & bovis gutturi injici, ac pabulum ſale inſperge. Vel accipe marrubium bene contuſum mixtum oleo & vino, ac gutturi injice.

9. Lingva ſi ſubtus rumpatur. Rec. Aloës unciam ſemis, & tantundem alumi-

nis rocca, & mellis roſati, ac miſce, & locum quotidie bis unge, ac demum vino ablue tepido cui ſalvia incocta.

10. Bucca ſi inſletur, tumorem ſcinde, & vulnus frica ſale ac oleo oliv. donec tota ſanies exeat, tum bovem herbis bonis tracta.

11. Si tumeat palatum, ſcinde ut ſanies effluat, deinde molli pabulo alatur.

12. Tonſillæ boum ſetaceo tincto adipe fricentur donec malum exeat, tum ungatur plaga axungiâ, atque intra illam ponatur herba pulmonaria.

13. Si contrahatur virga, althea bene lavetur & ſiccetur; deinde contundatur, & coquatur donec pars tertia exhalârit, & in corporetur cum butyro, ac locus ungatur bis de die, & bos diebus quieſcat decem.

14. Si mingat bos ſanguinem. Succus plantaginis miſceatur cum poculo aceti optimi addito pugillo cucurbitæ ſylveſtris pulverizatæ & fæcis vini parte æquali & amphorâ vernaciæ, ac ovis bene contuſis, miſceanturq; ſimul & per cornu in buccam infundantur, ſi intra 24. horas non ſanetur, periculoſus eſt.

15. Vul-

15. Vulnerata ungula, exſcindatur ad vivum, tum Rec. Adipem antiquum porci, & hirci, & vervecis, & his lanam imbue quam ure ſupra vulnus ferro candenti, ut ſtillet in vulnus.

16. Ad vulnus tibiæ, axungiam porci cum furfure coque in albo vino, & fac emplaſtrum.

17. Si pes tumeat. Sicca folia ſambuci contere cum axungia porci, & fac emplaſtrum.

18. Oſſa rupta nunquam ſanantur. Mactetur.

19. Pro dolore ventris, theriacam vino dilutam injice in guttur, & poſteà cura venas lingvæ & narium aperiri. Die ſequenti manipulum nepitæ & ruthæ coque in vino, & ubi refrixit da potandum, & ſic fiat per tres dies, & bos per octo dies quieſcat in ſicco ſtramine: Vel unc. 4. terpentinæ fac ut cum ſale deglutiat.

20. Si pellis laterum detrita, coque origanum cum aqua, poſtea adde vinum & oleum oliv. & bos ſtet in loco calido, & cum iſta aqua contra pilum fricetur. Quo facto Rec. Tartarum, adipem porci, miſce, & iſto ungvento tepefacto unge ſæpiùs.

21. Si calore vel frigore ſit læſus, torreantur 12. ova minutim conciſa & miſceantur cum modico ſempervivi ſuco addito vino miſto cum ſpica, & ſic bibat.

22. Dyſſenteria accidit ex labore nimio, frigore, aut calore vel etiam dum poſt longum otium ſtatim ad gravem laborem aſſumitur. Per triduum non bibat pro remedio, nec edat niſi folia arundinis, aut ſemen myrthi.

23. Oportet autem loco præſervantis medicinæ curare ut præſepè ſit mundum ſemper. Nocet ſtabulum calidum. Utilisſimum autem, ſi, priuſquàm ſtabulum intrent, pedes abluantur.

24. Si boves currant æſtate, febrim acquirunt.

25. Quod ſus ægra egerit, hoc peſtem creat bobus, Peſtis bubula habet plures ſpecies: aliquando humor per os & nares effluit: aliquando hæ partes ſiccantur. Aliquando ſubit articulos & boves claudos facit, aliàs renes intrat, & lumbi dolent: in alia peſte tubercula uno loco pereunt altero oriuntur. Nonniſi quàm minutæ cicatrices inſtar lenticulæ apparent in corio. Eſt peſtis & maniaca, in qua omnes ſenſus bovi

bovi ligantur. Omnes hæ pestes contagiosæ. Remedium. Panacis & eryngii radices seminibus fæniculi immiscendæ & cum defruti ac tritici farina ferventi aquâ conspergendæ, & ut comedat exhibendæ.

26. Omni pecori medicina est radix consiliginis, illam bovis paleari perforato subulâ impone, equi autem pectori, suis atq; ovis auriculæ infige , hæc attrahit ad se totum malum, neque ipsa excidit nisi virus collegerit quod cum illa effluit. Suffire juvat allium, semen coriandri, origanum sulfur, bove contecto ut fumo involvatur.

27. Cruditatem cùm bos patitur, venter sonat, cibi est fastidium neq; ruminat, neq; se lingvâ detergit, tum Rec. Duos congios aquæ calidæ & 30. caules brassicæ semicoctæ hos edat cum aceto,& illâ die omni alio cibo abstineat. Si verò bos negligatur, venter inflabitur, nec stare poterit nec cibum capere, & gemet. Remedium. Proximam corpori partem caudæ fortissimè liga , & vini sextarium cum olei hemina gutturi infunde & age ut currat passus 1500. Si tamen dolor manserit, ungulæ circumsecandæ erunt,& fimus ex bove manu parva unctâ extrahendus, & ad cursum cogendus.

28. Lupus morbus eſt cùm in caudæ extremitate oſſiculum ſe exerit, hoc ſecandum eſt, & vulnus ſale & fuligine opplendum ac ligandum.

29. Tormina ventris cùm cruenta ac mucoſa profluunt, ſanantur abſtinentiâ à cibo unâ die, à potu triduo.

30. Scabies curatur affrictu allii. Sanguinis profluvium ex vulnere cujuſque animalis ſiſtitur, ejuſdem applicato excremento.

31. Omnes morbos ab animalibus repellit radix ſcyllæ, aut populi cum ſale præbita in potu per dies 14. initio veris.

32. Pulmonarium vitium oritur ex eſu malarum herbarum, inficit vehementer boves. Itaque æger ab aliis removeatur; & ubi ſteti, abluatur præſepe aquâ calidâ, hara ſuffumigetur herbis odoratis. Incurrit etiam bos hoc malum ſi ſteterit ſupra urinam equorum.

33. Si vacca utrinque intra os verrucas habuerit, exſcindantur decreſcente Lunâ, alioqui morietur.

34. Morbidus eſt bos, qui fœno aut paleâ objectâ abſtinet.

SUB-

SUBSECTIO II.

De Equis, Stabulo, Morbis &c.

CAPUT I.

De Stabulo.

1. Stabulum debet vicinum domui esse ut crebrò Dominus possit accedere. Sit in terra sicca, aura libera, procul à sordibus. Sit prope aquam puram, illimem, fluentem.

2. Divisio sit inter equos ne secum pugnent. Extendere equum funibus magis reddit furiosum. Et pedes lædit, & quasi in tortura tenetur, de qua dum evadit magis insolescit. Divisio sit inter equos lata passus tres, longa quinque. Pons sub equis sit è minuto lapide. Sed in nostris regionibus ob frigus utilior ligneus, tabulæ verò non in longum ponantur sed in transversum. Sit versùs caput equorum elevatum ut defluat. In tabulis positis in longum equi lubricant, Quodsi ex utraque parte stabuli sint equi, in medio sit spatium passuum octo, per quod transeat canalis qui spurcitias excipiat.

3. Postquam suum pastum equus absumpsit, capite versùs stabulum obvertatur ita

ut

ut elevet caput utrinq; ſuſtentabit funibus. Sic enim aſpiciet equos & homines, & fiet mitior, frænos patietur, damna non faciet, collum diſcet erigere.

4. Nunquam ad præſepè alligetur ſed ſuprà, ſtabula verò magna habeant portas quatuor ſibi oppoſitas, ob faciliorem eventilationem, & equorum eductionem.

5. In tabulato ſupra equos nemo dormiat. Sint cameræ in quibus ſerventur illa quæ ſpectant ad equos: Sint camini pro aquæ calefactione, imò meliùs ubi copia lignorum ſuppetit, ut & aurigæ non in hyppocauſtis ſed in caminis calorem quærant. Sic enim & ignaviam & ſomnum evitabunt.

6. Sit prope ſtabulum locus tectus in quo equi poſſint exerceri tempore pluvio, imò & purgari, & ſoleari: ideoque annulos habeat pro alligatione equorum. Sit Faber in proximo qui equos viſitet quotidie, attendendo ne fortè aliquis infirmetur.

7. Cavendum ne ullæ aves domeſticæ intrent ſtabulum vel fænum, quia & plumæ & ſtercora illarum equis nocent plurimùm. In medio ſtabuli luceant veſpere aliquot lucernæ clauſæ, neque alius ignis inferatur

Fœnum

Fœnum antequam equis proponatur, bene revideatur ne insint plumæ, aut aliquæ sordes aut pulveres.

8. Sub eodem modio danda avena Præfecto stabuli, sub quo ille dat ad stabulum.

9. Porcus non approximet stabulo, quia ejus ægri excrementum generat in equis pestem, & vermes.

10. Equis utile ut stent loco duro, sed ut jaceant molle stramen subjiciatur. Bubulum stercus plantas juvat, & fricatio tibiarum stramine, descendendo.

CAPUT II.

De Indole Equorum.

1. Formosus censetur equus, qui habet caput parvum, aures parvas & acutas, nares apertas, oculos magnos, crispam jubam & caudam, pectus latum, voracitas etiam laus est equi.

2. Tutius est equum, & aliud animal emere macrum quàm impinguatum, quia pingvedo abscondit vitia.

3. Equus est bonus cui dura ungula, solida, subtus concava. Crura si habeat carne ac venis crassa, in itineribus equus claudicat, & crura inflantur. Grandes ac flacci-

flaccidæ aures notant equum ſegnem: qui libenter præcedit eſt audax. Quò quis acrior eò profundiùs dum bibit os immergit, optimus ille qui in paſcuis certat curſu cum æqualibus.

4. In omni colore & ignavi & generoſi reperiuntur? Commendabiles, qui in fronte veluti ſtellam aut altero pede pauxillum albedinis aſperſum habent. Prorſus nigri ſine ulla varietate vitari ſolent.

5. Equus eſt ex ſe calidæ complexionis, ideò refrigerio eget, id illi affert avena. Qui ex toto ſunt albi, nullius momenti, ſi tamen ſub pilo albo nigram pellem habeat, optimus eſt. Sturninus quamdiu juvenis, tam diu bonus, poſtea pigreſcit. Colore otidis, debilis. Canus cum maculis nigris inſtar pomorum bonus. Canus cum maculis nigris inſtar hageci, non damnatur, eſt longævus, ſi rubræ fuerint maculæ eſt pertinax. Canus pilus cum coracino mixtus, eſt nota boni. Claro-caſtaneus, pesſimus. Caſtaneo ſpadix, bonus & docilis. Aurei coloris cum auribus & pedibus nigricantibus bonus. Spadiceus facilè docetur, & facile omnium obliviſcitur ſi ſit clari coloris: ſi verò obſcurioris, melior, & hæc communiter.

6. Su-

6. Sudor equi eſt venenatus. Saliva aut lac cum melle prodeſt contra hydropem. Corium non læditur ab aquis quod eſt unctum eqvi adipe.

7. Dentes equus habet 40. ex illis quatuor menſe 30. mutantur, duo ſupra, duo infra. cùm incipiunt quartum annum agere rejiciunt ſupernè ac infernè duos ab utraque parte, inchoato quinto anno rejiciunt reliquos ſuperiores ac inferiores, & eos qui naſcuntur cavos habent. Annum ſextum equo ingreſſo primorum dentium cavitates explentur. Septimo expletos habet, & jam non ampliùs indicium ex dentibus ſumi poteſt, quocirca aliqui jam è juncturis caudæ judicant. Hæc ex Ariſt. & Plin. Canini aliis decidunt initio quarti, aliis in fine aliis in quinto prout equus in æſtate vel autumno natus, Quò magis equus ſenuit, dentes habet attritos & flavos. In anno 12. dentibus, per totos, ineſt nigredo inſtar cariei. Senibus frons rugatur, foſſæ fiunt ſupra oculos, genæ profluunt, caput demittitur, collum craſſeſcit, ungula fit ſcabra ac inæqualis, oculi retrocedunt ac minuuntur, pilus mutatur, pedes trahuntur. Cutim in gena ſi elevâris & illa non ſtatim re-

redierit, ſenem equum notat. Et hoc in quovis animali, provectioribus etiam ſupercilia caneſcunt, dentes prominent. Dentes molares ſunt 24. canini 4. inciſores 12.

8. Equus ſanus nullos habet nodos in corpore à faucibus ad pedes primos procedendo: habet breves & piloſas aures, caput ſiccum, viſum acutum, corpus durum, profundam ungulam, album ventrem, dorſum latum, pectus pingve, ſiccos pedes, craſſum collum.

9. Laborioſus eſt equus qui totus coracinus, aut albus, lentiginoſus admixto pilo albo, celer, & bonus. Ex albo maculis nigris diſtinctus, eſt difficilis conſcenſu. Ex nigro lentiginoſus cum modica albedine admixta, non patitur aſcendi, & in curſu durus. Immittatur manus ori equino profundè invenientur duo oſſicula ſibi oppoſita, ſi inferius eſt ſubtile equus non eſt aptus ut impingvetur: Si oſſicula æqualia ſunt pingveſcet. Jubam magnam & duram habens citò pingveſcit. Qui cauda anguſtus, laborioſus eſt & pingvis. Humeros latos habens eſt oris duri, neque admittit frænum. anguſtus inter oculos, proripit ſe, difficilè

tene-

tenetur, eſt duræ carnis. Anguſtus inter aures & oſſa acuta ibi habens, velox: obtuſa habens, piger. Acutus auribus promptior eſt quàm qui longis & pendulis. Longi & tenuis colli, plenorum laterum, velox. Qui poſteriores pedes movet ut vacca, ſaltat, currit. Debilis corporis ſignum, cùm ipſi retrò corpus dependet, talis non impingvatur. Qui cùm ſtat in ſtabulo priores pedes inclinat ac ſi vellet ſedere, velox. Denſos habens pilos in pedibus, qui concreſcunt ſupra talos, laborioſus, ſed ad curſum non valet. Longas ungulas ſed non profundas habens, & poſteriores altiores, velox, ſaltat. Qui oculos profundos & aures dejectas habet, eſt piger magnarum narium, & oculorum, audax. Qui per caudam tractus fortiter illam retrahit, bonus, ſed tardus. Equus profundorum oculorum, brevis colli, durè portat ſeſſorem.

10. Equi nati in Auguſto volutant ſe in pulvere & in aqvis, adeòque in itineribus ſunt periculoſi.

11. Qui aures retrorſum projectas ſemper tenet communiter eſt ſurdus, & qui in præſentia equorum non hinnit, ſolet eſſe

 mutus

mutus. Cardan. Quò profundiùs nares immittit in aquam dum bibit, eò est generosior. Mizalæ.

CAPUT III.

De Cura Equorum.

1. Equi dum pro itinere parantur, bene mundentur: dum in hospitiis ad præsepe collocandi, priùs lavetur præsepe, ne fuerit ab aliquo morbido equo infectum. Videatur ne intra pabulum sit araneus mortuus, aut pluma. Cùm eluuntur equo pedes, non relinquantur madidi, quia sic incurret morbos, ideò, & postquam potatus in flumine, abstergantur. Soleis attendatur ne subintraverit lapillus. Si pedes equo ardeant ovum ruptum applicetur & cineres calidi inspergantur: vel stercore vaccino cum ovo prædicto ungantur. Si oleo oliv. calido ungulâ perungatur, fiet nigra, lucida, minimè friabilis. Omnem etiam tollit pedis ardorem stercus equi benè lotum & cum albumine ovi applicatum. Non bibat aquam frigidam, neq; cibus detur equo fatigato, in

aquam

aquam quâ potandus imponatur æſtate manipulus fæni, hyeme lapis candens. Cavendum ne bibant aquas mortuas, quia ex his infirmantur, neque comedant herbas ferulas quia ſtatim moriuntur.

2. Præſervat equos à morbis ſi annis ſingulis aliquid ſangvinis ex collo detrahatur.

3. Fricare equum ſæpè plùs prodeſt quàm cibum largiſſimum dare. Si equus in campo nimis brevi gramine paſcatur, citò dentes atterit. Purgare equos juvat pomis conciſis intra pabulum oblatis. Prodeſt ſanitati miſcere ad avenam conciſum ſtramen. Aliqui ut habiliores ad frænandum reddant equos, præſepe in terram ponunt. Pabulum non ſimul totum ſed per partes præbendum quinquies in diem: ſed nunquam detur ſudanti ex labore, ſed tunc tegatur ac lentè circumducatur ut paulatim refrigeſcat.

4. Potandi bis in die, turbidam amant aquam, hyeme ſufficit ſemel, ſed priùs extergendus equus, & in aquam ad genua deducendus ſi eſt macer: pingvis poteſt immitti profundiùs, ſed non ut venter tingatur ac ea quæ ſub ventre, aqua exſiccat cru-

ra. Reductis ab aqua detergenda sunt crura stramine, quia si essent madida à fumo stabuli inflamarentur. Abluere illos aquâ in qua solutum sal, & fricare, excitat appetitum.

5. Neque hyeme, neque æstate fatigandi sunt immodicè equi: lassis crura abstergenda, mundum stramen supponendum; & post sudorem, si æstus sit, poscâ: si hyems, muriâ, vel simili os abluendum. Vel vinum cum oleo frigida æstate faucibus infundantur, hyeme tepidâ. Vini potu roboratur equus. Si diu steterit non statim urgendus ad magnum cursum. Multùm prodest si se volutet, & in hunc usum sit locus ante stabulum.

6. In itinere ne urinam detineat, post singulas horas tantillùm subsistat, & si potest fieri, faciendum id est extra viam, aut in fimeto ovili.

7. Post iter equo diligenter pedes mundandi, ne aliquid luti subsit, & unum ovum aut alterum plantis succutiendum, tibiæ cervisiâ calidâ fovendæ: Vel urinâ aut fæce vini pedes abluendi.

8. In ipso meridie æstate non potandi, nam aqua Sole est accensa. Pascantur non

in

in ſiccis ſed humidis locis, neque inter arbuſta, quia ibi herbæ duræ.

9. Equus debilis non inducatur in aquam niſi ventre tenus, quia fiet debilior.

10. In via inter laborem non bibant, maximè in calore: & ubi devenerunt ad ſtabulum priùs mundentur, nec ſtatim detur cibus. Tum fænum edant, poſtea bibant interruptim, deinde avena à pulveribus euentilata detur. Sic demum mundicies, & locus neque nimis ſiccus, neq; humidus.

CAPUT IV.

De Equorum inſtitutione & tinctura.

1. Poſtquam duos annos attigit equus, alligetur molli vinculo ad præſepe, & eum conſcendat puer parvus ut onus ferre aſveſcat, tum blandiendum illi, & pedum, jam hic, jam alter, elevandus, ac leviter ungula lapillo pulſanda ut ſoleam deinde admittat. Tum liber dimittatur, & paulò poſt iterum ac tertiò cum equis ad præſepe alligetur. Nam ſi violentè cum equo agatur in lucta aliquod malum incurrit. Deinde ad aquam ducatur, tum exerceatur, ſed nec frigido, nec valdè calido tempore, nec terreatur clamore, verberibus, alióqui con-

trahet vitium. Ducâtur inter equites, mulceatur. Si sit ferox, brevibus funibus qui versùs utramque partem tendant, ne se illis possit involvere, ligetur.

2. Æstate linteo, hyeme panno, ibi propter pulveres, hîc propter frigus tegatur, & bis de die panno ac strigili mundetur. Omni autem die minimùm per unum quadrantem sit in aqua. Quando exercetur portando sessorem si incaluit, antequam frænum deponatur, paululùm deambulet, Asvescat videre currus, eorum strepitus audire, Idem de aliis animalibus quæ ad labores exercentur.

3. Equus instituendus non ad ipsum præsepe sed ad columnam alligetur, idq; inter duos mites equos, neque castigari debet aut ullâ molestiâ affici, neque acuto sed obtuso pectine pectatur, & aquâ frigidâ lavetur. Cavendum, ne detur pura avena equo, quia si non laborat, inflantur tibiæ: furfures verò cum secto stramine dati generant vermes.

4. Si durè cum equo generoso agatur ferocior redditur. Cum alio miti equo priùs jungatur currui, & solum ephippium ferre asvescat antequam hominem, tum ascendi

se

ſe patiatur, deinde aliquid ponderis ferat ſi id non admittat, ducatur per agrum recenter aratum ut fatigetur, fiatque mitior.

5. Cùm equus dum inſtruitur non vult regredi, percutiatur in pectus & interea mulceatur. Qui pedem allidit ad pedem, per profundas arenas deducatur, ut aſveſcat pedes elevare, etiam inter lapides deambulet. Qui caput jactat in curſu & calcitrat, tundatur & ratio currendi mutetur. Cùm in curſu quaſi timeret, hæſitat: debilitatis eſt ſignum, Qui ſaltat, neque vult modo debito currere, agitetur, donec fatigetur, & tunc ad eum curſum reducatur. Cùm attrahitur ut ſiſtat, caput elevat; vel os habet læſum, vel eſt debilis. Cùm os aperit, & lingvam exerit, aculeatus illi circulus in naſo ponatur.

6. Cùm equus aures contrahit, & unam demittit, aliam erigit, aliquid mali facere parat, ideò verbere & calcaribus urgendus, ne tempus exequendi habeat. Interdum intra aures percutiendus, & cùm ceſſaverit, mulcendus: videndum tamen ne muſca ſit intra aurem, vel aliquid caput premat. Qui ſe equus in pedes erigit, cedendus in ventre, ſed qui illi inſidet, non percutiat, ſed mulceat. Cùm calcitrat, pedes bacillo

bacillo percutiendi. Cùm in aqua ſe projicit, in eadem cum capite aliquamdiu mergendus ut moleſtiam percipiat.

7. Equus qui fræpum ſupra dentem caninum elevat, patiatur dentem limari ut fiat declivis. Timens ob debilitatem visûs, non percutiendus ſed mulcendus, & permittendus id bene aſpicere quod timebat. Qui timet quia juvenis eſt, cùm ſenuerit non timebit, & talis deducendus inter fragores & mulcendus. Qui caudam agitat, habeat caudam ſub ventrem alligatum.

8. Locus, in quo exercentur equi ſæpè mutetur ut ad omnia aſveſcant, jam currant in arena, jam in lapidibus, jam in glacie &c.

9. Si loco ſe movere nolit, lapillus filo alligatus auri immittatur ignis caudæ ſubjiciatur, oculi claudendi, ſi eſt reſes infra aures percutiatur.

10. Equum faciunt velociùs currere dentes canini luporum ita alligati ut corpus equi tangant.

11. Equus ne hinniat alligatur collo lapis à natura perfoſſus, ſed certius eſt lingvam ligare, aut ferrum imponere.

12. Muſcæ non impetent equum ſi fue-

rit

rit perunctus ſucco cucurbitarum. Non comedet ſi habuerit dentes ſevo unctos donec abluti fuerint aceto calido cum ſale. Non attinget avenam quæ agitata eſt ſupra pellem lupi. Vermes è vulnere equi educit perſicaria trita inſperſa, vel viride æris, vel calx, ex auribus autem coſta canis occiſi appenſa. Hoc obiter.

13. Denigrabitur albus equus ſi illo colore nigro quem ex alni cortice ſutores conficiunt addito ſevo calido, locum priùs bene ablutum alumine illeueris. Viridis erit, unctus ſæpiùs aquâ capparorum recentium. Denigrabitur etiam equus. Rec. Folia betarum, ſalviæ, lauri, corticem avellanæ recentem, tremulæ. Adde myrrham, alumen, gallas æqualiter, & bene in lixivio coque, fiat ungventum.

14. Ex nigro fiet albus Rec. Radices cucumeris aſinini octavam partem unciæ, ſalnitri quartam unciæ, fiat pulvis, adde mel, oleum, miſce, fiat ungventum. Item nota fit alba in nigro equo ubicunque ſtercus gallinaceum fuerit applicatum. Fallop. lib. 1. Idem facit radix cucumeris aſinini cum nitro appoſita, ut ſcribit Cardanus.

15. Si in aqua ſe ponere ſolet. Quando ſe

ſe volet ponere, olla fictilis cum impetu ad caput ejus allidatur.

16. Equus parvum caput habebit ſi dum eſt hinnulus frigidâ caput frequentiſſimè abluatur. Si procumbit, ventri ſubdatur aculeus. In furorem agitur ſi laſere nares inungantur.

17. Si reluctetur ſoleam ſibi affigi, uni, aut utrique auri lapis inſeratur, & auris conſtringatur.

18. Nigra macula albo equo inducetur, ſi ollam fictilem in aqua coxeris, & in mortario triveris, ac pulverem per 24. horas alligaris, pili albi decident, ac nigri naſcentur. E contrà, ſi talpam per triduum in aqua coxeris, & oleo quod ſupernatabit, vel etiam ipſo juſculo locum nigrum tinxeris, albi creſcent pili.

CAPUT V.

De Propagine equorum.

1. Admiſſarius debet ali optimè, mundè in ſtabulo ſicco & mediocriter calido haberi, curſu exerceri, ut ſit ſanus, ſed non ad labores adhiberi. ſi macer eſt, ante admiſſionem per ſeptimanas ſex tritico exiguo & multo hordeo paſcatur cum piſis vel len-

lenticula. Si nimis eſt pingvis, avena detur, & ante duos menſes priuſquàm admittatur, aperiatur vena, & laboret, ſed proximè ante admiſſionem optimo hordeo alatur. Potus per dies decem antè, & in ipſa admiſſione ſit aqua pura, ſed non nimis frigida cui modicum mellis & farinæ triticeæ, imponatur, ex hoc manè & ſerò bibat quantum voluerit.

2. In calido hyeme, ad Solem autem æſtate lavetur cum ſmegmate & lixivio, additis chamemælontæ herba, menthâ, abſynthio, artemiſiâ, vel aliis herbis odoratis & coctis, nares verò & ea quæ ſub ventre vino albo & aceto abluantur. Purgatio etiam medicinalis dari ante admiſſionem poteſt. Cavendum ne gramen edat, quia pedibus deinceps deficeret.

3. Solet equus in admiſſione concuti ab equabus, inde illi humor in pedes delabi. Hoc malum ſanatur affixis ſoleis, & equo benè loto cum ſmegmate, tum Rec. chamemælontis manip. 4. abſynthii manip. 2. roſarum ex rubo manip. 2. Acetoſæ manip. 3. urſibrancæ tantundem, rutæ manip. 2. coque in lixivio addito aceti dimidio, his abluatur equus & ea quæ ſub ventre. Vel

ſal-

ſaltem Rec. Chamemælontis manip. 5, abſynthii 3, aceti boni ollam, adde lixivii mediocris ollas 2. aluminis lib. 3. tum coque donec pars tertia deceſſerit, hoc decocto adhibitâ ſpongiâ vel linteo, calidiſſimè in loco calido contra pilum madefac equum, & exterge. Deinde fac ungventum. Rec. Farinæ triticeæ quantum utrâque manu capi ſexies poteſt, adde acetum optimum, & pulveres aluminis, ſalis, ſangvinis draconis ſing. lib. 1. adjice ova integra 8, & miſce. Ungatur equus totus hoc ungvento præter collum & caput, neque unctio abſtergatur, neque moveatur equus, donec per ſe ungventum deciderit, interim dicto modo paſcatur, & potetur. His factis, lavetur aquâ cui ſunt incoctæ herbæ odoratæ, & cooperiatur, neque laboret ſaltem per menſem, & ſic ſanus erit, & ad labores idoneus.

4. Non utantur Paſtores equabus ad equitandum, ſed habeant equos caſtratos. Equa ad admiſſionem non adhibeatur junior annis tribus, nec annis 12. antiquior. Nec admoveatur niſi in Martio & Aprili, idque mane & ſerò. Si manè admiſit equum & veſpere refutet. Adhuc illi poſt dies 10. adduca-

adducatur, si eum etiam tunc respuat, prægnans est. Uterum autem ferunt mensibus 11. Unus equus sufficit pro 15.

5. Equæ pingves, steriles; admissæ non laborent multum, neque currant & bene pascantur, admissarius neque sit junior annis 4. nec antiquior 12. aliâs debiles partus dabit, & vitæ brevis, exerceatur sed non laboriosè, nec ad quasvis sed ad optimas admittatur, & tales tantùm semel intra biennium ferunt uteros. Neque unâ die bis fiat equi admissio. Idem de asinis. Alioqui proles erit exigua.

6. Cavendum ne admissarii sint meticulosi, Lunatici, vitiosi, calcitrantes, in aquam se abjicientes. Si in coitu solent jubam equo abrodere, quia id provenit ex calore nimio, labore fatigentur ut ardor mitescat.

7. Admissio fit, vel equum in fune retinẽdo, vel eum liberum sinendo. Si in fune. Sit funis longus orgias 5. duplex, id est ab utraq; parte, equus liberè equas videat, & olfaciat, cõsẽsumq; obtineat, tunc permittatur. Postea nares illi & frons aceto vel vino abluãtur tũ à conspectu abducatur. Ut verò uni seorsim admoveatur, priùs cognoscendum quàm ille

ille appetat. Admiſſio libera eſt cùm mittitur intra gregem equarum, non eſt ſecura propter periculum exceſsûs nec ſcitur quas inivit, quas neglexit. Quocirca meliùs ante admiſſionem ſeparare fæminas ut eas quotidie aliquot diebus mane & veſperè ſolùm permittatur videre & olfacere, ut ſic illis cognoſcatur. & ubi ipſæ equum accedere cœperint, admittatur, notando cum qua & quoties egit. apud eaſdem mane jejunus, & ſerò per tres horas relinquatur. Nec plures uni equo, quamvis ſufficiat pro pluribus, quàm 8. offerendæ, Poſt dies 12. vel plures rursùs fit admiſſio, & ſi quæ reſpuit, non eſt vexanda, eſt enim plena. Gravida verò ſit extra frigus & tempeſtates, & alatur optimè. Nam ſi in utero miſer factus ſit hinnulus, deinceps melior non fiet.

8. Equa à congreſſu ſtatim ad curſum urgenda ne fortè ſemen rejiceat. Si marem concepit, currit ad Aquilonem ; Si fæmellam ad Auſtrum. Cùm laborat partu aut abortu, remedio eſt ſilicula trita & aquâ tepidâ mixta atque ori per cornu infuſa.

9. Semen equi ſi aquoſum & modicè flavum, ſterile eſt : ſi albeſcens & valdè humidum,

midum, fæminam producit: Si crassum instar medullæ, nimis calidum est. Si album instar amyli diluti, glutinosum, in aquis fundum petens, fæcundum. Quibus equis canalis in extremo diducitur, vel albescit, vel vasa dependent, inutiles sunt. Ita observat Christophorus Monivid.

10. Imaginatio matris confert ad dandum pullo colorem si eum aspiciat, sed non ad dandam virtutem.

11. Incitatur equus ad prolificandum si ejus vasa abluantur vino albo in quo pulveres vel cineres virgæ cervi sunt bene cocti, ex quo tamen si nimis inflammaretur locis iisdem tingendus oleo oliv. Idem præstant herbæ Basilico & Mercurialis sed maximè incendit pulvis usti equini vasis seminalis potus ab alio equo. Equarum autem natura contusis cæpis fricatur maximè sylvestribus id est scyllâ, vel spongiâ quam deinde olfaciat. Idem.

12. Si abortiri solet equa polypodium contusum cum aqua ori ejus infunditur.

13. Cum equabus per æstatem non incedant juvenes equi, quia ab ilis concutiuntur, sed addatur illis in ducem equus formosus excisus.

14. Ad

14. Ad equam canam admittitur coracinus, item ad murinam & flavam. Ad Castaneam spadix. Ad coracinam albus. Et fient hinnuli coloris optimi.

15. In admissionis tempore hoc spectandum, ut equæ pariant eo tempore quo gramen in campis comparet, tum enim lacte optimo abundabunt. Parit autem post conceptum elapsis mensibus 11. diebus 10. Raro menses 12. expectat, aut certe parit post menses 10, dies 20, itaque admissio, ut supra dictum, fiat in Martio, Aprili, Majo, usque ad Solstitium æstivum.

16. Non omni anno fiat admissio, quia enervantur equæ, & hinnulos pariunt debiles, præterea hinnulus ad minimum debet novem mensibus sugere, si verò mater fuerit gravida hinnulum non lactabit, qui tamen adhuc ad cibum solidiorem est inhabilis.

17. Ut hinnulus nascatur, admissio fiat triduo ante plenilunium. Ut sit fæmella, admittatur tertiâ die, post Lunam plenam. Quam attrahit magis partem equus prolificando ex ea fundit genituram, & quidem è dextra pro mare. Moaivid.

18. Fæcunditatem promovet Luna si tem-

pore

pore imprægnationis ſit in ſigno Arietis, Tauri, Geminorum, Cancri. Et è contrà ſi ſit in Sagittario, Capricorno, Aquario, Piſcibus, arcet.

19. Quæ equa nunquam imprægnatur timendum ne fiat Lunatica.

20. Prægnantes paſcantur in loco herboſo, umbroſo, minimè ſaxoſo aut montoſo, inter fontes, videndo ne eo loci ſit opium, aut elleborum, aut enula, ſolanum, herba dicta cauda equina, ſcirpi rotundi ac parvi, & alia venenata, quæ eſſent cauſa abortûs. Non laborent, non cogantur flumina tranatare ne fiant feroces, ſi etiam in lupi veſtigia inciderint, abortiuntur.

21. Caveatur ne equæ nobiles miſceantur cum equis ruſticanis, quia hinnulos degeneres dabunt.

22. Equæ prægnantes ne ſe lædant, non laborent, ſint locis diſtinctis, & hoc cavendum maximè in Novemb. quia faciliùs abortiunt. Et contra hoc malum Rec. Avenæ & ſalis partes æqual. maſſæ panis lib. ℥. devorent.

23. Notetur dies partûs & hinnulus ne mutetur, & quia bis in anno mutat colorem revideatur.

 24. Ad-

24. Admiſſio fiat ter in Majo & tunc avenam puram comedant genitores.

25. Equa fæmellam pariet ſi ante coitum ſumpſerit ex pulvere matricis leporis quantum dimidia nux juglandis cum lini ſemine, & agitetur ut incaleſcat, ſi triduò juxta quoſdam ante vel poſt Lunam novam congreditur, dat maſculum. E contrà, circa plenilunium fæmellam. In coloribus cuivis animali inducendis nota ars Jacobi Patriarchæ.

CAPUT VI.

De Hinnulis.

1. Hinnuli adultiores non verſentur intra gregem equarum, quia hoc modo grex degenerat. Quando equa eſt fatigata non permittatur eam ſugere hinnulus, quia lac vitioſum ſuget: neque permittatur equa bibere niſi per quadrantem horæ reſpiraverit.

2 Solùm per annum hinnuli apud matres maneant. Poſtea vetulabus equabus adjungantur, à quibus ducentur donec matureſcant. Inter gregem poſſunt lædi. Itaque alio ſint loco equæ gravidæ, alio cum hinnulis, nondum anniculis alio ſoli hinnuli. Sic enim faciliùs advertetur, ſi quis ægro-

ægrotet, & faciliùs capietur abſque aliorum offenſa.

3. Hinnuli per duos menſes iis locis fruentur in quibus verſatæ matres prægnantes, deinde ad duriora & montoſa, ut illis aſveſcant, ducantur. Ungula enim in arenoſo friabilis, in humido mollis efficitur, habeant etiam receptacula propter muſcas.

4. Sylveſtres herbæ ſunt ſiccæ atque equabus & proli noxiæ, aſthma enim inducunt. Inſtituendi ſtatim hinnuli ad laborem & dura inter ſaxa diſcant cautè pedem ponere, ad aquam iter habeant longiuſculum cùm jam ſunt annui, neque eodem loco inveniant gramen ſufficiens ut condiſcant famem ſitimq;, iterum molliora illis paſcua offerantur, diſcant aquas transnatare, audire tubas, exploſiones, hyeme non edant gramen pruinâ conſperſum, ſed Sol expectetur qui pruinam tollat. Stramen hordei & tritici utilius eſt illis præ cæteris.

5. Hinnuli boni ſignum eſt, ſi ante alios procurrit ad pontes, tranſilit foſſas, hinnit, diſcurrit, elevat caput & caudam, ludit & alios ad ludum incitat, naribus fiſtulat, eſt cautus, & qui ex ore lupi elapſus.

6. Non caſtrentur ante annum comple-

tum, & hoc meliùs fit tertio aut quarto anno, idque in Majo vel Sept. Lunâ decrescente, nam si citius fiat, non crescet hinnulus, tardius periculosum. Ligatur itaq; equs & dorso in aliquam fossam immittitur, oculis obtectis, nervi intra ligna stringuntur, & scrotum extenditur & scinditur ut exiliat quod excindi debet. Tum serico rubro fortiter vena ligatur, & fit abscissio. Deinde calidum ungventum immittitur factum ex adipe hirci cum terebinthina, equus erigitur & in loco umbroso sicco per horam statuitur, deinde lentè ducitur per locum pulverulentum ut pulveres citiùs faciant cicatricem, cavetur interim à muscis & aqua. Ubi per dimidium convaluit emitti ad pascua potest.

7. Hinnulus non statim à matre dividatur, cavendum tamen ne ipsum lædat, detur matri aqua calida cum sale & farina ut lac habeat copiosius, postea cum hinnulo mittetur ad campum. Editus autem hinnulus non est tractandus manu quia ex hoc læditur: sed ubi robustior evasit, accedendus ut homines noscat, & blandè tractandus, & fræni, & alia instrumenta in conspectu ejus appendenda ut illa noscat, & eorum strepitui assvescat.

8. Hin-

8. Hjnnuli non castrentur in æstu aut frigore, & ne tumescat locus sæpiùs lactis serò abluatur, & equus sit in motu ac se volutet, sed ad præsepe ita ligetur ne tangat vulnus.

CAPUT VII.

De Medicinis Equorum.

1. Equus plurimos incurrit morbos: Bos multos: Mulus aliquos: Asinus paucissimos: Porcus non multos: Ovis & capra aliquos, Equis putant aliqui accedere morbos 366. Certum tamen quòd plures quàm 60. præter eos qui ab extrinseco veniunt.

2. Lingvæ morbis si non egent sectione, adhibe hanc unctionem. Mel cum medulla porci saliti æqualiter sumantur, coquantur, addatur parum calcis vivæ & piperis, unctio continuetur per triduum.

3. Si clavus ad vivum infigatur. Locus ferro aperiatur, & stuppa ovi albumine tincta immitatur addito aceto fortissimo, & sale contuso, aut gallæ pulvere.

4. Si cibum nauseat. Allio cum pipere tuso dentes fricandi. Vel linteolum aquâ salsâ imbutum ori in bacillo inseratur. Lupini dentes enati, pabuli nauseam faciunt, hi exscindendi.

 5. Uri-

5. Urinæ difficultati, vel peni pediculus, vel ſmegma ano imponitur, vel ſi hoc non proſit, mel cum ſale decoctum peni intruditur.

6. Ungulam ſi læſit. Rec. allii unc, 7. rutæ manipulos tres, aluminis tuſi & cribrati unc. 7. axungiæ veteris lib. 2. ſtercoris aſinini quantum poſſit manus capere, decoque, fiat ungventum.

7. Vitium habet in pedibus, ſi alterum protendat nec ſtet æqualiter. Claudicat, vel quia ungulæ in itinere attritæ, vel quia dum ociatur collecti humores in pedem deſcenderunt, vel quia crus læſum.

8. Ut clavus ſi ſoleando ad vivum pervenit, deprehendatur, ſingulos malleo percute, & cujus percuſſionem vitat ille eſt in culpa, eximatur. Vel frigidâ perfunde ungulam, vide in quo loco inprimis ſiccari incipiet, ex illo clavum exime. Deinde pus exprime, axungiam veterem cum pice probè coctam impone exciſo priùs cornu in planta.

9. Apoſtema ſub equi ungula eſt cùm pus per ungulam erumpit, hujus diuturna ac difficilis curatio. Hunc pedē equus premit, vel ſoli ejus inſiſtit extremitati. Ubi ergo con-

conſpexeris nigrorem ibi locum digito pulſa, ſi oſtendit ſenſum, & ulcus maturum, aperi: ſi toto pede æqualiter calcat terram, non in planta eſt vitium, ſed quærendum in junctura. Pro omni claudicatione ſume Cannabem cum ovi albumine, & applica; poſtea ſoleam affige. Si vulnus factum eſt, albumen cum fuligine & aceto applicetur.

10. Crepatiæ, ſunt inſtar ſcabiei inter juncturas & ungulam, oritur hoc malum ex eo quod equus madidis cruribus in ſtabulo collocatur. Pili evellantur, & locus tepidâ cerviſiâ lavetur, vel aqua decoctionis malvæ, ſulphuris, ſevi arietini, & ipſa horum maſſa alligetur loco, ac bis de die renovetur.

11. Gallæ in tibiis, curantur cauterio, juvat etiam equum ſtatuere in aqua rapida. Item lavare ſale, aceto, axungiâ & oleo oliv. per dies aliquot locum obligando.

12. Dorſum equi ſi propter ephippium tumeſcat, vel vulneretur. Cæpas coctas quâm calidiſſimas applica & alliga, unâ nocte ſanatur, Vel ſalem tritum cum aceto, vitello ovi, miſce, & unge. Vel herbam peperitidem cum ſuo ſucco contuſam ap-

plica, & ſtatim ſanabitur. Vel locus lavetur cerviſiâ calidâ cum butyro.

13. Syncope equi. Aurem ejus ad collum quem attingit extremitas, aperi ſcalpello ut ſanies effluat, ſed cavandum ne vena ſecetur, quæ eſt paulò ſuperiùs.

14. Cum noxam ex potu aut vento contrahit, muſtellæ pellem minutatim concide, & butyrum adde recens, ac ovum putridum cum aceto, hæc omnia mixta infunde per cornu equi gutturi, ac velo madido totum contege in loco calido ut incaleſcat.

15. Ventris dolor ſedatur equo dum anates nantes aſpicit.

16. Lumbricos habet equus ſi crebrò ventrem reſpiciat atque eundem jactet, infundenda illi in os per cornu ſabina trita cum aceto.

17. Catharrus equi ſanatur ſi potetur aquâ tepidâ cum triticeis furfuribus.

18. Incurabiles equi ſunt aſthmatici, niſi ſtatim occurratur, Suſpirioſi, Lunatici, Serpigine occupati usque ad pudenda, quæ vocatur vermis.

19. Omnibus equi morbis prodeſt. Rec. Centauream, abſynthium, peucedanum, ſerpillum, ſagapenum, betonicam, ſaxifra-

fragiam, ariſtolochiam rotundam, (partes ex ſing. æquales) contunde, fiat pulvis. Febrienti datur cum aqua, in aliis morbis cum vino, datur unum cochlear. Vel Rec. Farinæ hordei ſeſquilibram. Fæni græci contuſi lib. 1. ficus ſiccas 70, olei oliv. lib. 2, in lacte propinetur.

20. Somnum equo adducit. Semen papaveris & lini ſing. unam quartam, trita bibat.

21, Somnum equi pellit. Florum artemiſiæ, vel ſeminum unc. 2. Myrrhæ unc. 1. Salis unc. 1 Adde aceti, olei partes æqu. bibat.

22. Pro vulneribus & ulceribus ungventum. Rec. Viride æris unc. 2. & dimid. mellis unc. 7. aceti unc. tres cum dimid. coque.

23. Ungventum ſanativum. Rec. Reſinæ abietinæ lib. duas. Ceræ libram cum dimid. Viridis æris unc. tres. Ceram & reſinam, ſolve in oleo oliv. tum amotis ab igne, reliqua infunde. Vel Rec. ceræ flavæ unc. tres, olei lib. 2. cum dimid. Terpentinæ unc. 1. reſinæ claræ unc. ferè, thuris albi ſemi unc. croci unciæ partem octavam, miſce. Vel Reſinæ, ceræ, ſing. lib 1. Roſarum ſiccarum lib. 2. Butyri re-

centis non saliti lib. 2. Misce, &per crassam telam exprime.

24. Dolori crurum & talorum emplastrum. Rec. Rutham, capitellorum chamæmelontis, utriusque partes æqu. Millium contusum, & coque in vino.

25. Tumori, scapularum, ac femorum, doloribus, ungventum. Rec. Lauri baccarum, Majoranæ siccæ, sing. lib. 1. Sulphuris unc. 2. sal nitri, thuris, sing. semilibram. Cumini unc. 3. Rosarum lib. 1. olei oliv. lib. 1. Vini lib. 3. coque ad spissitudinem.

26. Constipationi. Rec. Frustum albi lardi quantitate pugni, ex eo contuso fac pastillos, & insperge contuso cannabum semine, injice gutturi. Fit etiam suppositorium ex lardo asperso fuligine. Fit & clyster. Rec. salnitri unc. 3. olei oliv. lib. 2. ova 4. misce.

27. Dyssenteriæ cum res viridis effunditur, ligetur cauda crudo corio, & præbeatur in pabulo frixum hordeum.

28. Pilos caninos eradicat applicatus recens fimus humanus.

29. Defatigationi. Butyrum coque cum modico sale, & ubi refrixit immitte aliquot ova, & gutturi infunde. Vel. Ova aliquot

quot recentia frange, adde croci dimidium cochlear, ebibat.

30. Tuſſis. Allium cum pulvere pyrio & aceto tritum, gutturi infundatur. Vel, particulam raphani in pabulo devoret. Vel. Fænumgræcum in aceto maceratum edat cum pabulo.

31. Scabies. Cleopiſſa coquatur cum ſulfure, & lardo vetere, addatur flos lactis, ex hoc fiat calida unctio, & lotio totius equi.

32. Ungulam ſi amittat. Millium confringatur & cum lacte calido quotidie applicetur.

33. Aſthmatico non alius cibus per triduum detur, quàm furfur ſiliginis, & idem furfur miſceatur potui.

34. Prociduus. Radicem filicis lingvæ ſuppone. Purgabitur utrinque & ſanabitur.

35. Ungula dum contrahitur. Ubi pedi jungitur, cæpis ungatur: infra verò applicetur pix cum ſtercore equino.

36. Intertrigini. Radix cichoreæ in vere effoſſæ contundatur & applicetur, atque in pabulo detur. Vel Urticæ mortuæ radix teratur, ac vulneri inſpergatur.

37. Suffraginum. Stercore humano recen-

ti frænum ungitur ; & caput illi erigitur per horam , poſtea ad ſudorem laboret. Vel quarta ollæ urinæ cum ſale gutturi infunditur, & laborat ad ſudorem, ſcilicet in licet in eo equitando.

38. Clavus infixus carni dum ſolea affigitur, excinditur ungula : & millium cum axungia coctum apponitur.

39. Vomica humoris corrupti fluentis. Ex omni ungula ejuſdem equi radatur, & raſura cum avena detur.

40. Si ſcapula loco exciderit. Ad pedem ejuſdem ſcapulæ faſcis ſtraminis alligatur, & equus cogitur in aqua profunda natare, ſic ſcapula ad ſuum locum redit.

41. Albugo oculi pulvere rutæ combuſtæ inſpergatur. Vel. Si ovum coctum ſcideris, & viride æris vitello inſperſeris, habebis aquam pro irrorando oculo.

42. Sudor, cùm ſudat donec moriatur, tunc in nare excreſcit illi verruca, quæ eſt cauſa mali, iſta excindatur.

43. Nervo contuſo emplaſtrum, plantago cum vetere axungia tuſa. Vel fimus hominis recens applicatus maneat triduò. Vel gallinam nigram diſcerpe , & cum pipere applica.

44. Cæ-

44. Cæcitas oculorum claro oculo. Eluatur frequenter oculus, & vertex capitis aquâ anisi,& pabulo misceatur fæniculum & anetum campestre.

45. Percussioni oculi. Radatur album lardum, & optimè eluatur & applica oculo, panis verò crassus in aceto madeat ut fiat mollis & supra lardum ponatur. Hoc mutandum manè & serò.

46. Epilepsia. Pulvis cornu alcis propinetur aliquoties, & equus in loco obscuro locatur. Vel semiuncia theriacæ in vino propinetur.

47. Mures. Sunt glomi subcollo qui suffocant equum. Hos oportet subulâ fodere, vel scindere. Si autem ferro candenti adurantur non crescent ampliùs, initio prodest oleo lini ungere cum sale.

48. Phtysis. Sunt duæ verrucæ in mandibula inferiore sub lingva, impediunt comestionem, opus excindere forfice & aceto calido cum sale eluere. Ne verò crescant in gossipio spiritum vitrioli applica exscissis donec albescant vulnera.

49. Dum equus narium fluxione laborat, formicas cum nido coque, & percola, & istam aquam triduo bibat. Vel pennas

naso

naſo immitte quæ maduerunt in cremato cum nigro elleboro.

50. Membrana ex rubea carne concreſcit inter palpebram & pupillam & in ea excreſcit oſſiculum, quod oculum premit & lacrymas ex illo elicit, & letales dolores excitat. Membranæ ductu acùs filum inducatur, & illa extractâ oſſiculum excindatur, & ſale contrito aſpergatur, poſt unam horam & alteram abluatur aceto calente, alumen verò Alexandrinum affricetur circa palpebram.

51. Dentes lupini ſunt qui extra ordinem creſcunt & lingvam lædunt, hi excindantur ferro, & lingva ſucco millefolii ungatur. Interea bis de die non aliud comedat pabulum, quàm furfures, ſed non ſiliginis.

52. Tuſſis & aſthma. Rec. per dimidium cum oleo lini ſangvinem canis, & hoc mixto ungatur pectus, interea nec paluſtrem nec frigidam aquam bibat. Vel. Raphanum conciſam edat cum avena, aquæ verò aliquantum farinæ hordeaceæ immittatur addito modico ſale nitri.

53. Inflammationi internæ. Rec. Cremati quadrantem ollæ dimidium, piperis cochlear, miſceatur, bibat, & per aliquot horas nihil comedat.

54. Suf-

54. Suffraginum. Tum equus non poteſt omnibus pedibus inſiſtere, caput dejicit, ex naſo aqua fluit, tandem pedes tumeſcunt, ungulæ defluunt, ſi id ex aqua accidit, cogatur aliquoties ad ſudorem laborare. Vel ſtercore humano fræni ungantur & illis impoſitis ori ejus, nares claudantur donec ſternutet. Si id acciderit ex vento, cogatur devorare aliquot fruſta ſmegmatis.

55. Glandulæ cum fluxu aquæ ex naſo præcedunt narium fluxionem. Unguntur cleopiſsâ, & ubi effluxerint, melle cum farina hordei curantur.

56. Cùm venter tumeſcit. Cruda tela in fece lixivii coquatur, & calida apponatur.

57. Tumida vena in ventre. Vel auro circumſcribatur, vel ſalivâ jejuni hominis.

58. Conſtipatio. Suppoſitorium paratur ex ſtramine quod imbutum eſt fumo tædarum & fuligine.

59. Vermes in ventre ſignum eorum. Equus ore latera, ventrem pede poſteriore pulſat. Rec. Cortices ovorum abjectâ ab illis pelliculâ, contere: adde his quartam partem ſcoriæ ferri à fabro ejectæ, & contere: adde piperis contuſi quintam partem,

&

& ſolve in optimo aceto admixto cremato, & benè calefactum gutturi infunde. Vel herbam ſangvinalem cum cortice populi nigræ in aceto forti coctam, gutturi infunde. Vel per triduum comedat raphanum minorem cum avena. Vel phellandrion contuſum cum argento vivo coquatur, & refrigeratum naribus infundatur.

60. Pudendorum tumor. Optimum acetum bulliens equo ſupponatur, aceto verò ſcoriâ ferri ignita imponatur, & equus undique tegatur. Hoc valet & pro hominibus.

61. Detentio urinæ. Rec. baccas lauri coctas cum zingibere in cerviſia, ac ori equino infunde. Vel inter auenam devoret pediculos. Vel virgæ cimex immittatur. Vel alligetur illi veſpertilio, hoc & alia animalia juvat. Vel ſtet ſupra fimum ovium. Vel cochlear raſuræ cornu cervi cum aqua bibat.

CAPUT VIII.

Medicinarum Equi Continuatio.

1. Febris. Aperiatur vena. Rec. Gentianæ unc. 6. ſeminis apii unc. 6. manipulum rutæ, & omnia coque in aqua ut ter-

tia pars exhalet, tum 7. unc. ex hoc decocto infundantur equo in os per cornu.

2. Percusſio nervorum. Ceræ lib. 1. olei oliv. unc. 8. viridis æris unc. 3. picis coctæ lib. 1. thuris contuſi unc. 3. aceti quantum ſatis, inprimis viride æris & thus in aceto ſolvatur, poſtea reliqua addantur fiat unguentum.

3. Dolor nervorum. Rec. Styracis lib. 1. ceræ lib. 1. cum dimidia, ceræ albæ tantundem, baccarum lauri lib. 4. & dimidiam, miſce, fiat unguentum.

4. Concusſio ſpinæ dorſi. Pulvis de cortice oſtreorum inſpergatur.

5. Albugo oculi. Rec. Salnitrum, Myrrham, mel, fæniculum contuſum, miſce ſimul, & per dies aliquot oculo applica.

6. Pedis laxatio. Reſtituatur os in locum, & fiat emplaſtrum. Rec. Olei oliv. aceti, mellis, argillæ combuſtæ, miſce, & in panno cæruleo applica vel fæni pulverem in aceto coctum admove.

7. Cùm impletur ungula ſanguine tum apparent lineolæ rubræ, aperienda eſt ut ſanguis effluat.

8. Acores. Butyro recenti nondum lo-

to ungantur ut molliantur, poſt eupatoria cocta in aceto laventur.

9. Os mortuum exuratur. Vulneri verò applicetur reſina, cera, oleum baccarum lauri per partes æquas mixta.

10. Infixa equo extrahit argentum vivum cum axungia vetere tritum & applicatum.

11. Vulneri inflammatò infundatur lixivium cum æquali parte olei oliv. bene mixtum & telâ mundâ tegatur, & hoc repetatur aliquoties.

11. Contuſo equo. Radices urticæ contuſæ cum veteri axungia applicentur.

12. Ulcus in lingua. Fimus humanus in linteolo involutus fræno illigetur, ut equus lambat.

13. Dolor oculorum. Venæ ſupra oculos aperiantur & Oculi aquâ puteoli laventur.

14. Oculi tumidi & incenſi. Succus abſynthii inſtilletur.

15. Si mordeatur à venenato. Locus ferro aduratur deinde rutæ manipulum, allii duo capita, cum aceto vini optimè contere & linteum craſſum his intinctum applica aliquoties, idem etiam acetum ori ejus infunde.

funde. Vel nidum formicarum miſce cum aqua, bibat aquam & lavetur eâdem.

16. Cùm excidit cauda. Urinâ hominis lavetur cauda. Si verò ibidem compareant cruſtæ, frequenter ungatur vino cum oleo oliv. mixto. Vel ungatur adipe vulpis & canis. Vel coquatur ſemen fænigræci cum ſemine lini, & quotidie bis hoc decocto tingatur cauda.

17. Maciei, cùm non pingueſcit etſi bene alatur. Rec. Myrrhæ unc. quartam partem, grana piperis triginta trita, coque ſimul & ori infunde. Vel Rutam & artemiſiam fæno miſce. Vel præbe avenam & hordeum in fornace ſiccata dum rubeant, & purgentur à cinere. Vel pugillum fabarum contuſarum miſce pabulo. Vel triticum bene ſiccatum in fornace dilutum aquâ mulſi per dies 20. præbe lib. 4.

18. Impinguare equum. Rec. Hordei partes 52. fabarum 110. lenticulæ 120. tritici 90. fænigræci partes 40. madeant in aqua tepida biduo tum miſceantur omnia & aqua effundatur, reliqua dentur in loco calido pro pabulo manè & veſpere per dies 20. aut 30. Vel avenæ affunde farinam piſorum, ſic citò impingvatur ſed non fit ſa-

nus. Vel ex ſambuci virga derade corticem exteriorem gryſeum incipiendo ab eo fine qui fuit versùs terram. Hunc corticem in umbra ſicca, & tere, atque manè & ſerò admiſce pabulo, initio moleſtè ſumet, poſtea cum voluptate.

19. Scabies equorum intra 14. dies ſanatur. Rec. Olei baccarum lauri unc. 3. ellebori albi, triti, cribrati unc. 3. butyri non ſaliti & adipis porci ſine ſale lib. 1. tere ſimul. Cum parte hujus unguenti tere optimè unc. 3. argenti vivi, ac demum cum tota maſſa miſce donec fiat coloris gryſei. Tum acri lixivio lava equum & pectine usque ad ſanguinem frica, alligetur deinde ne ſe fricare aut volutare posſit, & ita ſiccetur. Tum Lunâ decreſcente dicto unguento ungatur.

20. Medicinæ non dantur equis in nova aut plena Luna.

21. Urinam elicit cortex betulæ equo ſuppoſitus, vel ſi pilus ex ejusdem cauda immittatur virgæ.

22. Pili canini tolluntur ſi halecis lactes in cerevisſia lotæ applicentur.

23. Cùm naſus equo friget & ſe volutat, ungue pantheræ ſuperius labrum & nares lacerentur.

24. Pe-

24. Pesti occurritur si carnes ursorum concisas edant in pabulo equi.

25. Attritio ab ephippio exuviis serpentis aspergatur.

26. Besui Pol. Bagno herbâ fiat suffumigium & ubi globulus prodibit scindatur, atque arsenico impleatur.

27. Percussio in loco dicto Pol. Tuciec Rec. Axungiam veterem ceram albam, oleum lini, smigma Barense, trita simul liquefac, & locum unge.

28. Læsioni ab ephippio. Applicatur panis tostus calidus cum aceto. Vel, fiat ungventum ex aceto, oleo oliv. melle æqualiter sumptis. Tum superponatur pellis leporina cruda parte expili, & poterit equitari, & ubi ex equo descendisti abluatur urinâ.

29. Scabies equi. Rec. Radices ænulæ campanæ, coque in aqua & adde sulphur tusum, ac locum elue. Vel Rec. sulphur, æs viride, radices melissæ, tere cum veteri axungia, & locum unge, qui ante omnes unctiones urinâ lavandus humanâ. Si pili in scabie crescant, abluantur lixivio forti cum urina hominis, & ubi illi decesserint, fiat unctio ex farina triticea cum aqua

bulliente, & ſuperponatur tela, quæ ubi adhæſit funiculo ligetur & è longinquo violenter abſtrahatur, ut omnes ad unum pili ſcabiales decedant, nam ſi vel unus manſerit, ſcabies durabit.

30. Nauſea cibi fit in equo. Vel quia ſunt dentes canini, reſecentur. Vel quia verrucæ ſub lingua, reſcindantur, & ferrum latum equo in os ponatur ne ſanguinem glutiat. Vel quia eſt dens lupi, & iſte ſecetur. Si nihil ſit horum allium teratur cum pipere & gingivæ atque dentes unganțur. Si ulcus ſit in gutture, duo gallinacea ova decorticata aſſentur & terantur cum bono aceto, his, baculus involutus, tingatur, & eo guttur internè fricetur ut ulcus rumpat, reliquum verò aceti infundatur ori, & hoc aliquoties repetendum.

31 Albugo. Lumbricos terreſtres cum albumine ovi combure in nova olla, & erit pulvis pro aſpergendo oculo.

32 Si pedem pede læſit. Rec. Æqu. terpentinæ, ſevi hircini, pinguedinis ex pedibus animalium, picis abiegnæ, ceræ, mellis puri, ſolve ad ignem & miſce, fiet unguentum. Vel calcem vivam cum cremato & ovi albumine miſce, atque cum canabe applica.

33. Vul-

33. Vulnera sanantur insperso alubastro. Ne verò ea muscæ infestent, menthâ sativâ seu crispâ fricentur, vel ejus succo, vel oleo in quo est jecur coctum.

34. Si equus laboret fluxione narium, catus vivus niger discerpatur, & sanguinis calidi in os equi cochlearia quatuor infundantur.

35. Ungula si aruit, induatur pes equi ocreâ plenâ cerebro boum, aut stercore humano, neque detrahatur per dies 7. dein soleetur.

36. Cùm defluxit juba & cauda. Rec. Lupulum, ursibrancam, petroselinum, coque, & hoc decocto ablue.

37. Dyssenteria. Infunde in os dimidiam ollam aceti.

38. A muscis non vexantur equi si sint uncti succo ex foliis cucurbitæ, vel hydropiperis.

CAPUT IX.

Continuatio.

1. In exhibendis medicinis equo, cavent quidam dies Ægyptiacos, sed non est ratio, cum illi ex mera superstitione Ægyptiorum damnentur.

2. Equis de collo ducatur ſangvis in Aprili, vel Majo, non autem hyeme. Æſtate verò ex venis pedum & pectoris. Hyeme ex venis laterum. Caſtratis non facilè vena aperienda. Poſt apertionem venæ equus non diu abſtineat potu, ſangvis in vena ſiſtitur equino vel ſuillo ſtercore recenti, vel alumine combuſto applicato. Si vena fuerit in aliam partem trajecta, rutham recentem in mortario contuſam cum ſale applica aliquoties.

3. Pro omnibus morbis equo dari poſſunt eædem medicinæ quæ dantur hominibus ſed doſi duplicatâ.

4. Tempore calido in Julio datur utiliter cichoreum cum radicibus lotum loco alterius pabuli.

5. Purgatio pro equis. Pedem recentem cum femore porci ad diſſolutionem coque, & hunc potum per dies quinque vel 7. propina.

6. Calefacit. Vini veteris lib. 15. piperis unc 1. rutæ viridis unc 1. dragaganti unc. 1. olei oliv. unc. 6. mellis unc. 6. coque, bibat.

7. Refrigerat. Rec. Salnitri unc. 3. portulacæ hortenſis unc. 8. vini albi Rhenani

vel

vel Gallici lib. 2. ova 6. miſce, & præbe.

7. Ungventum ad omnia vulnera. Rec. Ceræ flavæ unc. 3. olei oliv. boni, lib. 2. & ſemis, terpentinæ unc. 1. reſinæ claræ minùs quartâ parte quàm unciam, thuris albi ſemiunciam, croci octavam partem unciæ, miſce.

9. Cùm pilos ſuo tempore non abjicit. Equitetur donec optimè ſudet, & ſubitò in collo vena aperiatur, atque hoc ſangvine calido perungatur, & ubi ſiccatus fuerit, mundetur.

10. Colorem mutabit, ſi calido felle hirci ungatur. Ex albo fiet niger, ex cortice alni cocto eſt color apud ſutores niger. Hunc miſce cum ſevo hirci, & calidum applica, ſed priùs cum alumine locus abluatur. Ex albo fiet viridis, aquâ diſtillatâ ex recentibus capparis tinge: nigrum colorem induces. Rec. Folia betarum, ſalviæ, lauri, corticem tremulæ, & avellanæ recentes, adde myrrham, alumen, gallas, partes æquales, coque in lixivio, & equum ablue.

11. Infixa corpori extrahit gramen bovi ex ore extractum dum ruminat, applicetur.

Vel juglandis nuclei cocti cum aceto & calidiſſimi applicati.

12. Talpa cocta cuicunque loco equi per triduum applicata cum aceto expilat.

13. Emplaſtrum ad dolorem crurum & artuum. Rec. Adipis, ceræ, reſinæ lucidæ, partes æquas, ſolve adipem. Vel, adipem veterem cum viva calce contere.

14. Percuſſo loco. Glutinis, ceræ, æqu. ſolve, adde aceti boni, & loco raſo calidum applica, & hoc juvat in antiqua percuſſione, ſi verò arterias pervaſerit. Rec. Mentham, millium, ſulphur, terpentinam, bdellium, galbanum, picem æqual, lib. ſs. contere ac ſolve igni, tum vini veteris adde lib. 5. & coque ad ſpiſſitudinem.

15. Mutabit colorem is locus qui multo tempore ungetur felle hirci. Vel ſi farina hordeacea cum ſulphure & aceto coquatur, & calida applicetur.

16. Ungventum citò ſanans equi vulnera. Rec. Lardum antiquum, adipem hirci, reſinam duram, oleum vetus, mel album, herbæ ſaniculæ, ſenecionis. ſing. partes æq. contere, frixa ac per telam exprime.

17. Equus veluti mortuus concidet, ſi auri illius lingvam ſerpentis cerâ albâ involutam impoſueris.

SUBSECTIO III.

De Ovibus.

Agetur. 1. De ovili. 2. De cura ovium. 3. De propagine. 4. De morbis & medicinis.

CAPUT I.

De Ovili.

1. Semel in anno sufficit purgare ovile, idque in æstate, le tamen campum in tres annos impingvat.

2. Ex ovili insecta ejicies. postquam repurgatum est, fiat suffumigium de capillis mulierum, ungulâ capræ, sulphure.

3. Solum sit declive ut defluant spurcitiæ. Fimus non hyeme sed in Augusto in agros macros evehendus, & relinquatur immotus usque ad Octobrem, postea dispergatur, sed non sit recentior quàm quatuor aut quinque annorum.

4. Crebrò odoratis herbis suffumigetur ovile, ne pestis oriatur: quæ si orta fuerit, iisdem remediis curanda quibus occurritur pesti quæ invadit homines.

5. Sit ovile bene coopertum & non altum, habeat distinctiones pro ovibus quo mulgentur, pro sterilibus, pro agnis, pro arietibus.

6. Septem oves quæ mulgentur tantum lacticiniorum dant atque una vacca.

7. Detur in pabulo fænum optimum, aut ſtramen piſorum vel hageci, & alni folia collecta in Autumno, ſtramine avenaceo cavendum, quia ex illo infirmantur. Etiam hyeme ad paſcua dum campi à nive ſunt liberi, ducantur.

8. Tempore frigido detur potus in ſtabulo cum ſale & farina millii, ſic lactis plus reddent.

CAPUT II.

De Cura Ovium.

1. Oves nunquam prata ingrediantur, quia pereunt.

2. Ex uno ariete habetur lanæ libra dimidia, ex ove una libra, ex agno dimidia.

3. Paſtor caveat in loco humido paſcat, fugiat etiam locum in quo creſcit avena. Timeat pluvias, in collibus paſcat. Baculo non percutiat.

3. Tondentur initio Maji & in Sept. ſed priùs bene laventur die calido & ſereno, & lana ſtatim ponderetur.

4. Circa feſtum S. Adalberti caſtrentur agni.

5. Non

5. Non exeant ad paſcua priuſquàm Sol rorem deſiccet & rubiginem , & pruinam quando eſt calor maximus non versùs ortum ſed versùs occaſum paſcantur. Veſpere ante occaſum Solis in ovile reducantur: ſed non tranſeant per locos pulverulentos. Neque in alienis campis pabulentur ſed in Domini, quia agros valde fimo impingvant.

6. Canes ovium ſint albi , quia nigros ipſæ oves metuunt. Ovibus nigris non ita multa nocent ac albis , & dant plus caſei & pingvioris. Sed nunquam miſcendæ albæ nigris.

7. Curandum ne oves ſint maculoſæ , quia lanæ illarum turbant vellera. Sint duorum annorum, molli lanâ , ejuſdem omnes coloris, & arietes etiam in lingva. Melior albus color, quia lana alba omnes colores recipit. Sint mundatæ.

7. Aries melior ſine cornibus, quia non ita cum aliis pugnat. Quæ ovis parvum habet ventrem & ſine pilo , nullius momenti.

8. Mungitur ovis per menſes quinque, gaudet ſicco. Minutæ oves montana amant, magnæ plana. In Æſtate ſub meridiem ſint in umbra ad aquam , In canicularibus ita paſcan-

paſcantur ut caudam ſoli obvertant. Hyeme ſemel bibant , æſtate bis , & ſæpiùs. Etiam in quovis calore caudam Soli obvertant.

10. Gregem in Italia præcedit Paſtor, ſequuntur pueri cum canibus. Poſtquam grex collocatus , Paſtor poſt gregem conſiſtit, & attendit ne debiles à robuſtis deſerantur, quæ pepererunt , domum reducuntur. Mula eſt loco canum.

11. Non paſcantur inter ſpinas, quia multum de lana amittunt, Oportet ut frequenter mutent paſcua, etiam bona. Utile eſt illas ſale aſpergere.

12. Poſt annos tres mutat ovis dentes. Vetula habet debiles, & læſos. Quæ bene tractatur, ad octo annos vitæ pervenit.

13. In tonſura ovium attenditur ne ſit ventus, & ut ros fuerit ſiccatus, nam lana rorida devenit nigra. Si lædatur forfice, ungitur vino & oleo oliv. & adipe propter muſcas. Sudat ovis dum tondetur, quocirca opus ut lana abſtergatur , ſic erit & purior & tenuior.

14. Omni anno de grege tollantur vetulæ oves ac defectuoſæ, & plus fructuum percipietur à paucioribus bonis, quàm pluribus vitioſis.

15. Oves optimæ ſunt, quæ collo longo, lanâ molli, ventre piloſo, caudâ longâ, ventre grandi. Talis ſit & aries, qui ut mitior fiat, cornua ei prope aures perforentur. Numero impare gregem putant ſalubriorem, ſed videtur ſuperſtitio.

16. In locis humidis ſi paſcantur, item inter ſpineta, rubeta, acarna, ſcabiem acquirunt.

17. Non æſtate ſed in vere tondendæ idque circa meridiem, & ſtatim oleo cum vino ungendæ ut roborentur, & lana fiat mollior, & ſi alicubi læſæ, cerâ cum ſevo illiniantur.

18. Tonſura fit in Aprili vel Majo, Lunâ decreſcente.

19. Non bibant aquam mortuam, ne infirmentur. Gratum eſt illis ſi Paſtor ſtet ſemper, non verò ſi ſedeat.

20. Triduo antequam tondeantur lavandæ & ſiccandæ: triduo elapſo poſt tonſuram aquâ ſalitâ abluendæ, hoc modo lanam dabunt prolixam.

21. Cùm emuntur oves, emantur lotæ intonſæ ut ſic magis de coloris unitate judicetur.

22. Lupus dicitur non nocere ovium gre-

gregi ſi ductori ejus ad collum alligetur ſilveſtre allium.

CAPUT III.

De Ovium propagine.

1. Arietes 8. vel 9. ovibus 100. admiſcentur, ſed non ultra 15. dies intra illas morari ſinuntur.

2. Ut naſcantur agni, fiat admisſio die ſereno, & flante Boreâ, contra quem ſtent oviculæ, concipiuntur ſpirante Auſtro calido. Sed Mater non ſit junior annis duobus, portat fætum quinque menſibus, Aries non ſit minor trienni.

3. Quando cum ovibus educuntur agni ad paſcua, non permittantur oves multùm ambulare, ut agni habeant tempus dormiendi, ſic enim pingveſcent.

4. Admisſio fiat in Julio, Auguſto, imò tardiùs. Poſt partum oviſtatim exprimantur ubera, ut primum lac in terram abeat. Talis coloris aries generat pullum qualem ipſe habet lingvam. Hederæ eſus agnellis eſt ſanus: qui caput & aures demittunt, ægrotant, ſolitariæ oves dum tonat, abortiuntur. Juvandæ in partu & proles extrahendæ.

5. Pri-

5. Primâ vice agnum uberibus Matris admoveat homo.

6. Talis coloris ovis producet agnum qualem prægnans habet lingvam. Non tantùm lactis subtrahatur Matri ut agnus macrescat,

CAPUT IV.

De morbis & Medicinis Ovium.

1. Læsum jecur sanat, si lupulus qui manet post coctam cerevisiam rursus coquatur cum absynthio, additoque jusculo salitarum carnium bubularum, bibant oves.

2. Tussientes oves aplaudâ suffumigandæ.

3. Contra omnes morbos, lupulum coque ad consumptionem aquæ, deinde cremato perfunde, atque ovibus aliquoties exhibe. Vel, herbam poterion contere & misce cum aqua & sale, ac propina. Æstate verò, vitriolo pulverisato tantundem baccarum lauri adde, & triplo plus poterii, & ampliùs absynthii, fuliginis, atque misce: appone tanacetum & salem copiosum, & quovis mense ovibus exhibe semel. Hyeme folia tremulæ siccata &

aquâ salsâ dentur consperſa, & illâ die nihil aliud edant.

4. Peſtis ovium provenit ex noxiarum herbarum eſu, tum infectæ ſeparandæ, vena ſub lingva aperienda, & præbeatur ſal cum ſulphure. Cùm oves mactantur, ſi reperiatur in una & altera vitiatum hepar habere, ſignum eſt peſtis futuræ inter oves.

5. Scabiem contrahunt oves, ſi ſudantes non abluantur, ſi affricent ſe rubis, ſi maneant in ſtabulo cum mulis aut equis, ſi diu famem tolerent.

6. Si ovis ſe ſcalpat, ſi cornu aut ungulâ percutiat, ſi alicui rei ſe affricet, obſervetur in quo id membro faciat, & illud pice liquidâ perfundatur.

7. Oves conſervat ſanas. Baccas juniperi minutatim concide, & miſce cum avena ac ſale, & ter vel quater ſingulis annis præbe.

8. Pediculos ovium perdes. Aceris radices contunde, ac cum aqua coque, & ita ovem perfunde ut ad pellem penetret.

9. Febri ovium. Venam aperi inter ungulas ſupra talum pedis.

10. Intertrigo, pice liquidâ ac alumine & ſulphure, acetoque mixtis, eruitur. Vel

æru-

ærugine infriatâ. Tuberculum autem cautè ſcinde ne vermiculus qui ibi latet ſaucietur, alioqui ſuâ ſanie vulnus reddet inſanabile.

11. Ovis ſi æſtu ſolis concidat, ſuccum betæ ſylveſtris ori infundito.

12. Difficulter reſpiranti aures ferro incidantur. Tusſienti amygdalæ tuſæ cum vini cyathis tribus dentur.

13. Pulmonaria provenit ex ſiti. Radix conſiliginis auriculæ infixa relinquatur.

14. Crura ſi fracta, vino & oleo telam imbue & pedem involve, ac poſtea duris arborum corticibus firma.

15. Mentigini. Hyſſopi & ſalis partes æquales accipe, & os, palatum, ac labra confrica, ulcera verò aceto & pice liquidâ cum adipe ſuillo ungantur.

16. Si tumeat venter propter vermes, aut herbas noxias comeſtas. Supra labra, & ſub cauda juxta ſedem vena aperiatur, & urina hominis in os infundatur.

17. Hirudinem ſi glutivit. Acetum acre calidum aut oleum oliv. ori infunde.

18. Ovium tusſis, ſanguis capitis, peſtis, rarò ſunt curabiles. In his ſtatim oportet mundare locum, & mutare, herbis odo-

ratis ſuffire. Præterea Rec. Sulphur, radices herbæ dictæ omnis menſis, partes æquales, albumen ovi duri, camphoram, & fiat unguentum, ſed priusquàm illo ungantur, aquâ ſalsâ laventur ſpecialiter.

19. Tusſiens comedat tusſilaginem, olei amygdalarum aliquid bibat, vel comedat fænumgræcum cum cumino contuſum.

20. Herba centinodia comeſta inducit ovibus inflationem & ſpumam fætentem. Tunc opus ſub cauda ſanguinem dimittere, vel in labio ſuperiore. Anhelitus difficilis levatur ſcisſis auribus.

21. Febrienti datur decoctio ſtomachi hædi bibenda, quod contra plura mala valet.

22. Phtyſis non ſanatur. Clavi ſanantur ſulphure, aceto, alumine. Ardor frontis & pedum qui inducit quandam inſaniam. Aperiatur vena quæ eſt in medio ſub naſo, vel ex temporibus ſanguis modicus educatur.

23. Ulcus, aperiatur, & ſal cum pice combuſtus applicetur.

24. Agnorum febri. Datur lac Matrum ipſorum cum aqua pluviali per æquales partes mixtum.

25. Sca-

25. Scabies ex roris eſu, abluantur aceto, ungantur pice cum adipe porci, hyſſopo cum ſale toſto æqualiter mixtis fricetur eorum lingva ac palatum.

26. Æſtate legantur herbæ quæ ſunt ovium medicinæ, contra peſtem illarum utiles ſunt baccæ lauri cum cremato, ſi infundantur pabulo, & illas dare expedit ante peſtem.

27. Peſti ovium. Rec. Allium, abſynthium, raphanum minorem, ſalem, miſce, ac ſimul contere. Deinde ſumptis partibus æquis cremati & aceti diluantur. Hic potus per triduum exhibeatur manè, & ab illo nonniſi poſt duas horas ad paſcua dimittantur.

28. Scabies oleo canabum, vel tiliæ ungitur.

29. Papilliones in jecore. In loco clauſo ſuffiantur cannabes, ſternutabunt oves, & papilliones evolabunt.

30. Tuſſientibus. Nymphææ quæ creſcit in aqua inſtar lilii albi detur radix cum ſiligine, ſale, cremato, trita. Vel, in loco clauſo ſuffumigentur paleâ canabum. Vel, lupulus poſt coꝍturam cereviſiæ detur cum ſale.

31. Cognoſcitur ovis infirma. Folia alnorum lecta in Autumno dentur ovibus in Januario, quæ illa comedet, eſt ſana: quæ abſtinebit, infirma. Vel oculi inſpiciantur, ſi venulæ ſunt rubræ, eſt ſana: ſi pallidæ, ægrotat. Vel, apprehende ovem per lanam in dorſo: Si retrahit pellem eſt ſana, ſi extendi permittit, infirma eſt.

32. Cognoſcetur etiam pellis an ſit ovium ſpontè mortuarum. Si in parte non piloſa venulas habet rubras, eſt mactata: ſi pallidas naturaliter eſt mortua. Quod ſignum pelli poſt mortem impreſſum patet, ſi pellis circa non ſit craſſa & piloſa.

SUBSECTIO IV.

De Capris.

Caput erit 1. De Cura Caprarum. 2. De Morbis ac remediis.

CAPUT I.

De Cura Caprarum.

1. Capræ vorant quasvis herbas, etiam venenatas absque damno, pro grege non valent primò natæ proles, atque adeò non alendæ.

2. Dum ſunt prægnantes capræ non permittantur ſecum pugnare, quia facilè abortiuntur, quinque menſibus ferunt uterum. Unus mas fæminis 15. etſi etiam ſufficiat pro 20. ſed ſemper admiſſarii paucioribus miſceantur. Non ſit junior annis 2. nec antiquior 6. Capra pro grege à biennio ad octennium valet. Plus lactis dat alba quàm alia: ſed eſt debillima. Nigræ lac phtyſicis utile.

3. Plus lactis dant capræ quàm oves: quidvis vorant cùm fament, etiam præſepe. Si plantam morſicent, arefaciunt. Non curant ſibi ſubſterni ſtramen in hara. Caper melior qui cornibus caret. Quia minùs pugnat, & minùs irritat capras fætas ad pugnam. In partibus frigidis meliores capri piloſi.

4. Si bene paſcantur capræ bis in anno pariunt. Caper octennis caſtratur in Gallia & comeditur.

5. Meliùs totum gregem (ſi emendus) ab eodem venditore emere, quia magis ſe capræ uniunt, item videndum ut ſit de ſimili tuæ terræ tam quoad paſcua, quàm quoad aquas.

6. Cornutæ pluvio, quæ ſunt absque

 cor-

cornibus, tempore ſereno imprægnantur. Admisſio fit in Octob. vel Novemb. ut capreoli ſint pro Paſchate.

7. Cavendum ne prægnans verberetur, ne edat glandes, aut ſalem, quia abortiret. Pulli teneantur in ſtabulo donec roborentur, poſtea dimittantur ad locum apricum & herboſum. In ſtabulis ſit mundities, alioqui ægreſcunt. Nec ſint plures quàm 100. ſimul, quia ſic meliùs paſcentur.

8. Non timent rorem in paſcuis aut pruinam, meliùs tamen ſi iſta vitent.

9. Quatuor aut quinque menſibus per annum mulgentur. Lactant tribus. Pulli caſtrantur ante annum ſine cibo & potu, æſtate egent aquâ copiosâ alioqui ſcabiem incurabilem contrahunt. Aliqui, & tutiùs, quæ ſunt abſcindenda ligant & invertunt. Neque illâ die dant cibum vel potum, & ſequentibus cum pauco cibo relinquunt in ſtabulo.

10. Hyeme egent calore. Vident clarè noctu. Caro illarum ſalita eſt melior quàm recens. Cornua per incrementa nodorum ætatem notant. Ut lac dent copioſum edant quinquefolium. Juvat ad hoc ipſum ſi venter circumligetur dyctamno. Sed lac

non

non multum dat butyrum , quia est macrum.

11. Capra stupida fiet si caput eryngii decerpserit. Boden.

CAPUT II.

De Morbis Caprarum, & Remediis.

1. Hydropem ex nimio potu contrahunt. Tum cutis sub scapula aperiatur , ut aqua effluat, & vulnus sanetur pice. Aliorum morborum sunt eadem remedia quæ pro Ovibus.

2. Si post partum ægrotet, poculum boni vini bibat.

SUBSECTIO V.

De Suibus.

Caput 1. erit de Cura suum. 2. De Sagina. 3. De Propagine. 4. De Morbis ac remediis. 5. De Carne quavis salienda ac conservanda.

CAPUT I.

De Cura Suum.

1. Porcelli qui nascuntur in fine veris, retinendi sunt, quia durant in gramine. Palea millii optima est suibus, item fex cerevisiæ, ac furfures.

2. Sues potiùs ſint paucæ & pingves, nam 12. tales plures dant porcellos quàm 40. macræ. Inter ſues facilè peſtis oritur ſi ſimul ſint multi ac devorent porcellos.

3. Porcelli qui habent dentes nigros acutos, niſi effringantur, pereunt.

4 Porcæ dum pariunt ſingulæ ſint ſeorſim, & porcelli qui adoleſcunt, ſeorſim. Nam ſi ſint ſimul macreſcunt. Sæpiùs haræ mundentur.

5. Sint haræ bene coopertæ, virgulta ſubſternantur. Calidus cibus hyeme detur. Subinde manè emittantur ut per rorem currant tempore tamen ſereno, & per aquam æſtate pellantur ut ſe eluant.

6. Quò pauciora habet ubera porca, tantò eſt melior. Etſi impræguari poſſit annicula melius ut expectentur 20. menſes, tum enim erunt porcelli & magni, & fortes. Parit bonos ad 7. annos & non ampliùs, & tum impingvetur ut cædatur, gerit uterum quatuor menſibus, bis in annum. Duobus menſibus lactat. Spectandum ut partus veniat in bonum tempus, quod ut fiat, ſit verres ſeparatim; & nonniſi certo tempore admittatur. Nam in frigore nati non creſcunt. Nec omnes porcelli relinquantur ſui, ſed meliores.

7. Quæ

7. Quæ ſus nimis eſt pingvis parum habet lactis. Non ſimul pariant, quia una alterius proles devorat, devorant & famis impatientes. Omni veſpere fiat ei recens ſtratum ut caleat. Videndum ne conculcet proles, unde cùm incipiunt ejulare, ſunt juvandæ. Timent porcelli frigus, ideò dum friget non eant ad paſcua, & dandus illis paſtus etiamſi trahant ubera, ne ſint nimis moleſti Matri: & ita magis & pulchriores creſcent. Cùm creverint, ſeparandi, ne fatigent ubera. Antequam ad paſtum prodeant bibant aliquid calidi, in æſtate ad aquam ducantur ut ſe refrigerent. Ubi vis gramen eradicari, ibi paſcantur, nam radices extrahunt. Sus prægnans ſi edat glandes, abortit.

CAPUT II.

De porcorum Sagina.

1. Cùm ſunt in fine ſaginationis, detur farina ſiliginis cum glandibus.

2. Cùm frumentum eſt vili pretio porci ſaginentur, & lardum ſeruetur.

3. Conferet Factor cum Domino quot ſaginandi porci: nam in ſterili anno alius numerus quàm in fertili.

4. Ini-

4. Initio ſagenæ alantur herbis vilibus quæ in hortis ſecabuntur poſt caules collectas, iſtæ porcos faciunt vaſtiores.

5. Ex malo victu contrahunt grandines. Plurimùm conducit ſi habeant ſtratum mundum. Mundetur ſæpe alveus in quo datur cibus, æſtate egent aquâ multâ & luto, aliàs infirmantur.

6. Caſtrantur in vere vel Autumno Lunâ decreſcente. Qui juniores caſtrantur melioris ſunt carnis ſed non cito creſcunt, maturiores exciſi magis creſcunt. Sed carnem dant viliorem. Sint die exciſionis jejuni, neque currant, vulnus ungitur adipe cum cinere, retinentur in loco calido & ſtrato bono: altero die datur cibi calidi parùm cum farina, vel ſi ſint juniores, ſugunt. Caſtrantur in Gallia & porcæ, biduò ante jejunant ut tantò magis vacuum habeant ventrem, nam illo pleno non ſuccedit, neque id fit à partu citiùs quàm poſt dies 15. neque ſint nimis pingves porcæ aut macræ. Faciliores huic negotio, quæ pepererunt dummodo ſub id tempus non æſtuent furore propaginis.

7. Citiùs ſaginantur ſi per triduum ante ſagenam nil edant, gaudent pabuli mutatione.

8. An-

8. Antequam porcus mactetur die unâ nec edat nec bibat, ut sic caro siccior, diutiusque servari possit. Sit dies cædis sicca: Luna decrescens, quia caro solidior & durabilior. Sed qui vult carnem in coctura crescere, mactet Lunâ crescente.

9. Quia porci sæpe habent mala intercutanea, cùm mactantur expedit setas amburere, non autem evellere, sic enim & morbidum consumitur. Carnes suillæ recentes sunt svaviores si in nive paleisque jacuerint.

10. Porcus sequetur hominem, ut scribit Plin. lib. 30. si illi dederis lotionem ollarum & scutellarum cum cerebro corvi, vel jecur muris in ficu.

11. Dicitur Verres intra 12. dies cucurbitâ impingvari. Et svadetur ut ante saginam porco dentur sex grana antimonii præparati, hoc enim modo intra mensem pingvabitur.

CAPUT III.

De Porcorum admissione.

1. Porca quot habet ubera tot habet porcellos. Si pauciores non est bona. Signandi sunt qui sunt cujus. Quia opus

quem-

quemvis à propria lactari Matre. Sed si plures alat quam octo, citò se consumet.

2. Verres discolor nimius est. Albus bonus. Optimus Aper quia & majores & meliores dat porcellos. Verres non sit minor anniculo, alioqui dabit minutos: potest usui esse quadriennio, sufficit decem, imò 15. suibus unus. Postquam excessit quadriennium castretur & saginetur. Bonum autem si cum suibus ejusdem coloris.

3. Postquam concepit separanda à verre, ne novæ imprægnationis conatu prior corrumpatur. Item gravida ab aliis dividatur, quia facilè damnum acciperet siquidem hæc animalia jacent catervatim.

4. Post primam Lunæ quadram ante plenilunium fiat admissio.

CAPUT IV.

De Porcorum Medicinis.

1. Sanitatis indicium cauda contorta, & è contrà pendula. Herbæ immaturæ inducunt dyssenteriam, & emaciant. Pulmonaria ex siti provenit. Remedio est, radix consiliginis, si auri percusæ inseratur, ut sanies effluat.

2. Sus febriens caput transversum gerit, & currendo concidit. Sangvis illi ex auricula detrahendus, item sub cauda ubi vena satis ampla duobus digitis ab ostio distat; sed tamen vena priùs verberanda est virgâ ut tumeat. Detracto sangvine ligetur saligineo vel ulmeo cortice. Biduò post domi contineatur, & bibat aquæ quantum voluerit cui admisceatur sextarius farinæ hordeaceæ.

3. Strumosis vena sub lingva aperiatur, & sale trito cum farina triticea os confricetur.

4. Spleneticus bibat è canale tamarisci aquam in qua carbones ardentis myricæ extincti.

5. Veternum patiens claudatur in stabulo, & per diem ac noctem abstineat â cibo & potu, postea detur radix cucumeris angvini trita cum aqua, tum vomet. Denique detur illi faba dura.

6. Grandinosam carnem ne sus habeat, in lintre de quo pascitur affigatur plumbea lamina.

7. Ab omnibus præservat morbis. Rec. Alumen, sulfur, baccas lauri æq. adde modicum fuliginis, & immitte sacculo, qui potui bis quotannis immergatur.

8. Gran-

8, Grandinosus deprehenditur sus, evelle setam è dorso, sequetur in ægro sangvis. Dum lactant carent grandine. Et qui in aliqua corporis parte grandent, etiam in lingvæ parte inferiore.

9 Lepra sanatur si crebrò aquâ salsâ sus abluatur, potui misceantur baccæ lauri, liberè vagetur, mundè habitet. Lepram habet si sub lingva sunt pustulæ parvæ nigricantes, si in radice cruentæ setæ, si pedes non potest retrò flectere.

10. Glandulæ inflatæ, perfricentur cum sale & farina siliginis.

11. Contra morbos ferè omnes sangvinem ovillum edant cum pabulo, & alium cibum illâ die non gustent. Vel, pultes siliginis coquantur, & ita calidæ dentur ut adurant: sed pridie sues nihil comedant, & ipsâ die nonnisi istas pultes. Et hoc fiat triduò. Vel, caput vulpis semper in eorum cibo madeat, ve ferrum ferruginosum.

12. Sues conservat sanos jusculum coctarum carnium equinarum, imò & ipsæ carnes comestæ vel in potu ossa canina deponantur.

13. Porci altiles si nimium fodiant & se pectant, grandinem habent. Detur illis per tridu-

triduum panis cum butyro aspersus pulvere baccarum lauri.

14. Sues à peste præservat asphodali radix si in eorum potu maneat. Sanantur in morbis, cancris aliquot devoratis. Si tussiant, radices cucumerum sylvestrium cum aqua illis dantur.

CAPUT V.

De Carne quavis salienda & conservanda.

1. Caro salita ut per annum duret. Rec. Coriandrum, baccas juniperi, frange utraque ac insperge. Sit autem caro in loco sicco, & in sua salita aqua tota mergatur. Eodem modo præparetur ad fumigationem, quæ fiat non supra ignem in camino, sed penes caminum in alto sit camera quæ habeat fenestram infra caminum per quam fumus intret.

2. Caro ne æstate corrumpatur, iisdem rebus ut proximè dictum inspergatur, & in aceto mergatur.

3. Ferina ut duret, in pisis recentibus trituratis jaceat, potest sic per tres septimanas servari æstate. Feræ minores exem-

ptis internis in loco perflatili pendeant, & alternis diebus novis urticis farciuntur.

4. Fungi (ut hoc obiter tangam) saliendi, prius modicè coquantur, tum saliantur & cæpis conspergantur.

5. Caro circa ossa magis saliatur, sit sal siccum, mundum, copiosum: quod salitum est post dies octo revideatur, & si aliquò sal non pervenit, ponatur. Post tres septimanas potest suilla extrahi è sale, & aquâ purâ ablui ne caro rancescat, tum soli ac vento exponi, caveatur autem vehementer à Lunæ radiis.

6. Carnes suillæ ne rancescant dum fumigantur, initiô modicus fumus adhibeatur.

7. Caro ut tenerescat in cumulo hordei defodiatur.

8. Caro salita ut deponat salem prius coquenda in lacte, postea in aqua.

9. Carnes diutiùs in vento servantur, sed ubi mundatum fuerit animal intra suam pellem relinquatur, sic carnes erunt candidiores. Arietinæ tamen meliùs durant decoriatæ & concisæ.

10. Salitio carnium, imò & frumenti exsiccatio fiat in umbra, Boreali flante ven-

vento, & vermes effugiet, cum meridiano corrumpuntur.

SUBSECTIO VI.

De Mulis & Asinis.

1. Hæc animalia apud nos non naſcuntur, aliunde tamen adducta habemus.

2. Mulus laborat multùm, cibo contentus pauco, ſubitò ferocit, & valdè periculoſus eſt. Bene ſoleatus quatuor lupos invadit. Mula non parit, etſi pariat fit aliquid imperfectum. Ex aſinis & equa mulus. Ex equo & aſina Hinnus. In Syria muli ac mulæ ſunt fæcundi, ſed fortè ſunt alterius ſpeciei.

3. Aſinus admittitur nec junior tribus nec antiquior decem annis, & ſi id fiat ad equam, illa ſit in ætate intra duos & quatuor annos, idque menſibus vernis, ut proles edatur quando gramen copioſum eſt. Pullus non laboret ante triennium, vivit ferè 80. annis.

4. Lactat aſinus duobus annis, quibus elapſis ſtatim ſeparatur à Matre, & laborat. Vorat ſpinas, cicutam, & quidvis, portat unus tantum ac equus & plùs quàm ipſe ponderet ſoleis munitur. Poſſunt illi faci-

facilè aures forfice circumcidi ne ſint adeò grandes.

5. Aſina fert uterum anno & diebus 10. decimo menſe lac habet, parit in loco obſcuro, ſi cum gravida equa coëat, fætum mactat aſinus, quod equus non committit. Per caput dejicit ſeſſorem, aquam ſimul bibit & urinâ inficit. Sed niſi poſt congreſſum currat aſina, ſemen quod recepit, abjicit. Parit usque ad mortem, ſed intermittenda ſubinde admiſſio ne ſe conficiat. Lac ſubtilius habet quàm vacca, & qui ſe eo laverit ſubtiliorem habebit cutim. Cor illi grande, fel nullum, optimus horcis ejus fimus.

6. Aſinus fit piger ocio, raro infirmatur, & ut equus curatur.

SUBSECTIO VII.
De Cane & Fele & Medicinis.

CAPUT I.
De Cane & Fele.

1. Canis uterum gerit 60. circiter diebus. Sexto menſe à priore partu caput imprægnationis novæ, catuli nati ſunt cæci 12. diebus. Quinque diebus Mater ante par-

tum habet plena lacte ubera, parit ad annum 20.

2. Juveni cani albicant dentes, seniori nigrescunt, mutat duos caninos mense quarto. Qui noctu allatrat lunam, parvi momenti quia domesticos custodes decipit.

3. Custos canis, non sit valdè pinguis, ut facilius currat, habeat collare cum clavis ferreis. Si ligatur de die ne homines aspiciat, noctu fit ferocior. Nomen illius non sit longius dissyllabo, faciliùs illud discet, non sit mas.

4. Non admittantur nisi sint unius anni, & primi partûs abjiciendi. Catelli currere non permittantur nisi post sextum mensem. Postquam expleverunt dies 40. cauda resecetur, & rabiosus non fiet nisi casu aliquo, nec vermes in ea parte nascentur. Et hoc servatur in calidis regionibus. Non omnes quos peperit lactet, sic enim cæteros melius educabit, ille optimus qui tardissimè oculos aperit, & quem Mater, si omnes fuerint igne circumsepti, primum exportat, vel ad cubile defert, bonus unicolor, & qui præ aliis domum prior redit, cui si trahantur aures, minùs aut nihil

clamat, qui minùs blanditur. Dentur illis ossa rodenda, quia sic os ampliant, dentes roborantur, crescit ferocia. Concitentur inter se, ita evadunt vivatiores: Sed non nimis, quia victus animos dejicit. Qui primùs nascitur, vilissimus: qui ultimus, optimus. Juventur lacte pecorino, & um Matre sint per menses duos, postea mensibus decem teneantur clausi, sed omnes simul, ut maneant cicures. Aliquid de pane misceatur cibo ut sint alacriores, macilentioribus detur caro. Caveatur ne pulvis in eos involet, ne cimices, aut aranei sint propè. Mittantur interdum inter boves, oves &c. ut assuescant dignoscere. Si vexantur à pulicibus, laventur decocto rutæ, salviæ, cum sale. Anniculi facti assuescant audire lituum, natare. Sed cursu vehementi ante menses 18. non exerceantur.

5. Ut canis certæ feræ sit hostis illam solam primâ vice insequatur calido tempore, nam si frigido id faceret, pro calido non valeret, hoc autem exercitium faciat junctus antiquis canibus. Catelli primi subtrahuntur ut Mater Juvenis crescat & firmetur. Ne insaniant in canicularibus, refri-

refrigerentur balneo frigido, & in loco frigido jaceant.

6. Dicitur illum ſequi canis qui illi dedit ranam coctam, vel qui ſalem, aut panem ſuo ſudore tinctum. Non permittatur autem morticinum accedere, quia ſemper illud appetet.

7. Catus tantùm ad ſexennium valet, rufus eſt vorax, albus non patitur nigrum. Paſci debet mediocriter, nam venatur mures magis ob luſum quàm cibum, optimum eſt illos naſci in Januario in loco calido, ut evadant pulices, magis venantur qui ſylveſtriores. Rufus & albus non laudantur. Cauda in locis calidis ſcinditur, ne vermis innaſcatur.

8. Morſus cati ſanatur alligatâ ſtupâ vino imbutâ.

9. Canis venaticus fit animoſior ſi ejus fera ſangvine alatur, ad cujus capturam deſtinatur.

10. Canes villoſi naſcentur. Si mater perpetuò incubet villoſæ pelli arietis. Glabri naſcentur ſi parentes eorum ungvento deglabrante ungantur, & ſic per aliquot generationes procedatur. Nani fient, ſi dum ſunt parvi inſuantur, relictis forami-

nibus ad necessaria. Nasum fractum habebunt si dum est catellus supra nasum nodus alligetur. Veloces canes ex vulpe & cane nascuntur. Vel si lacte lupæ aut cervæ alantur. Canis mimicus ex simia & cane.

11. Non erit obnoxius rabiei canis si venulam, quam habet sub lingva similem vermi, excideris. Canum venenum est spongia frixa in pingvedine & hanc evomere non possunt. Necantur & nuce vomicâ, & vitro, curantur autem oleo copioso epoto.

12. Canis erit parvus, si catellus bellidis radices in aqua elixatas ederit. Vel lacte nutriatur cui nitrum inditum est.

13. Caniculus primo genitus solet esse patri similis ut melior sit non permittendus multùm dormire velocior fit si parum oliv. in potu bibat. Ad cursum valet qui levissimus, ad robur qui gravissimus.

CAPUT II.

De Canum & Felium Medicinis.

1. Si muscæ canum invadant aures, unctio fiat ex succo juglandium. Si canis devoravit venenum, statim illi aures à summo ac imum scindantur, & dimidia cauda, & unus ungvis pedis sinistri. 2.Ca-

2. Canis rabidus, verſat caput, ſalivat, conſiſtere non poteſt, currit vagè jam huc jam illuc, cibum negligit, macreſcit, fugit domo, non agnoſcit domeſticos. Detur decoctum calamandrinæ ut bibat, vel ignito ferro perforetur pellis intra caput & aures, & hoc aliquoties. Sed tutiſſimum, citò occidere.

3. Si guttur infletur, oleo de chamomilla ungatur per dies aliquot, poſtea locus abluatur aceto non forti cum ſale modico.

4. Si verminet, vulnus quod lingvâ non poteſt attingere, imponatur illi gummi de hedera, & maneat intùs biduo. Abluatur deinde locus vino cum axungia. Vel in plagam ſuccus putaminis viridium juglandium fundatur. Vel cinis, vel calx inſpergatur: ſed optimus eſt pulvis cucumerum ſylveſtrium.

5. Aures putridæ cùm muſcarum grege. Rec unc. quatuor gummi tragaganthi, & in forti aceto per dies 8. macera. Hoc aceto vulnus eluatur, gummi autem inter duo ſaxa contere & adde aluminis roccæ unc. 2. gallæ contritæ unc. 2. miſce, & ungatur locus.

6. Canis ſi mordeatur à vulpe. Locus oleo

oleo oliv. In quo decocta est ruta, ungatur.

7. Si vermis in lingvæ extremitate nascatur. Juveni cani ferro acuto extrahatur. Seni autem immisso in os ligno, in locum affectum infundatur oleum cum sale copioso. Ob hunc vermem insanit canis, sed etiam ob cibum venenosum, ardorem Solis &c.

8. Scabioso cani unctio. Rec. Axungiæ porci lib. 1. Olei oliv. unc. 3. Sulphuris unc. 3. Salis unc. 4. Cineris unc. 2. Misce & coque. Ungatur per triduum in loco calido, & postea bis lixivio lavetur. Ut verò pili recrescant lava canem decocto lupinorum, & postea vetere porci axungiâ unge. Vel, Rec. lib. 1. axungiæ, mercurii unc. 2. Unge in loco calido, & pili vitiosi decident, tum ut novi crescant, unge axungiâ.

9. Si ab alio sit cane morsicatus. Pilos ejus canis qui momordit misce cum pice, & fac emplastrum. Vel stercus caninum applica. Et multi dicunt stercus animalis ejusdem speciei cum eo quod momordit, excepto homine, valere ad morsum.

10. Canis ut sit à rabie securus, cùm attigit catellus dies 40. nervus qui vadit per arti-

articulos ſpinæ, aliquouſque extrahatur & abrumpatur, huic cani etiam cauda non creſcet.

11. Catus ſi glirem voravit, modicum radatur argenti ſupra panem unctum butyro, comedat.

12. Si mordeatur à cane rabido cor rabidi & jecur comedat.

13. Scribit Geſner quòd eum canes non invadant qui ſecum defert artemiſiam, & verbenam, ſed ſint effoſſæ cùm Sol eſt in Virgine.

14. Canes nati cùm Sol eſt in Geminis ſolent inſanire, item dum eſt in Aquario.

15, Catuli ſimiles erunt patri, ſi in coitu pater ſit jejunus mater ſatura. Sed ſi mater fuerit jejuna pater ſatur, filii matriſabunt.

SUBSECTIO VIII.

De Proprietatibus quorundam Quadrupedum.

1. Pilus ex cauda equi decidens in aquam concipit vitam, & mutatur in vermem pernitioſum. Corn. Agrip. de occult. philoſ. lib. 1. c. 36. Ex equi cadavere generantur veſpæ. Ovid.

2. Vac-

2. Vacca nullo modo intrabit portam, si lupi jecur assum illinatur cum lacte por, tæ. Gesner.

3. Aries per dimidium annum jacet in uno latere, per dimidium in alio. Lonicer. Oves juniores si pariant ante tempus, signum est pestis. Si pellis lupi recenter occisi inferatur stabulo nullæ pecudes pabulum sumunt.

4. Pantheræ fugiunt calvariam hominis. Gesner. Cor lupi tostum & servatum bene olet. Tonicer. Cervorum sangvinem & pingvedinem serpentes vitant. Schwent. Si limaces circa simium positi fuerint, vehementer timet, ut & frustum rubrum carnis. Lunâ deficiente simiæ sunt tristes, crescente hilares.

5. Abortus suum & canum sequitur, si de quo conceperint, castretur, aut mactetur. Fœminæ concipiuntur spirantibus Austris, masculi Aquilonibus.

6. Equi debilitantur odore pomi cydonii, Mustellax non invadit dentibus si allium momorderit.

7. Cydonia quodcunque animal si ferat in dorso citò fatigatur ob eorum odorem nisi panem ederit. Equi & asini deliquium pati-

patiuntur ſi ficus recentes portent niſi panem comederint.

8. Feles ſummè delectantur, ut in ea volutentur, calaminthâ, quæ & Nepeta dicitur. Pantheræ fugiunt allium.

9. Vulpes ſi amygdalas amaras comedat; niſi ſuperbiberit, moritur.

10. Erinaceus conglobatus aperit ſe ſi aquâ per ventrem perfundatur, boves non comedunt ſi illis nares ſuo fimo illinantur. Acanthus avis pœnè emoritur conſpecto aſino. Equi ſalivam ſcribit eſſe Marcellus præſentisſimum remedium phtyſico ſi illam ſpumantem cum aqua calida per triduum bibat, ſed equum mori.

11. Tauro ſi ungantur nares oleo roſarum, vertiginem patitur. Conſtant. Hircus non fugit ſi illi barba præſcindatur. Idem.

12. Inebriantur canes radice rododaphnes. Aſini cicutâ. Equi fiunt ſtupidi comeſto ſemine hyoſciami in hordeo donec perunxeris aceto nares; Simiæ vino:

13. Venenum eſt canum nux vomica in lima raſa, item aſparagi decoctum, plumbi fumus, ſed & omnia quæ cæca naſcuntur mactat nux vomica. Luporum venenum lyco-

lycoctarion, seu herba Luparia. Murium staphisagria, Asphodelus, Caprarum ægolethros. Equorum, veratrum, sandaracha. Ovium, sabina, nerion, & aqua in qua folia rhododandri maduerunt. Mustellarum, sal ammoniacum & triticum.

14. Pelliceus factus ex pelle ovis mortuæ, aut quam lupus occidit, si gestetur proximus corpori, quasi morsicat.

Plura de proprietatibus rerum reponimus ad mundum nostrum curiosum, seu historiam naturalem.

SUBSECTIO IX.

De Medicinis communibus omni domestico animali.

1. Pro omni morbo. Rec. Baccas lauri. die natalis Domini singulis unam baccam præbe.

2. Si inflatur. Acetum cum creta & albo synapi misce, da bibendum. Addito sale, & leniter latera animalis concutiantur.

3. Cùm intumuit caput. Fiat suffumigium, supra carbones quernos ponendo herbam verrucariam, artemisiam, paleas canabum, donec animal sternutaverit.

4. Dum se circumagit. Cum forti cremato

mato misce synapi album tritum, & inter oculos animal ablue.

5. Paleæ triticeæ sunt venenum animalium.

6. Fractio ossis. Mite animal curatur, Ferox desperatum. Os fractum intra duros cortices arborum religetur, tum fiant emplastra de consolida.

7. Omnis tumor aperiendus ferro ignito, & materia per dies aliquot fluere permittatur, postea applicetur oleum oliv. cum aceto partibus æquis mixtum, & melle calefacto.

8. Contra pestem, Reduc lacertas ollæ inclusas in cinerem, & sali misce, lambat animal. Vel decoctum rutæ animali in os ac nares fundatur.

9. Sangvisugam si ebibit, cimicem in aqua tritum bibat.

10. Albugo. Fel Lucii cum vino immittatur oculis. Vel, baccæ lauri cum aqua rosarum, Vel, stercus hominis ustum inspergatur, & aquâ tepidâ oculus eluatur.

11. Boves & Oves à morbis præservat tertio quovis anno vena sub lingvâ aperta. Et hoc idem prodest contra debilitatem.

12. Inflammatio Boum & Ovium restin-
gvitur:

gvitur. Rec. Smegma, allium, contere; farinam triticeam adde cum aceto bono, & gutturi infunde, & animal currat ut incalescat.

13. Præservat item animalia theriaca in Majo & Autumno exhibita.

14. Contra pestem datur halec contusus cum cleopissâ & pane. Vel, bufo contusus, manipulus rutæ, amaraci, synapi albi, piperis, salis gemmæ, partibus æquis. Pro singulis animalibus una quartæ quarta aceti addatur nihilque eâ die bibant aut edant. Vel, detur aqua in qua maduit lardum recens.

15. Scabies, lavetur lixivio, & animal donec siccetur maneat in loco calido.

16. In casu subito. Tria ova recentia fracta successivè animalis ori intrudantur cum pugno salis, naresque & aures bene sale perfricentur.

17. Vim theriacæ obtinent baccæ lauri cum cremato mixtæ pabulo.

18. Animal cornigerum dicitur sequi hominem si ejus cornua cerâ ungantur.

19. Medicina universalis. Rec. Calamum Aromaticum verbenam, contere simul in mortario, affunde acetum & salem, detur

jejunis

jejunis neque illâ die quidquam aliud edant. Vel, Rec. Baccarum lauri lib. 1. Herbæ Pol. zielenica cribrum, teratur, addatur allium cum fuligine & sale, detur hoc in potu.

20. Cleopissâ nares modicè ungantur.

SECTIO. V.

De Volatilibus Agrariis.

AGetur per Subsectiones. 1. De Gallinis domesticis. 2. De Gallis indicis. 3. De Anseribus. 4. De Anatibus. 5, De Columbis. 6. De Pavonibus, Phasianis, Cygnis. 7. De Apibus & Melle.

SUBSECTIO I.

De Gallinis domesticis.

In hac Subsectione erit Caput 1. De Gallinario. 2. De Ovis & exclusione. 3. De Caponibus. 4. De Sagina. 5. De Morbis & Remediis.

CAPUT I.

De Gallinario.

1. Ubi morantur gallinæ locus frequenter lixivio aspergatur, ut pulices, & alii ver-

mes intereant. Sit prope furnus quia fumo delectantur, & in cinere libenter volutantur, ex quo fiunt pingves ac fæcundæ. Sit locus bene clausus ne bestiolæ subintrent, nam & lacertæ nocent. Habeat portam versùs meridiem, & fenestras loco alto ut fætor exhalet. Sit locus siccus & contra pluvias optimè munitus, pro nocte clausus.

2. Aquam bibant mundam, habeant pro suis nidis divisiones in quibus ova ponant, stramen in nidis sæpè, & æstate præcipuè mutetur ut sit semper mundum, quia gallinis proprius fimus inducit morbos, podagram, ungvem in lingva.

3. Sint dispositæ perticæ in quibus dormiant, desuper planæ, ne in rotundis titubent, perticis applicatæ sint scalæ per quas ascendant. Quia dum sursum volant ac luctantur, intra se ova rumpunt, neque omnes possunt volare. Sint circa illorum domunculam aliquæ arbores sub quibus possint umbram capere.

4. Vespere dandus illi domi cibus, ut pro nocte assuescant domum redire. Hyeme danda aqua tepida, sit & locus tepidus, sic etiam hyeme ova ferent, quæ pedibus frige-

frigefactis non ferrent, videndum etiam ut pedes mundos habeant dum cubitum gallinæ eunt.

5. Etiam manè cibus detur, ne si illum quærant alibi, etiam ponant ova alibi, albæ non æquè sunt fæcundæ, nec longævæ.

6. Gallina aut Gallus ungues habentes quinque sunt ferociores, quæ verò habet ungves grandiores ut plurimùm solet ova rumpere aut devorare. Pingvis est sterilis. Quæ cantillat ut gallus est inutilis.

7. Gallina bona digitos habet inæquales, oculos magnos, pentras ad nigredinem tendentes. Gallus rixosus lenitur si orbiculus coriaceus tibiæ illius inducatur.

8. Si hortos intrent gallinæ fiunt steriles, ideò vicini horti spinis sepiendi. Melior est gallina mediocris quàm alba. Sub arbore noctu dormiens contrahit morbos, item si bibat aquam glaciatam, aut maneat in pluvia. Si non habeant pulverem in quo se volutent, contrahunt vermiculos.

9. Sufficiunt pro prædio 25. Gallinæ dum sint bonæ. In Autumno gallinæ seliguntur pro hyeme servandæ, reliquæ, uti & quæ plusquam trimæ, ad calinam deputantur.

10. Hoc jucundum. Alligetur funiculo gallina & vexetur donec jacuerit, tum cretâ in terra incipiendo ab ejus oculo scribatur linea, funiculus tollatur, hâc lineâ credet se alligatam.

CAPUT II.

De Ovis & exclusione.

1. Nimis juvenis gallina bene fert ova, sed malè pullos educat. Quæ non fert ova, pectus illi & venter deplumetur, & flagelletur urticis, & aliquoties mergatur in aqua frigida, cibus per triduum subtrahatur, ligetur strictè in cavea. Tum verò detur illi cibus, & gallo societur, & sic pariet.

2. Ultra tres annos ad ova inutilis. Steriles impingvandæ pro mensâ, quæ bis de die fert ova citò moritur. Devoranti sua ova globi cretacei, aut ex rapis facti supponantur. Priusquam permittatur incubare, ferat 50. ova, sed hoc non ubique succedit.

3. Ova pro pullis debent esse ea quæ infra octo dies à coitu cum gallo nata, talia enim sunt prolifica. Melior ad incubandum gallina quæ sæpiùs exclusit, nec antiquior quàm trimula.

4. Ab

4. Ab initio Martii ad finem sept. tempus aptum est pro incubatu. Sed pulli qui post medium Junii excluduntur, parum valent.

5. Ova non sint nimis recentia, sed minimùm octo dierum. Sit nidus mundus, æstate excluduntur pulli intra dies 18. hyeme intra 25. & temporibus frigidis pauciora ova ponenda, poni autem solent 17. 19. 21. 23. non plura. Ne refrigescant, habeat gallina prope nidum sufficientem cibum.

6. Incipiat incubatio ante plenilunium, ut deinde pulli post novilunium prodeant, tales enim crescunt magis. Sit nidus loco separato ne aliæ gallinæ vexent incubantem. Et ut pulli sani nascantur, saltem bis ova necesse revolvere ut omnia æquè calefiant. Ad nidum per scalas ascendat, quia supra ova involando posset ea confringere.

7. Inter ova gallinæ supposita si aliquod sit ruptum abjiciatur. Adnotetur dies quo cæpit incubatio ut possit juvari pullus, nam si 19. vel 20. die non prodierit, rumpenda est modicè testa, quam aliquando propter duritiem aperire non potest. Si 21. die pullus non compareat, res est de-

ſperata, ejiciantur ova ne gallina fruſtra ſe vexet.

8. Bonum eſt ut quatuor vel quinque gallinæ eodem die incipiant incubare, ut poſtquam aliqui pulli prodierunt, ova reſidua ſub unam gallinam colligantur, & pulli alteri ſupponantur, ſed nulli omnes tollendi, ſed ova priùs modicè aperienda quæ ſi corrupta fuerint, abjicienda. Quæ ultimis ovis incubat cibo careat per biduum, donec omnia excluſerit, tum optimo pabulo reficienda.

9. Pulli ac prodierunt ſtatim in cribrum mittantur, & ſubtus fiat fumus urendo pulegium, vel mentaſtrum, & illâ die non detur illis cibus, ſic enim præſervabuntur à pituita. Deinde ſint ſub gallina in loco calido, ſequenti die bene paſcantur, vel molli trito caſeo, vel foliis porri tritis & coctis. Sed parùm detur unâ vice ne ſe ita impleant ut non poſſint digerere, ſic præſervabuntur ab ungve in lingva, & catharris, ita alantur per triduum, & in corbe retineantur cum Matre in loco tepido. Poſt hos tres dies habeantur in loco ampliore cum Matre per dies 15. & levibus cibis alantur donec acquiſiverint vires. Demum

1 Polej
2 Miętka polna

mum vagari liberè ſinantur, ſed infra cameram aliquamdiu.

10. Triginta pullos una gallina poteſt ducere, aliæ pariant ova.

11. Poſtquam intra cameram pulli diſcurerunt per menſem, quo tempore caveri debuit ne aquam turbidam biberent, ut non oriretur ungvis in lingva, plumæ ſub dorſo detrahantur infectæ ſordibus. Si conſtipentur, pluma anſerina lixivio peruncta inſeratur ſi pediculis ſcateant, aquâ laventur in qua cocti lupini.

12. Ova quæ ſupponuntur decem diebus antiquiora non ſint. Gallinæ quæ roſtra & ungves acutos habent, ineptæ ſunt in cubando. Plin. & Colum. Dicunt ex longis ovis marem generari, contrarium ſentit Ariſtoteles.

13. Ova incubatui utilia merguntur in aqua, inutilia ſupernatant. Ita exploranda poſt aliquot dies incubationis, non autem concutienda quia fibræ læderentur. Vel poſt triduum ab incubatu opponatur ovum Soli ſi pellucidum apparuerit abjiciatur. Tonitru læduntur ova ſuppoſita ideò pro antidoto ſupponendum aliquid graminis, vel ſurculi lauri, vel capita allii

cum clavis ferreis. Si aër nimis æstuet, ne ova arescant leniter aquâ irriganda, quod observandum præcipuè circa ova Gallorum Indicorum & Pavonum.

14. Die 20. post incubatum si moveatur ovum sonus pulli audietur, & hoc tempore incipit plumescere, & habet caput supra dextrum pedem, alam verò dextram supra caput, & vitellus paulatim deficit.

15. Non oportet pullos à Matre tollere, aut alere, donec omnes excludantur. Hoc tempore etsi ceciderint ex alto damnum non accipiunt. Serpens si illos afflet, perimit.

16. Maximè valent pro ferendis ovis ab anno, & dimidio ad secundum, ideoque tum pascendæ magis. Et quidem ut caleant danda, aliquando autem cum fænograeco. Sed gallinæ pingviores minora ferunt ova. Ut autem ferant majora, albissimum gypsum cibo immisceatur. Vel pulvis lapidis contusi tenuiter cum siligine contusa vino modicè irrorando. Vel detur ad saturitatem hordeum semicoctum cum vitia & millio.

17. Incipiunt ferre ova calore incipiente, desinunt illo desinente. Dabunt tamen

men totâ hyeme si alantur pane assato & mollificato, & vespere aliquid avenæ vel hordei comedant, & sint in calore.

18. Ne tonitru sub incubante gallina offendat ova, præter illa de quibus suprà, aliquid ferri supponatur, vel folia lauri, vel allium, vel herbæ virides.

19. Incipiat à 12. Lunæ incubatio nec post 14. vel à decima non post 15. ut pulli sequente novâ Lunâ prodeant. Ne verò ova in nido corrumpantur, suffumigentur sulfure. Pro incubatu non assumuntur alia ova nisi nata inter 7. Febr. & 22. Sept. Item quæ sunt primi partûs, non valent. Observant aliqui ut supponantur in Jan. 15. in Martio 19. in April. 21, quia cum mensibus crescit calor. Qui pulli post medium Junium excluduntur, non crescunt, & sunt viles.

20. Non temerè ova quibus incubat gallina tangantur, quia non facilè ad illa redit. circa 18. diem ab incubitu quæ ova in aqua tepida supernatant, abjicienda.

21. Ne afflet pullos serpens circa eorum domunculam frequenter cornu cervi urendum, aut galbanum, aut capilli mulierum, nam hi fumi fugant serpentem.

22. Excludi etiam ova possunt intra pul-

villos factos è plumis gallinarum conspersis earum fimo ; & collocanda sunt ut parte acutiore sint sursum, oportet in nido revolvi ova singulis diebus quaternis. Dicuntur pulli ejus coloris nasci quo ova tinguntur.

23. Ova si æstate serventur in siligine rumpuntur. In jusculo salso durant sed vacuantur. In canabe sunt tutiora hyeme & æstate, sed contrahunt odorem. Diutiùs perdurant si non in lateribus jaceant, sed acutiori parti insistant : & durabiliora quæ post novilunium Augusti nata, vel Lunâ Novemb. decrescente, vel die Natali aut Ascensionis Domini, ut quidam volunt. Servantur hyeme in palea seu straminibus concisis, cinere, æstate in furfure. Unus gallus sufficit viginti quinque gallinis.

24. Alii ut totâ hyeme ova habeant recentia bene pascunt gallinas, & in loco calido retinent, ac in cibo præbent semen urticarum siccarum cum furfure calefactum. Urticas autem maturas ac plenas semine colligunt, atque ex fune suspendunt ut putrescant deinde servant clausas, gallinæ subinde sereno die gallis misceantur.

25. Gallinæ 30. dant per annum capones 60. & alias gallinas. 26. Ova

26. Ova non exclusa possunt coqui ut sint dura. Et tenuiter concidi ut dentur in pabulum novis pullis, & hoc illos conservabit.

27. Gallina plura ova pariet si tritum leporis stercus cum furfuribus comedat. Vel semen rutæ capraria cum pabulo, vel semen canabis cum semine urticæ. Sterili autem datur nigella. Steriles gallinas faciunt acini botrorum, fabæ, paleæ fabarum.

28. Excludi etiam possunt hoc modo pulli. Firnum columbarum, aut gallinarum contere & cribra, tum ova in loco calido in hoc fimo pone, ne unum contingat aliud, ac omnia cooperi plumis gallinarum, & hoc singulis diebus renova, post 20. dies cautè aperi pullis testam, & gallinam superpone. Vel sepeli ova in fimo calido, qui post senos dies renovetur ne putrescat, & videndum ut æqualis semper sit calor.

29. Pulli erunt varii coloris, ait Andr. Tesner. Si ova pingantur varie & oleo oliv. ungantur, & siccata gallinæ supponantur. Sed sint colores qui aliàs in gallinis reperiuntur.

30. Pulli singulis annis colorem mutabunt si

si ova feriâ quintâ gallinæ supponantur, natis hâc die ovis nec frigus, nec aliud corrumpentis nocet. Ait Schwent.

31. Ova nata Lunâ decrescente non valent pro incubatu. In dextra parte gallina gerit ova ex quibus mares prodituri: In sinistra ex quibus gallinæ.

32. Pulli erunt inplumes si ederint aliquid ex assa fœtida. Imò id ipsum cuivis gallinæ accidet: plumas enim dimittet. Occisa etiam gallina, sine aqua deplumabitur, si pellem illi in capite aperueris ac inflaveris, sicque jacere permiseris.

33. Gallus incessanter cantabit, si agallochum admixtis paucis garyopillis atque osse de corde cervi oleo nigellæ miscueris, & hoc ungvento caput galli perunxeris. Lemnius de complex, lib. 2. c. 4.

34. Gallæ non fugiunt si quis herbam Angelicam manducaverit & contra illas halârit.

35. Pulli saginantur micis panis albi cum lacte appositis.

CAPUT III.

De Caponibus.

1. Capo ut gallinæ loco pullos ducat, sit

ſit juvenis & venter ac totum pectus deplumetur, ac urticis bene opus cædi, & per biduum abſque cibo relinquatur, tum offeratur illi de bono vino juſculum cum pane, & pro potu vinum detur ad ebrietatem, & ſic habeant per triduum, & aliud triduum ſit in loco obſcuro. His factis datur illi unus pullus per dies decem uit cum illo in lucem exeat, & mox illum adamabit, poſt illi adduntur pulli 25.

2. Tempus caſtrandi pullos quando cantare incipiunt, dum ſecum pugnant, quærunt gallinam. Aliàs nunquam pingveſcent, quia ſunt ſalaces. Pridie caſtrationis nec cibus nec potus detur, ſit Luna decreſcens. Exempto quod eximi debuit conſuatur vulnus & cinere aſpergatur. Alatur autem bene & bibat, & ad hoc cogatur novus capo, & per triduum in cavea claudatur ne diſcurrat, talibus neque criſta, neque barba creſcit. (Simili modo caſtrantur anſeres) poſt triduum abſcinde forfice criſtam & barbam ne illum galli invadant, & hoc meliùs quàm ſi unâ die totum fiat. Alii loco caſtrationis exurunt ferro calcaria uſque ad tibias, & ita illis poſt dies 30. ſpontè areſcit, quod exſcindi debuit, ſed ſeni-

ſenibus ita uſtis non niſi poſt tres menſes. Alii quæ fuerunt exſcindenda, ferro exurunt, & vulnus cretâ obducunt.

3. Non ſatis eſt factus capo cui non exuſta calcaria, quæ debent exuri priùs ex illis de tracto cornu.

4. Capo excludet ova ſi vino inebriatus poſitus fuerit ſuper ova, & cribro ne avolet, contegatur, deinceps ſpontè incubabit. ait Geſner.

CAPUT IV.

De Gallinarum Sagina.

1. Gallinæ ſaginandæ aut capones, ſint loco ſtricto & obſcuro, ſed calido, illæ ad ſaginam aptiores quæ cervice pingvi. Optimum eſt ſi in ſportulas includanrur perforatas ut caudam & caput exerant, ſportulæ verò pendeant. Deplumentur autem in capite & ſub alis ne pediculos creent, & ſub cauda ne ſuo ſe luto inficiant. In potum ſola capita posſint inſerere. Habeant pulverem in quo ſe volutent.

2. Non maneant in terra, ſupponatur ſtramen & quotidie mutetur. Paſtilli dentur facti ex farina cum juſculo: nec bibant niſi ſemel intra diem, idque modicè, ſic

ſic intra dies 15. fiet pingviſſimus capo. Vel in tribus locis acu oculi configantur, & ponatur in faſciis ut infans, citisſimè pingveſcet, ſed melior qui priori modo impingvatus. Optimus & utilis podagricis qui millio cum aqua per tres hebdomadas paſtus.

CAPUT V.

De morbis Gallinarum & remediis.

1. Si tusſim vel ungvem in lingva habeat, per roſtri nares pluma ejuſdem ipſi transmittatur. Hoc malum provenit, vel quia parum bibit, vel quia turbidum, vel pluviam. Vel abluatur roſtrum oleo oliv. cui modicum allii intritum, & aperto ore locus affectus pungatur ut ſanies effluat, tum lavetur extremitas lingvæ cum ſale & aceto.

2. Excæcantur gallinæ, vel ob ſenium, vel quia loco nimis frigido, vel ſub dio dormiunt.

3. Fluxus alvi illis accidit, vel cùm nimis vorârunt, vel quia aliquid laxativum deglutiverunt, vel quia domuncula earum ſtetit noctu aperta.

4. Oculi laborantes ſuccu portulacæ ac lacte muliebri curantur. Aut ſi cumino, melle,

melle, saleque ammoniaco forinsecùs illinantur.

5. Quæ perpetuò vellet incubare, ad gallum remittenda.

6. Cataracta si sit in oculo, vel scabies, curatur melle, cumino, sale ammoniaco æqualiter sumptis ac tritis oculum illiniendo foris.

7. Fluxui alvi, fac pilulas ex farina hordei cum vino, fece vini, cera. In aquam verò quam bibunt infundatur decoctio cotonearum.

8. Constipatio pullis accidit, aperiuntur stipida & potui mel imponitur.

9. Ungvis ne innascatur in lingva, rostrum eluitur oleo oliv. infuso in particulam allii, & cibis admiscetur stafisagria.

10. Feles dicuntur pullis non nocere si habeant sub alis alligatam rutam sylvestrem.

11. Ne pediculi vel pulices nascantur in pullis, laventur decocto cumini & stafisagris. Vel aqua decoctionis lupinorum sylvestrium.

12. Si mordeantur à bestiola venenata, locus ungatur oleo oliv. in quo suffocati scorpiones. Postea applicetur Mithridatum,

&

& bibant in aqua theriacam. Ne verò noxia intrent domunculam gallinarum, fascis rutæ intus pendeat ; & limina, atque circa fenestras ungantur felle cati aut vulpis. à vulpe non lædentur deterrendo illam odore, si carnem vulpis coctam & concisam aliquoties comederint.

13. Morbo & langvori. Millium coquatur addito butyro & allio contuso, hic erit cibus per dies aliquot gallinarũ, ac præcipuè pullorum. Præservat verò à morbis, si mox ut nati, aspergantur aquâ in quàm puræ nives Martiæ solutæ. Gallinæ verò, si mentha siccetur, ac teratur, & aquâ bulliente perfundatur, qualicunque autem farinâ admixtâ in pabulum offeratur.

14. Cùm pulli alas demittunt, videndum ne fortè vermiculi caput rodant, proinde modicè deplumatum ungvento quod vocant gryseum ungatur.

15. Si nati fuerint cum ungve in lingva, ungvis lentè detrahatur, & lingva modico cinere aspergatur, & oleo in quo allium maduit, atque guttur impleatur urinâ humanâ.

16. Si gallinæ multùm volitent, evellendæ pennæ sed solùm ex una ala.

17. Ungvem habens in lingva allium tritum cum furfure edat.

18. Ne Butorius aut vulpes invadat, siccam illius carnem, vel hujus jecur edant, vel in collo partem pellis ex his animalibus gestent.

SUBSECTIO II.

De Gallis Indicis.

1. Pulli Indici alantur mox ut nati ovo ad duritiem cocto & minutatim conciso, tum pulte hordeâ crassâ coctâ in sero lactis. Suffumigentur ut de pullis domesticis dictum.

2. Si comederint urticas minores urentes, capita illis tumescunt, cæparum gramine comesto cæcutiunt.

3. Gallinæ nisi subtrahantur ova statim illis incubant, imò & lapidibus, sed mas si ova repererit, conculcat & frangit, pituitâ laborant, & eodem remedio curantur quo domesticæ.

4. Gallina excludit ova 18. vorat multum, dormit extra domum sed sub tecto. Mas sufficit unus pro quinque gallinis, sed non sit anniculo junior, durat annis tribus. Gallina diebus incubat 30. & lunâ crescen-

te

te imponenda. Pulli nati in loco temperato recludendi, & per menſem paſcantur pane trito & herbis conciſis. Mas caſtrari poteſt, & magis pingueſcit quàm fæmina. Ova comeſta Indicorum generant calculos.

SUBSECTIO III.

De Anſeribus.

1. Ex Anſeribus 30. debent reddi Domino Anſeres ſexaginta, & ova 30. Juniores Anſeres ſemel in anno, antiquiores bis vel ter ſub ventre ac pectore lanâ relictâ deplumantur, pulli eodem modo ſuffumigantur ut gallinarum.

2. Dum in aquis morantur intrant illis per nares ſanguiſugæ usque ad cerebrum, & mactant. Mares anſeres 2. ſufficiunt fæminis 16. reliqui caſtrari poſſunt pro ſagina. Albi anſeres optimi nigri ſylveſcunt.

3. Ut nec pulli Indici, ita nec anſerum, ad gramina dimittantur prius, quàm ſint robuſti, quia dum trahunt gramen, collum lædunt.

4. In Julio detur pullis per dies alternos avena quæ per noctem maduit in urina & aqua mixtis æqualiter.

5. Ha-

5. Habeant ſuam domunculam in qua pro nocte recludantur, habeant aquam & gramen. Deplumantur initio veris & Auguſti, pulli ſeipſos alunt. Devorant ſemen, herbas, radices, & in plures annos agrum ſuo fimo ſterilem reddunt.

6. Excludit ova 13. aut 15. æſtate intra dies viginti-quinque, hyeme intra 30. incubanti cibus ac potus penes ipſum nidum ponatur, nam aliquæ malunt fame perire, quàm ſua deſerere. Excluſi pulli recludantur cum Matre per dies 12. detur illis furfur cum urticis conciſis & aqua calida, vel cum lactucis: vel millium, potus nunquam deſit. Tum dimittantur ad gramen, ſed priùs domi mediocriter paſti, videndum ne foſſas tranſeant, poſſent enim pedes frangere.

7. Incubat anſer à vere usque ad Julium. Ter in anno fert ova, primò 5. ſecundò 4. tertiò 3. Qui jam ſunt quadrimeſtres, apti ſaginæ; & magis quàm ſenes, optimè impinguantur polentâ, & citiùs pingueſcunt ſi excæcentur, quia anima ſoli nutritioni intendit. Mundè ſemper haberi debent. Quæ biennium excesſit magis fert ova, & incubationi aptior, ova fæcundiora anſeris qui

qui vivit inter aquas, & coloris eſt unius, & plumæ mollioris. In loco non multùm calido incubat. Ubi primum poſuit ovum, eodem cum aliis currit. Non ſolent aliena excludere, etiam anſerina. Niſi ſaltem aliqua propria admiſceantur. Pullos urticæ necant, præſervat ab hoc malo, ſi, dum incubat, urticæ ſubjiciatur radix ovis. Quas plantas momordit non facilè recreſcunt.

8. Aliqui anſerem ſaginant hoc modo. Involvunt linteo, & loco obſcuro ſuſpendunt, ac claudunt aures ne audiant, dant offas è farina hordeacea cum aqua ter quotidie. Jecur anſeri ſaginato mirum in modum excreſcit.

9. Morbi & remedia Anſerum, eadem ſunt quæ Gallinarum.

10. Segetes & hortos vaſtant. Cavendum ne ſpinas vel urticas intrent. Ut albam carnem habeant hordeo paſcantur, ſiligine pingveſcunt. Moriuntur pulli ſi ederint jusquiamum, cicuta inducit mortiferum lethargum, mortem rubeta ſi comederint. Juniores à ſenioribus concutiuntur, ideoque ſeparatim habeantur.

11. Pro remedio ſolet dari jejunis ſmegma dilutum aquâ, & hoc per triduum.

12. Anſer maſculus longiores habet pedes quàm fæmella, & captus clamat, fæmella ſilet. Non clamabit autem ſi piſa ejus auribus inſerantur.

13. Anſeres ſaginati ante diem Nati Domini mactantur, ſale condiuntur, in Martio abluuntur cerviſiâ, & ventis exponuntur.

14. Quidam plumas anſerum ut aptas culcitris faciant, in mortario lapideo ſuperjecto illis ſtramine contundunt piſtillo ligneo ſic enim ſeparantur à calamis.

SUBSECTIO IV.

De Anatibus.

1. Anas ſemper vult eſſe in aquis, & delectatur turbidis, ut foſſis in quas defluxit pluvia, & tales pro eis ſunt aperiendæ, remotiùs tamen à domo propter clamores. Initiò Veris & Auguſti deplumantur in pectore & ventre, & quibusdam in Gallia magis placet lectus ex earum plumis quàm anſerum, imo & caro, & ova magis placent. Separari convenit ab anſeribus.

2. Quando incubat ovis cavendum ne

intret

intret aquam, ova enim madefaceret, & inutilia redderet. Devorat pisces in aquis & ova piscium. Pullis dantur micæ panis, herbæ concisæ cum millio: majoribus carnes inutiles etiam concisæ.

3. Ubi morantur in aquis habeant partem ripæ eminentem, ut sub illam se recipiant præcipuè dum timent vulturem, & sub ea projiciantur illis aliqua grana, non ita vastant hortos ut anseres. Ova sylvestrium supponuntur domesticis, sed pulli ferè sylvescunt.

4. Dum saginatur sit in libertate, & aliquando pisces comedat. Pulli suffumigantur ut gallinarum.

SUBSECTIO V.

De Columbis & Turdis.

1. Columbarum plura quàm sex paria non probant in prædio. Semina optima in agris devorant: hyeme illis opus præbere pabulum, quâ veniunt viverræ ungatur via allio. Sed ipsa viverra pellit mures & glires.

2. Columbæ semper alicui damnum inferunt. Ne intra columbarium nascantur animalcula lixivio abluatur, nec sit valdè

altum ob faciliorem volatum pullorum, sit prope aquas currentes ut Matres sine labore pullis deferant potum. Rimas & fissuras in sua domo non amant, libenter illam incolunt si intus columbas depictas videant, displicet si perpluat. Si ex muro columbarium & lateres male cocti, eos rodunt, & suis excrementis corrumpunt. Immunditiem fugiunt. Albi magis è longinquo conspiciuntur ab Accipitre.

3. Saginantur pulli per infundibulum ori injectum grana immittendo & aquam: Sed meliùs apud propriam Matrem crassescunt dum majores plumæ, ne volitent, ex alis detrahantur.

4. Qui columbarium instituit non à pullis sed à majoribus instituat, idque in camera, à Matribus pulli non separentur, quia sic fient fæcundiores, pariunt bina ova, prius ex illis est pro mare, posterius pro fæmella, tertium autem ferè semper inutile.

5. Aliqui ut pullos saginent, crura frangunt ne ex nido evolent, dolor ultra biduum non durat, diligit Columbus locos in quibus suum videt fimum, proinde non magnâ purgandi diligentiâ. Si cumini

ni ſemen ituris ad paſcua dederis, vel ſalviam cum thure in columbario ſuffumiges, locum retinent.]

6. Turdi habentur ut columbæ, excepto, quod pro nocte inſident perticis.

7. Utile ut pro nocte columbarii feneſtellæ claudantur, ne à beſtiolis infeſtentur.

8. Ut fugitivi redeant, in ſummitate columbarii ſit fictitius columbus. In columbarium primò inducendi implumes nam alii dilabuntur. Sint coloris cinerei aut nigri. Qui pedes habent implumes magis ſunt cicures. Qui collum in auratum & oculos ac pedes rubeos, durabiliores. Albi magis obnoxii avibus rapacibus. Flavi & rubri non æquè multiplicantur.

9. Ut cicurentur, dandum illis millium, poſtea vitia, & tandem cuminum, & per dies 15. ſi novus veniat ex columbario non dimittatur. Non fugient, ſi detur illis lens cum aqua mulſa, vel cocta in muſto, vel ſiccæ ficus mixtæ farinâ hordeaceâ. Dicuntur etiam non fugere ſi in vertice columbarii ſit caput noctuæ, vel ramus vitis ſylveſtris, vel ſi ungantur portæ ac feneſtræ oleo menthæ. Vel, priuſquàm exeant

pascãtur vitiâ vino irroratá admisto semine agni casti vel viticis: Imò horum odore alii attrahentur. Novus non dimittendus nisi sub vesperum, & cælo turbido ac pluvio.

10. Columbarium frequenter suffumigandum junipero, thure, rosmarino. Odore malo pelluntur.

11. Fimus alteri non debet misceri, hic enim agrum impingvat pro canabibus & arboribus vetustis.

12. Retinentur etiam si verbena in columbario ponatur, ut manè è columbario exeant, strepitus mediocris faciendus.

13. Retinent columbarium pulli qui nondum ipsi cibum per se capere norunt, & bis per diem alantur donec ipsi didicerint capere pabulum, quare in columbario grana aliqua relinquantur.

14. Columbus toto anno pariet si habuerit bonum pastum, & locum tepidum. Pulli verni meliores, nati in Autumno viles. In æstate esus illorum non laudatur. Cùm pulli per se comedere incipient ne statim avolent evellendæ illis pennæ principales, ut ad minimùm uno mense remaneant in loco eumque adament, in quem tamen pastus injiciatur.

15. Qui

15. Qui inter Majum & Auguſtum naſcuntur uti meliores, relinquantur, cæteri ſint pro culina. Nati circa finem Martii pro columbario optimi. In Aprili & Majo cibus dandus copioſus, quia tunc & ova ferunt & pullos excludunt, & in campis parum inveniunt.

16. Columbi delectantur hâc eſcâ. Rec. Juſculum halecum, ſemen canabum, piſa, vitiam, argillam de furno, ſalem, fabarum farinam, mel, miſceantur, coquantur. Vel, Rec. argillam de furno miſce cum urina humana.

17. Columba uncta balſamo, aut oleo nardi, imò & ſudore fætido hirci alias columbas adducit.

18. Fugantur columbæ ſi columbario injiciatur pluma bubonis aut noctuæ, vel pes felis, aut leporis, aut vitrum contuſum vel ſi alligetur uni campanula vel ingluvies gallinæ cum piſis. Vel ſi in caudam immittatur aliquid maſſæ fætidæ. In domo tacta fulmine columbas ferunt non habitare.

19. Aniſum coquatur in aqua donec crepuerit, & in ea aqua per tres dies grana frumenti madeant & ſimul cum aniſo columbis dĕtur, non fugient. Vel imponatur paſta

con-

confecta ex argilla, urina ſale, piſis, ſemine aphaces, & cumini.

SUBSECTIO VI.
De Pavonibus, Phaſianis, Cygnis.

1. Phaſianus unus duabus fæmellis datur. In anno ſemel ponit ova 20, ſed 15. ſupponuntur, die 30. excludit. Pulli per 15. dies coctâ hordei farinâ vino aſpersâ aluntur: poſtea datur triticum, locuſtæ, ova formicarum: ab aqua coërcendi, nam pituitâ corripiuntur, medicina eſt allium cum pice liquida roſtro affricatum.

2. Pavonum pulli per dies 30. claudendi & farinâ hordeaceâ vino ſubactâ nutriendi adjecto modico molli caſeo bene purgato, alioqui nocebit, nam illis lac contrarium. Dandæ etiam ſubinde araneæ, muſcæ, cicadæ. Poſt ſex deinde menſes hordeum coctum edant, & vadant liberè ſed à frigore & pluvia cavendum, quia alas perderent. Providendum itaque ut ex ovo in æſtate prodeant, frigore enim conſumuntur. Supponuntur novâ Lunâ quinq; propria & novem ova gallinacea, quæ tamen poſt dies

dies 10. rejiciuntur, & nova ſupponuntur & ita die 30. pulli gallinacei cum pavoninis excludentur ſimul. Notentur autem atramento pavonina ut videatur an illa revolverit, quod ſi neglexit, revolvenda cùm abit ad paſtum. Ubi excluſi pulli gallinacei ſtatim alteri gallinæ dandi, neque iſtæ pavæ ſecum agent, mater habeat pavunculos. In æſtu magno ut ſe refrigerent ſemper habeant recentem aquam. Mas verò habeat ſemper fæmellas quinque ut dum una incubat, deſit illi nulla.

3. Pavonis durat in annum caro incorrupta. Dormiunt Pavones in alto, multi ſunt cibi, viſo ignoto homine vociferantur. Si caudam amiſerint, non prodeunt in publicum. Edunt gramen, granum. Stando ova deponunt. Ideo domunculam & non altam, & plenam ſtramine habeant, ſed in occulto, ne mas accedat qui ova devoraret. Pulli non bene colorati mactantur à parentibus. Ter in anno ponit ova. 1. quinque, 2. quatuor, 3. tria vel duo. Si novâ Lunâ ſupponantur ova pro incubatu dantur maſculi. Sed vulpes incubanti inſi-

dian-

diantur. Consistunt loco altiore ne caudam lædant. Mas pugnat contra gallinaceos timendo suæ fæminæ. Quam si domi non habeat, alibi quærit. Initio Febr. coëunt, postea dant ova per tres annos fæcunda, deinde sterilia. Fæmina melior quæ mediæ ætatis, & ova pro incubatu meliora quæ recentiora. & sub incubante aliquoties revolvenda, ut omnia æquè incalescant, sed cibus illi apponatur, quia antequam excluserit, de nido non prodit.

4. Pullus ac natus statim calidis pannis siccandus. Sequenti die nihil comedat, tertio apponendæ muscæ, vermes, aranei, farina cum aqua frigida, neque ex domuncula ante mensem dimittantur. Defectu potûs sicut & gallinis, oritur ungvis in lingva. Cùm pulli emittunt cristam ægrotant, ideòque magis fovendi. Una mater 15. proles educat, semestres facti donantur omni libertate, sed ut domum redeant, vespere cibus domi detur. Ægrotant etiam dum pennas mutant, tum vescantur melle cum frumento. Si fameant, tecta & hortos destruunt.

5. Pavones candidos quidam hâc arte faciunt, opponitur incubanti linteum album

ut illud continuò aſpiciat, ſed ut animalibus cæteris color ſic trahi poteſt, quia in utero gerunt, ita de avibus mihi eſt dubium quæ ſolo calore ad excluſionem concurrunt, imò excludi poſſunt calore ſolis aut ignis.

SUBSECTIO VII.

De Apibus, & Melle, & Cera.

1. Apes dum naſcuntur ſunt absque pedibus, unde fortè & Apes dicuntur. Quævis habet ſuam cellam in alveari quam alia non ingreditur. Vivum Regem omnes comitantur mortuum deferunt. Fimum in alveari non deponunt. Cùm infigunt aculeum, ſequitur etiam inteſtinum, & ſic pereunt. Hyeme calido, æſtate frigido, gaudent aëre.

2. Otium nocet apibus, ideò non multum mel relinquendum ut laborare cogantur. Quando faciunt inſolitum murmur, parant fugam, alveare tunc lacte vel aliâ re dulci reſpergendum, ut detineantur. Quando mel corrumpitur, intereunt, humido augentur tempore, deficiunt ſicco. Mel autem virtutem aut vitium ſumit à floribus ex quibus colligitur.

3. Dum

3. Dum paſcuntur in uno locō mittunt exploratores ut videant ſi meliora alibi paſcua. Si peregrè profectæ domum pro nocte redire non poſſint, pernoctant in campo ſed ſupinæ ut alas à rore conſervent, & una permanet vigil, quæ in aurora edito ter bombo excitat omnes.

4. Quando imminent tempeſtates continent ſe domi, ſeniores domum ordinant, & purgant, juniores evolant. Si ventus perflet, prope terram volant, & lapillum geſtant. Tempus ſomni & vigiliæ una bombo denunciat. Si quæ ſit inquieta, expellitur. Rex circuit operas & inſpicit. Qui ſi pereat, ſtatim eligunt alium.

5. Humido tempore mel deficit, apes augentur. Damno illis ſunt, ventus, pluvia, fumus. Cùm cibus deficit parant contra alias pugnam. Si Rex ineptus regimini, rejicitur & aliquando necatur.

6. Magis laborant juvenes, magis pungunt ſenes. In vere & Autumno præcipuè mel conficiunt, ſed præſtat vernum. Sine Rege fit favus, ſed non mel. aqua pura illis potus. Laborioſiores flavis nigræ, montanæ ſunt ruſticæ & iracundæ, ſed magis mellificant. Quæ otioſa eſt, aut non prolificat,

à

à Rege occiditur. Si externæ damna inferant decollantur à custodibus. Breves pugnant contra longas.

7. Biduo antequam Rex prodeat, dat sonum insolitum, illum omnes comitantur relictâ domi custodiâ. Distingvunt inter se curas, aliæ ferunt aquam, aliæ mel, &c. Vivunt sex annis. Adolescunt diebus 40, post quos manu mittuntur.

8. Sudore madens homo, ebriosus, aut recens ab impuritate, apibus odio est. Gaudent loco libero, frigus metuunt, alta illis domus incommoda, fatigantur ascensu. Oderunt strepitus, hominum deambulationes, fimum, paludes lutum. Sint procul à pecoribus, sed prope herbas ac hortos, aquam currentem, quæ si desit ponatur prope vas cum aqua. Quò intra alveare major obscuritas, magis laborant.

9. Hyeme ut parcant melli apponitur aqua mulsa tepida, vel farina millii. Ut juvenes à veteri alveari non abscedant, Rex novus occiditur.

10. Pro novo alveari apes acquirunt juvenes, sed in vere, & sint de loco simili tuo, noctuque leniter ab homine deferantur, die totâ sequenti quiescant. Aqua mulsa sit

prope alveare, & sonitus fiat. Si duo sint Reges, alter necandus, qui est magis fuscus & lacte respergatur alveare. Si fugiant, aspergendæ aquâ, vel pulvere, ac sonus lenis excitetur, nam magnum fugiunt. Ante fugam tumultum excitant.

11. In Januario videndum utrum cibus defecerit, an impluat, an bestiola ingressa vel nives. Suffitu bono gaudent. In Aprili pro novis Apibus alvearia parantur.

12. Apum venatio sic habet, prope aquam ponitur conveola cum modico melle, ubi illam ingressæ aliquot apes, clauditur: tum una dimittatur, eam sequere, ducet ad suam domum, & si ista fefellerit, dimitte alteram & sequere. Sed & ipsa quæ mel gustavit adducet alias. Examen abditum fumo expellitur, quod ubi evolat plantatur proximè ramus cui insideant, & hoc negotium manè instituendum ut plus illi suppetat ótii.

13. Gaudent cythiso, thymo, casiâ, rosmarino, cunilo, apio, violâ medicâ, salviâ, thymbro, nardo, myrrhâ, origano, serpillo, melyssophillo, asphodelo, amaraco, croco, hyacintho &c. Oderunt veratrum, thapsiam, absynthium, cucume-

rem

rem ſylveſtrem. Rurſns amant fabam, ſynapi, ervillum, papaver, melilotum, roſam, cerynthum, rapaceum, triticum, geniſtam, pinum, ſalicem, abietem, amygdalum, perſicum, pyrum, & omnes plantas in quarnm floribus nulla amaritudo.

14. Alvearia probantur, pinea, fraxinea, ex juglande. Ingreſſus in ea ſit talis ne intret pluvia, & modicus ut ſolùm una apis ingredi poſſit, ut autem plures egredi poſſint, ſint plura foramella, & hoc propter inſecta ne ſubintrent. Hyeme apponi poteſt pro cibo ficus ſiccata contuſa, vel madefacta, novo apes magis delectantur alveari quàm putrido.

15. Dum pugnant, pulvere aſpergantur, vel aquâ mulsâ. Regi detrahunt quidam alas ne fugiat. Dum ſunt paucæ apes in pluribus, colligantur in unum alueare, ſed priùs liquore dulci reſpergantur ac cibus ſubminiſtretur, & per triduum in uno alveari maneant recluſæ relicto modico ſpiraculo.

16. Si frigore aut tempeſtate moriantur, in vas colligendæ, & cinere calido ficulneo, vel ſimili aſpergendæ, vas modicè concutiendo, ſed ipſæ manu non tangendæ.

17. Peſtis apum eſt cùm frequenter ſuos efferunt mortuos, aut non prodeunt. Offeratur illis mel coctum cum galla: vel aridâ rosâ tritâ cum galbano ſuffiantur. Mortuo etiam Rege niſi alter aliunde ſubſtituatur, fame pereunt.

18. Tithymallum ſi edant, vel olmum, ventre profluunt, tum urina hominis vel bovis proxima ſit alveari, vel amelli radix cum veteri vino cocta ac expreſſa.

19. Oleo exanimantur, & cancrorum coctorum odore. Inimica illis nebula, & echo quæ illas tremefacit. Fumus utilis etſi moleſtus. Porcinum ſtercus mactat ſi ſuperponatur.

20. Si alveare ungatur floribus meliſſæ, non fugiunt apes, & ſi fugerunt redeunt: ſi ungatur floribus matricariæ, fugiunt: ſi buxo, pereunt. Retinentur etiam ſi præter flores meliſſæ attritos alveari, intùs folia calami aromatici appendantur, vel ſi intùs atteras fæniculum Italicum, & partem ejus relinquas.

21. Alvearia ſic ſtatuenda ut horâ tertiâ pomeridianâ ſol intret oſtiolum. Semper autem in promptu ſit copia novorũ ut dum apes novæ comparent, ſtatim recipi poſſint,

possint, sed novum alveare benè intùs melissâ imò & melle perfricandum.

22. Optimæ apes primæ, id est, quæ ante Pentecosten prodierunt: deteriores quæ circa festum S. Joannis: quæ his posteriores, viles. Optimæ vernæ usque ad S. Vitum, post has ineptæ. Fiunt seduliores si lacte caprino bis per æstatem alvearia tingantur.

23. Tempus castrandi alvearia est circa finem Augusti, lenis fiat fumus ut apes alvearii summa petant. Cavendum ne Rex lædatur, alioqui perirent. Pro hyeme relinquitur mel à summo incipiendo, ad unam spitamam. Tenuiora alvearia ne à gelu petrentur munienda stramine. Revidenda post Bacchanalia ne victus desit. Qui si defuerit, mel crudum intra cavam panis crustam supra bacillum cubitalem in alveari defigatur.

24. Si duo sint Reges, debilior & minor occidendus, alioqui in sylvas fugient. Modus verò novum examen colligendi hic est. Corbis linteo clauditur relicto foramine per quod apes cochleari ex loco in quo consederant, transferuntur in corbem, & quidem si in eum deposueris Regem, apes

ſponte ſequentur. Claudatur corbis & in loco obſcuro maneat donec ſol propè ſit occaſum, interea præparetur alveare, tum apes in linteum effundendæ, ſed corbis inclinatus proximè ſtatuatur. Incipient regredi ad corbem, interea Rex molli manu capiatur & in caveolam mittatur, atque in alveari ponatur, ſequentur apes. Rex eſt cæteris longior, ſubtilior, ſubgryſeus inſtar veſpæ, & major: caret aculeo. Sed ſi pereat, apes diſſipantur.

25. Quæ apis hominem pupugit ſi non moritur, non mellificat, & à cæteris occiditur, vel pro hyeme ejicitur.

26. Alvearia habeant tectum. Non ſint è ligno viridi, laudantur non omninò nova, ſed melyſsá, vel melliphyllo fricentur. Fuci perdantur qui perdunt apes, hi verò ſimiles ſunt apibus, ſed inter ſe litigant. Cùm apes domum redeunt veſpere, claudatur bene alveare, quia fuci ſunt poſtremi, & illis venenum in concha proponatur, ſcilicet, fex cerviſiæ mellita.

27. Caſtratio non fiat niſi die ſereno & calido. Circa 6. Martii purgentur alvearia, addatur mel calefactum modicè, vel ſi opus dematur, item purgentur dum emit-

tit, folia ſambucus, non moveatur favus quia in illo ſunt prolis initia.

28. Dum novellæ apes evolant ſonus faciendus ut ſe congregent, ſed non ſuffumigentur, verùm leniter aſpergantur, locus verò in quo primò conſederunt bene fumo imbuatur.

29. Mel è buxo collectum, turbat intellectum, ſed juvat epilepticos. Optimum eſt mel quod veluti granula habet.

30. Cera dealbatur, ſi diutisſimè coquatur in aqua.

31. Citiùs examen dimittunr ſi ad initium Maij lacte ovillo aliquoties exteriùs ungantur alvearia.

32. Ungventum pro alvearibus. Rec. Vinum, mulſum antiquum, radicem urſibranum, mulſum antiquum, radicem urſibrancæ, adde rutam aridam tritam, item ſalviam, ſaccharum, cinnamomum, piper longum, acetum, & tritum apium. Coquantur & in vitro Soli exponantur, ac ſæpè agitentur.

33. Fucos mactare. Cum melle venenum muſcarum apponatur.

34. ;Apes alienas quæ ſuis mel furantur opprime, claude tuas in alveari, alveare autem exteriùs unge melle, venientes

tes alienæ insidebunt, & opprimi poterunt.

35. Signum propediem exituri examinis si Rex post occasum in alveari bombiset.

36. Si apis te pupugerit terram madidam affrica, melle unge locum; vel, quod est melius, lava urinâ. Vel applica malvam contusam. Vel, stercus bovis cum aceto adaquato. Idem est de morsu vesparum.

37. Apes illum dicuntur non pungere qui aliquot folia plantaginis acutæ in ore detinet.

38. Cera dealbatur. Concide in particulas, & Soli expone, atque sæpiùs aquâ fontanâ purâ irriga.

39. Solent mel corrumpere farinam affundendo, sed fraus deprehenditur immisso veru candenti, si enim est in melle farina, adhæret verui instar massæ. Mel ex tiliis colligitur pridie S. Magdalenæ.

40. Ab alvearibus quernis cavendum. Novum debet ablui.

41 Mel falsificant farinâ millii vel castanearum, sed proditur, si accendatur non purè ardet.

SECTIO VI.

De Venatione, Aucupio, Piſcatione.

SUBSECTIO I.

De Venatione, & Feris.

CAPUT I.

De Reti & Sclopo.

1. Retia quæ fiunt pro Venatione, Piſcatione, Aucupio. Dum perflat inter ortum & meridiem. Vel quæ ſub hoc vento committuntur aquis non ita facilè putreſcunt. Fila ſint æqualia neque nimiùm torta: craſſiora dant rete ſtrictius. Æquales ſint annuli retium ne unus alio magis adductus det retis latitudinem inæqualem. Quinque orgias latum rete omni communiter profunditati aquarum ſufficit. In extremitatibus retium tres ſint aut quatuor ordines ex duplò craſſioribus funiculis quàm alii.

2. Sed pro feris minoribus fiant retia ex funibus craſſis calamo, qui tamen neque ſint nimis intorti, neque laxi, rete in latum habebit annulos tredecim, annuli longitu-

 dine

dine ſpitamæ. Unus vir ejuſmodi funium conficit uno veſpere libras quatuor. Pro majoribus feris funes craſſitiem æquant digiti minimi & ſolent ex tribus funiculis in ſimul contortis fieri. Annulos rete in latum habet 12. longitudo annuli minùs quàm tres ulnæ quadrantes: cùm alligantur, tertius annulus intermittitur.

3. Sclopus ſi globum demiſſiùs juſto jaciat, diopcram quæ eſt propior oculo habet altam; Si altiùs deferat, hæc dioptra eſt humilis: ſi ad latus, dioptra una in oppoſitum latus promovenda.

4. Retia & venabula ſint ſub unius cura, qui ea quando opus tradat, & recipiat, revideat, ſicces, atque ſervet. Hyeme fiant & inſtaurentur retia, quæ pro leporibus hyeme permittuntur ſubditis.

5. Canes ſiliquis ex braxatorio ſuſtentari poſſunt, dummodo ſiccentur, & terantur, addaturque pingvedo.

6. Venator provideat ne cogatur Dominus ferinam emere.

7. Pulvis pro ſclopo venatorio fiet. Salnitrum coquatur in lixivio facto ex cinere clavellato, ut ebulliat ſemel ac iterum, tum

in loco frigido ſervandum, at cùm opus pulveri pyrio communi addendum.

CAPUT II.

De Venatione.

1. Venatio fit manè æſtate, quia Sol adultior cum rore aufert veſtigia. Auſter huic operi inimicus, quia odorem feræ ſuæ diffundit humiditate & tepore: Boreas melior quia conſtringit & ſervat. Luna plena idem facit quod Auſter. Lepores ad Lunam ludunt, & veſtigia reddunt incerta.

2. Hyeme venantur ſub meridiem cùm via mollior. Ros & pruina odoratum canum impediunt: ver florum halitu confundit, æſtas odorem abolet, Autumnus conſervat.

3. Venenum pro lupo eſt. Rec. Duas nuces vomicas, contere, & miſce cum melle, & anſeris adipe, adde pulverem fungorum lupinorum ſiccatorum, creſcunt iſti ubi defalcatum eſt hordeum, ſunt cani. Fiat botulus ex pelle colli anſerini, & dictâ materia impleatur ac objiciatur.

4. Pro vulpibus idem venenum quod diximus pro lupis, ſolummodò fungi non ſunt addendi.

5. Ve-

5. Venatio non ſuccedit ab ultima die Lunæ ad primum ejus quadrantem. Quia tum feræ latitant defectu lucis.

6. Lupi mactantur ſi piſciculos marinos blemos in mortario contriveris ac in loco lupis obnoxio ſupra carbones poſueris, ac circa, maſſam eandem myxtam carni vervecinæ ſparſeris, fumus piſcium attrahit lupos, & tam ille quàm iſtæ carnes occidit.

7. Lupi & vulpes ad certum locum alliciuntur. Rec. Crabronum ſub finem Maii campos vaſtantium. Gallis dicuntur bennetons lib. 1. vivos contere & miſce cum axungiæ porci lib. 1. deinde per dies 15. Soli expone, poſtea parùm ebulliant & exprimantur per telam, addantur quinque vel ſex haleces in furno ſiccati & in pulverem redacti. cum aſſæ fœtidæ galbanique ſing. unc. duæ, & fiat ungventum quo ſoleæ calceorum linantur, ſequentur lupi & vulpes veſtigia.

7. Pro leporibus congregandis. Rec. Riſigallam, hermodactylos, ſemen jusquiami, contere, ſubige ſangvine leporis.

CA-

CAPUT III.

De Feris.

1. Lepus omni menſe parit, & antequam pariat, lac habet in uberibus. Fæminæ magis decipiunt canem, quia poſt quartum ſaltum declinant. Vivunt annis 7. alterius patriæ leporem non admittunt in ſuam. Dum capitur lepus pars ejus danda canibus, qui exceſſerunt annum, eorum caro dura; maris melior, idque montani. Fæmina habet longius ſed ſtrictum caput, aures magnas, loco ſemel pulſa non redit, mas redit. Vere laſcivit, & huc atque illuc diſcurrit. In locis glabris & in pulvere ſqualloreque odor cani imponit: In ſentibus durat & in gramine, quia iſtis non ſolos pedes lepus ſed & corpus affricat. Cùm unus lepus reperitur, non procul inde & alius erit.

2. Cuniculus pabuli gratiam refert in carne, aut vitium, locis expoſitis orienti gaudet, averſos à Sole vitat.

3. Cervi ſingulis annis in Aprili cornua deponunt quo tempore de die latent, noctu paſcuntur, Retia pro cervis diſponuntur vento ſecundo ne illa olfaciant, idque in autumno inſtituitur venatio. Pedis ferien-

rientis tantus eſt impetus, ut percuſſione frangat venabulum.

4. Vulpes in unum locum congregabuntur ſi felem excoriatam melle inunxeris & pulveribus herbæ raniculi conſperſam expoſueris. Aut potiùs per ſylvas ad certum locum traxeris. Imò tua ſequentur veſtigia, adiposâ carne ſuis aſſatâ ſoleas unxeris, & particulas jecoris ſuilli ſparſeris. Schwent.

5. Vulpes & lupi mactantur, ſi herbam marcillum infixam carni ſuillæ aſsâris. Alii ponunt herbam thoram, alii conſiliginem. Schwent. Alii aſſumunt botros vini expreſſos, arſenicum, & colocynthidem, omnia redacta in pulveres miſcent & faciunt pilulas, has ſparge in loco ubi vulpes diſcurrunt tracto priùs per illos cato aſſato.

6. Pro quacunque fera, cibo admiſce tythimalum, ranunculum, aconitum, manicum, ſolanum. Hyoſciamum, papaver cornicum, pharicon, taxum, thapſiam, toxicum, mandragoram, ephemarim ſylveſtrem, & alia.

7. Muſtellæ accurrunt ad cor ſtellionis: lupi autem capite fugantur, imò & odore combuſtæ felis. Card. mactantur ſi

ſalem

ſalem armoniacum farinâ miſcueris & illam comederint.

8. *Cervos capere.* Infige in aſſerem fruſta multa ſalis oblonga ubi cervi ſolent vagari (idque prope aquam) ut modicè emineant, ea lambent, tum alterâ die promove, ſub aſſere autem ſit argilla cruda quam nunquam aqua attigit eam ſale imbue contuſo, vorabunt eam cervi & ubi aquam ſuperbiberint, ita intumeſcent, ut ſe loco movere nequeant, durat hic tumor per tres horas, eos ſic collige.

9. *Lupos capere.* Cadaver ponatur prope aquam inſuatur ſal creſsè in modum piſorum contuſus, quem ubi voraverint cum carnibus & biberint, idem fiet de illis quod proximè dictum de cervis.

SUBSECTIO II.

De Aucupio & Avibus.

1. *Aves ut ad locum certum advolent, ita alliciuntur.* Mellis pars in aqua ſolvitur & modicè coquitur, in hac granum madefactum ſpargitur, ſylveſtribus columbis ſparguntur piſa, & poſtquam loco aſveverunt, tum piſa quæ in forti cremato per noctem maduerunt in

quo

quo tamen positum semen contusum hyosciami, objiciantur ante solis ortum, post horam ebriæ manu capi poterunt.

2. Anates sylvestres inebriantur sparsâ farinâ cum vini fece. Si avi in escis detur album veratrum, vel millium auripigmento mixtum, subitò moritur, sed caro inficitur.

3. Cervos putant fore albos si ova pingvedine felis ungantur. Sturnos verò si ova oleo olivarum illinantur. Aves nigræ fiunt quæ baccas Italicæ taxi comedunt scripsit Lonicer.

4. Cornix una capiet alteram, si humi resupina extendatur, advolantem enim ad se aliam retinebit unguibus.

5. Anseres sylvestres hoc modo ajunt posse manu capi. Veratrum cum tota cicuta madeat in aqua horis 24. deinde aquæ huic pabulum anserum imponatur & coquatur donec aquam ebiberit. Ubi hoc pabulum comederint, non solùm Anseres, sed & aliæ aves obdormient. Si autem pabulum in sulfure coquatur quæ aves comederint subitò morientur. Sed ne moriantur, statim illis in os ol. olivarum infundendum.

6. Pro

6. Pro omni ave, accipe tormentillam & in bono vino coque, & poſtea in eodem hordeum, vel aliud granum, & ſparge ubi aves ſolent eſſe, manebunt ebriæ. Allium campeſtre avibus projectum illas inebriat.

7. Aves ſtatim moriuntur ſi guſtent millium arſenico coctum. Vel, ſi veratrum album cibo miſceatur, vel nux vomica, Veſpertiliones occidit ſuffitus hederæ. Manu capi poterunt, ſi ſemina allii angvini modicè decocta ne germinent, edenda ſpargantur. Vel cum nuce vomica cocta grana frumenti.

8. Aves inebriantur allio ſylveſtri, perdices farinâ vino demersâ, vel lappæ ſeminibus, vel fungis muclari conciſi mixtis ſemini hyoſciami. Cornices pereunt nuce vomicâ carni mixtâ. Columbæ mactantur fabis maceratis in aqua in qua jacuit nigrum elleborum.

9. *Anates ſylveſtres* capere. Vel hordeum macera in cremato, & projice ut vorent & inebrientur, vel ipſe aquam ingredere, & capiti herbam quæ ſolet aquis innatare lata rotunda per modum galeri impone, & ſuperpone hordeum, & accede anates, ac

ſub aquam trahe quas voles, maſculos autem eligas, & ſic non terrebuntur aliæ.

SUBSECTIO III.

De Piſcatione & Piſcibus.

1. Piſces ut intrent retia, linienda ſunt oleo laterculorum. Apium aquis injectum piſces necat. Omnis piſcatio ſuccedit flante vento meridiano.

2. Angvillæ capiuntur, Fit funis crasſitie digiti ex cortice arboris factus, & per aquam extenditur duabus horis ante Solis occaſum, illi diverſis locis alligantur hami longo cubitum funiculo, hamis autem imponuntur parvæ percæ, vel gobii, vel piſciculi qui ſunt ad ripas ſtagnorum ſimiles muſtellæ fluviatili. Funis alligatur ligno natanti. Eodem modo & ipſæ muſtellæ, & percæ, & ſiluri capiuntur. Sed pro Luciis hami ſint in catenula, & imponantur illis alburni.

3. Piſces de flumine ſunt meliores, quàm de piſcina: peſſimi paluſtres, meliores ubi Aquilo aquam exagitat, quia vitia ſanat. Parùm vident noctu, cito naſcuntur & creſcunt. In bona aqua pariunt in Martio, Aprili, Majo.

4. Falco

4. Falco Italus ait, pisces frixos diutius servari, si eo momento quo è frixorio tolluntur, acri vini aceto perfundantur.

5. Cancri fluviatiles in antris riparum degunt, si tamen aqua caleat in antro, signum est ibi stabulari bufonem.

6. Ubi semel ductum est rete pro piscibus, ducatur iterum. Lapilli in capitibus piscium reperti auxiliantur contra calculum. Tincam in longum scissam apponunt plantis febrientium.

7. Trotta neque recludi neque alio transferri patitur.

8. Gluten quod resistit aquis, hoc est. Rec. Calcem vivam, pingvedinem porci, vel resinam, albumina ovorum, oleum oliv. limaturam ferri, misce.

9. Pisces ut congreges. Rec. Pulegium, Satureiam, origanum, majoranam, sing. drachmas tres, corticem thuris, myrrhæ, sing. dr. 8. polentæ libram dimidiam cum bono vino, jecur porci assi, adipis capræ, sing. lib. 1. arenæ subtilis, allii lib. 1. misceantur, & duabus vel tribus horis ante piscationem injiciantur in aquam, tum locus reti circumdetur, & rete implebitur.

10. Allicere pisces. Rec. Pingvedinem

ovis, ſeſamum, combuſtum, vinum bonum, origanum, thymum, majoranam ſiccam, & cum pane vel polenta tritis ſubigantur, fiantque pilulæ. Vel Rec. Calcis vivæ, vini, caſei ovilli veteris, vel ſevi hircini, miſce & in aquam projice. Vel, Rec. Limaces abjecto cortice, concide, & injice. Vel carnem vituli cum ſangvine per 12. dies in olla relinque, hæc dabit paſtum pro piſcibus.

11. Teſtudines capies. Rec. Salis ammoniaci dr. 8. ceparum dr. 8. pingvedinis vituli dr. 6. Fac pilulas, accurret teſtudo.

12. Salmones venaberis. Rec. Dum galli fiunt capones ejus quod excinditur dr. 8. nucum pinearum uſtarum dr. 16. minutatim terantur, & in aquam injiciantur, concurrent ſalmones. Vel, Rec. Rutæ ſylveſtris dr. 8. tantundem pingvedinis vituli & ſeſami, conterantur & fiant pilulæ.

13. Rete implebunt piſces ſi illi impoſueris linteolum impletum ſangvine hirci, jecore bovis conciſo, & farinâ hordei, & rete expanſum in aqua reliqueris. Vel crematum in vitro clauſo & cerâ obducto, reti impone. Vel laguncul am pellucidam cum argento vivo. Anguillæ naſſam intrabunt ſi in ea fuerint canabis maturæ culmi.

14. Intra-

14. Intrabunt maſſam piſces, ſi in ea fuerint pulveres ex capite, ſtomacho, viſceribus pedibus, ardeæ ſiccatæ.

15. Piſces in unum locum conveniunt in quo merſa fuerit herba blattaria ſive Erechtites quæ priùs in melle per 24. horas jacuit, poſtea ſiccata ad Solem.

16. Dicitur piſces venturos ad manum ſi eam pingvedine ardeæ unxeris. Idem dicitur & de pingvedine anſeris maſculi. Vel ſi te iſto ungvento inunxeris. Rec. Camphoram, farinam tritici, ardeæ pingvedinem, oleum oliv. ſing. æqu.

17. Cancros capies. Piſa recentia cum ſuo ſtramine aquis impone. Vel anethum in maſſam pone. Jecori hircino etiam cancri adhærent. Vel viſcera piſcium frixa cum melle clauſa in linteolo maſſæ impone. Vel ranam excoriatam, vel carnis bubulæ fruſtum in veru conſtitue, adhærebunt cancri: veru cautè eleva ſuppoſito reticulo. dum tonat facilè capiuntur.

18. Si ex pane mixto cum cyclamine globulos in aquam ſparſeris, piſces ut mortui ſupernatabunt.

19. Piſces obſtupeſcunt ſi pabulo eorum pulvis ariſtolochiæ rotundæ miſceatur. Ci-

bo odorato alliciuntur: ut aniſo, panacis ſucco, & maximè cumino. Sapit illis ſangvis ſuillus, caſeus caprinus, panis triticeus, papiliones fulvi: fex vini illos inebriat & aqua ardens, Attonitos reddit flos calohæ ſeu calendulæ, vel ipſamet calx, tythimali cujusque ſuccus, nux vomica. Paſtilli optimi ad ſtupefaciendum piſces. Rec. Cocculi quartam partem unciæ, cumini & cremati ſextantem, farinæ uncias tres, & fac pilulas. Cyclaminum ſumè appetunt, ejus ergo radix contuſa, commixta calci ſi ſpargatur, venenum erit piſcium.

20. Semen Ariſtolochiæ rotundæ per aquam ſparſum ſi vel attigerit piſcis, quaſi mortuus ſtatim inverſus ſupra aquam natat. Simile quid præſtat & ipſa herba cæmento mixtâ. Ad manum autem piſces venient, ſi urticas cum pentaphyllo contriveris & ſucco ſempervivæ ſubegeris atque ita manum unxeris, imò ad retia current iſtis peruncta. Ineſcantur piſces. Rec. ſangvinem capræ nigræ, feces vini odorati, pultes, miſce, adde pulmones capræ minutim conciſos, & aquæ injice.

21. Valeriana reti impoſita, odore piſces trahit ad rete. Vel ungantur retia ſuccis

urti-

urticæ, millefolii, sempervivi. Vel, Rec. pingvedinis ex ardelio ave lib. 2. Camphoræ unc. 1. mannæ unc. 2. Sem. Olei de lateribus q. s. Moschi gr. 2. misce. Ad hanc mixturam cuicunque rei illitam pisces current. Vel sangvinem vituli cum ejusdem carnibus concisis misce, & per dies decem in olla serva, tandem sparge, vel lentem cum amylo tritam projice in aquas.

22. Nasses intrabunt, si illo quod ab expressa myrobolano superest trito, item stercus humanum, panis misceantur. Sed si rete fuerit conspersum sale, nullus piscis intrabit.

SECTIO VII.

De Horto.

Agetur 1. De loco horti. 2. De seminatione horti. 3. De plantis comestibilibus. 4. De plantis odoratis. 5. De rerum ex horto collectione & conservatione. 6. De aquarum ex herbis distillatione. 7. De vinea.

SUBSECTIO I.

De loco horti.

1. Non potest esse unus hortus pro omnibus,

(Wodny kopu ab orbe pravo als Kirowanik

bus, nam quædam aprico, quædam umbrâ gaudent: item quædam humido, quædam arido. Non ſit tamen hortus loco pulverulento, prope habeat aquas ut aſpergi poſſit, aquæ poſſunt pluviales in ciſternas colligi, quæ ſuo tempore aſperſioni ſervient.

2. Si locus eſt humidus foſſæ ducantur quæ exhauriant: ſi ſiccus, profunda fiat fosſio & fimus humidus invehatur: ſi arenoſus, fimus ſtramini & argillæ mixtus inſpergatur.

3. Hortus debet habere cellarium in quod hyeme debiliores plantæ reponantur.

4. Hortorum terra ut reparetur, uno anno ſerantur cannabes, aut brasſicaſupra fimum recentem, reliquis annis hoc loco bene prodibunt olera alia.

5. Stercoratur ager pro caulibus, petroſelino, ſiſere, ſiſere luteo, Rapis, paſtinaca, cucumeribus, betis, raphano, allio, cucurbitis. In quo loco fuerunt brasſicæ benè dein ſuccedunt ſiſeres lutei, ſeruntur autem inpiciendo à ſolutione terræ poſt hyemem usque ad Pentecoſten. Cæpæ gaudent terrâ lætatâ fimo ſuillo cum paleis canabum, vel conspersâ putridis ſarmentis lignorum.

6. nulla

6. Nulla planta ex loco pingviore in ſteriliorem transferatur, quia peribit: ſed è contra faciendum.

7. Olera ut citiùs in olla coquantur ager nigrâ terrâ reſpergendus, vel ſi hoc non factum, aliquid de ſynapi ollæ injiciendum.

8. Aggeribus hortus non eſt circumducendus niſi ſit in loco paluſtri quia multum humoris abſumunt foſſæ. Fænile, ſtabula, horreum, procul ſint ab horto ne paleæ involent, quæ ſunt peſtis horti, nam folia perforant.

9. Omnis fimus minùs quàm triennis nutrit vermes. Cinis hortis humidis inſpergendus Lunâ decreſcente & ſiccâ, & flante ventro occidentali.

SUBSECTIO II.

De Horti ſeminatione.

1. Seritur in Martio, Aprili, Majo, Brasſica, radicula, rapum, & poſt hæc, beta, lactuca, rumex, ſinapi, coriandrum, naſturtium. Initiò Octob. in calidis partibus, porrum, apium gythium, atriplex. Sed hortenſia ferè omnia ante Solſtitium. Ruta ex ſemine tardisſimè prodit, meliùs per ſurculos pangitur.

 2. Celer-

2. Celerrime de terra prorumpunt, ocymum, blitum, napus, eruca, nam tertio die: Lactuca quarto. Cucumis & cucurbita quinto. Postulaca seriùs. Anethum quarto. nasturtium, & sinapi quinto. Beta calido tempore sexto, frigido 10. vel 12. Porrum etiam 19. aut 20. origanum expletis 30. apium post 40.

3. Seminandum est Luna super terram existente. Allium Lunâ decrescente. Pisa post Lunam novam, cepæ circa plenilunium. Phaseoli decrescente. Fabæ item. Lactuca item. Porri Lunâ novâ. Petroselinum pro radicibus Lunâ vetere, pro foliis Lunâ novâ. Pastinaca vetere & u Raphanus.

4. Rosmarinus seritr inter Pascha & S. Joannem post Novilunium, idem de garyophillis & cupresso. Violæ flavæ statim post hyemem seruntur, transplantantur circa Pentecosten. Semen neque sit ex primo neque ex ultimo flore. Garyophilli sub plenilunio sati evadunt pleniores & singulis annis sub eodem transplantantur. Lactuca seritur circa plenilunium. Cichorea in plenilunio transplantatur. Tulipæ, vere & initio hyemis seruntur. Lavendula pridie S. Martini. Majorana in plenilunio Martii.

Me-

Melones à Paſchate poſt quatuor ſeptimanas, ſed in Novilunio, & tertio quovis die rigantur ſicco cælo. Spinacæ unâ vel altera ſeptimana poſt S. Michaëlem. Cypresſus ſi in horto pro hyeme manſerit, fimo equino tegitur, ſeritur autem in Novilunio Novemb. effoſſa humo, & alia ingeſtâ & fimo addito autumnali. Si in humido ſerẽda, id fiat in Martio & loco moveri non debet.

5. Brasſica ſata in Vigilia B. V. Aſſumptæ & plantata pridie S. Michaëlis, habetur poſt feſtum SS. Trinitatis. Inſita in Auguſto & plantata in Septembre vel Octobre, per hyemem bene cuſtodita, in Quadrageſima circa Paſcha profert capita. Seminata die Corporis Chriſti, vel Rogationum, non ſuccedit. Brasſica Italica ſeminatur in pervigilio S. Jacobi, hyeme in cellario ſervatur. Portulaca & naſturcium ſeruntur in plenilunio. Cucurbitæ in terra pingvi in fine Aprilis. Duo ſemina aut tria ſimul profunditate trium digitorum defodiuntur, ita ut acutior extremitas ſurſum ſpectet. Sed priùs per noctem in aqua madeant, & ſeminata fimo foveantur. Cucumeres eodem modo ſeruntur, ſed poſtquam exorti

exorti fuerint non rigentur, & ſemina priùs in lacte, vel melle cocto detineantur.

6. Cynaræ, aliæ ſunt Bononienſes, rubræ & hæ meliores: aliæ virides Neapolitanæ. In Martio ante plenilunium in aqua per diem macerentur, & poſtea ſiccentur, tum in ejusdem menſis plenilunio inſerantur, idque terræ intra vas repoſitæ, ita ut extremitates tenuiores deorſum ſpectent, tum verò humus tabulâ modicè comprimatur, & vas fornaci bene calefactæ admoveatur. Non profundiùs quàm ad duos in terram digitos depangantur. Modicè quotidie rigentur ne terra ſit arida. Cùm prodeunt, terram elevant quæ decutiatur. Tum vas in hyppocauſto ad feneſtras transferatur, ſitque in calore mediocri. Cùm exortæ fuerint cynaræ cortices extruſi ſeminum de terra cautè ſine læſione auferantur: poſſunt etiam Soli exponi cùm non eſt aſper ventus. Tandem in hortum transplantentur. 25. April. die calido: diſtet unus ab alio tres ulnæ quadrantes. Poſtquam cynaræ ſunt collectæ maturæ, prodeunt aliæ de caule eorum. Caulis amputetur ut ſolùm ſpitamâ ſupra terram emineat, deinde cum ſua terra in vas transfertur

fertur ac in loco debito una radix prope aliam defodiatur, ac mediocri gelui relinquatur, poſtea fimo equino inſpergatur, ac terrâ obruatur, tum ubi æſtas redierit transplantentur. Si plures ſurculos emiſit caulis, in longum ſcindatur cum radice, cavendo ne ſurculus lædatur, & quælibet pars ſeorſim plantetur, & ſic cynaræ multiplicabuntur.

7. Ceparum ſemina priusquam ſerantur, linteolo involuto madeant in aqua donec incipiant conglutinari, ſed aqua in dies mutanda: tum ſerantur laxè & terra copiosè injiciatur, ſed non comprimatur, neque tegatur. Prodeſt interſerere petroſelinum, quia & hæc, & illud creſcet majus, & à Sole defendet, prodeſt & ad latera plantare betas quia munient à ſiccitate, ſed ſi id factum humidâ æſtate, ſuffocant, & ne ſuffocent, folia de betis tollenda.

8. Beta ſeritur decreſcente Lunâ: item paſtinaca, ſed hujus ſemen prius in aqua triduò madeat. Rapæ in plenilunio, ſed ut ſint dulciores madeat ſemen in aqua mulſa. Braſſica circa 5. Apr. ſeritur, & in cellario ſervatur, tum ubi terra incaluit, plantatur.

9. Aliqui pro ſatione betæ obſervant tem-

tempus quo alni folia incipiunt aperiri. Cepas verò ſeminant ultimâ Lunæ Veſpere, & poſtridie mane excolunt. Semen Braſſicæ comittũt terræ circa Feſtum S. Georgii, vel in ſancta hebdomada, & ſtramine tegunt ne gelu noceat: poſt pluviam circa feſtum SS. Trinitatis traſplantant, ac ubi excrevit, circumfodiunt.

10. Cucumeres, melones, Cauloflores, caulorapi, cucurbitæ, lactucæ, ſeleres, cauloſeleres, ſeruntur, cùm nõ ampliùs metus eſt à frigore, ſervantur autem priùs in hypocauſto intra vaſa, tum tranſplantantur.

11. Videnda hic quæ dicta ſunt Sect. 2. ſubſect. 4. cap. 1. Nam multa eorum huc etiam ſpectant.

12. Caules amant terram pingvem, laboratam, & quô rariores, meliores, & ubi illi ſunt, nihil ſit aliud.

13. Negat Porta poſſe naſci flores diverſos ex eâdem radice per ſeminum commixtionem, ſed oportere radices diverſorum dividi & in unam jungi. Negat varulam. Medicas arbores reddi per infuſionem in illas medicinas. Alii contrarium aſſerunt, nos relinquimus cujusque experientiæ.

SUB-

SUBSECTIO III.
Reliqua de Horto.

1. Horti ſint modicè declives, ut nimia pluvia poſſit defluere. Longitudo ortum & occaſum reſpiciat, ut aliqua pars circa ortum & occaſum Soli pateat, neque totus inumbretur à ſegetibus. Sepes ſint è ſpinis vivis.

2. Fimus recens bona ſemina exurit, malas plantas parturit, melior annuus, optimus triennis. Lunâ decreſcente ſpargatur: nec in eo ſerendum, priuſquam computruerit.

3. Cùm planta debet transferri cum terra ſua immota cochleâ excindatur. Priùs autem in charta pro horto Italico delineatur ordo areolarum quàm in terra, advertendo ne ſint minutæ, conſiderando ſimul in quo loco quis flos pangendus, & qui calido, pingvi, humido, illuſtrato &c. eget. neque ſerendi ſimul flores quorum radices ægrè diſcernuntur, quia diſcerni non poterunt. Quæ plantæ majorem habent florem quàm radicem, meliùs proveniunt ſi ſeorſim ſerantur. Advertunt etiam ut calores florum in areolis aliquam figuram exprimant.

4. Ante

4. Ante Kalendas Octobr. ſerere non expedit. Intra occaſum Vergiliarum, ortum & occaſum Coronæ, ſata feliciùs proveniunt. Luna ne ſit decreſcens niſi dum quæ ob bulbos & radices ſeruntur. Inter ſigna in quibus eſt Luna, bona ſunt, Piſces, Aries, Taurus, Virgo, Libra, ſola ultima pars Geminorum infelix, cætera indifferentia. Sed Mars ſit ſupra terram, Jupiter & venus ſuprà cum bono aſpectu Lunæ, Stellæ etiam de Natura Saturni vitentur.

5. Infra radicès ſit mollis terra. Muſcus ex arbore floribus injectus tam contra frigus quàm æſtum defendit dum ad ſpitamam injiciatur. Aſperſio fiat non infuſio aquæ. Neque dum incipit congelari terra aperienda, ne frigus ſubintret. Aqua ex profundis puteis inutilis eſt, quia à Sole indigeſta, quare priùs cælo exponenda quam ſpargatur: optima eſt pluvialis in ciſternis ſervata, aut è torrentibus; ſtagnans, inepta eſt.

6. Si flos langveat, inſpiciatur radix, & pars læſa abſcindatur, reliquum curetur cerâ ac reſinâ. Langvet autem flos ſi lateat ſub eo ferrum, corium, hinc fiunt folia mucoſa.

7. Flos manu non tangatur, neque effodiatur

diatur cum terra madet. Cavendum ne cati aut canes per hortum discurrant.

8. Talpam effossione assequi difficile. Sed capta una (ut alibi etiam dicimus) imponatur in ollam profundam cujus ollæ defossæ os sit æquale cum terra, hæc cæteras in ollam advocabit, præsertim in vere, vel flantibus ventis, quia tunc fodiunt. Sorices fugient si unus castratus dimittatur. Lumbricos, vivâ calce aspergendo locum & perfundendo, perdes. Vel cannabum seminis ac foliorum decocto.

9. Bulbi dum è longinquo vehuntur musco arborum involvendi, & sic intra ceratam telam insuendi & claudendi cistâ quæ non perpluat: si per dimidium aruerint, sicci cortices suo tempore ad vivum detrahantur.

10. Flores dum peregrè mittuntur non jaceant in cistula, sed vel in fasciculos colligati pendeant, vel lateribus cistæ infigantur, & aridis foliis caudices sint involuti. Possunt diu servari in arena, sed illa priùs eluatur ad puram aquam & siccetur: tum flos suspensus in olla fictili circumfundatur arenâ, sed Tulipis antequam hoc modo sepeliantur præcidendum caput triangulare,

ſiccabuntur quidem, ſed omnem retinebunt colorem. Servantur etiam flores tincti aquâ chryſulcâ.

11. Plantæ lætiores ſunt quæ cinere ſui generis plantarum aſperguntur. Flores ſolitò majores, ſi in una planta cæteris avulſis unicus flos relinquatur. Vel eum unâ cum planta in ipſo plenilunio in alium locum transfer. Vel aliquot ſemina cerâ concludde, & ſere ut unam plantam producant. Criſpi erunt flores ſi modicè ſemina tundantur, & inter illa cylindri lignei imponantur. Semina quæ è medio floris ſumuntur meliores flores producũt, quàm quæ è fine.

12. Terra horto utilis non eſt ſpeciali arte præparanda, non ſit tamen nimis pingvis, quia plantæ non in flores ſed folia abirent. Neq; ſit nimis rara: ſit tamen mollis ut radices penetrent, ſit humida tale ſolum eſt nigrum molle ac leve ſi areſcat, aquâ diductum eſt modicè glutinoſum, guſtu ſubdulce ſi percoles per illud aquam eamque delibes, odoris eſt boni. Probatur hoc modo bona terra. Scrobem effode, & in eandem terram egeſtam repone: Si ſcrobem ſuperat, terra pingvis eſt & aëre turget: ſi non implet, macra: ſi æquatur, mediocris.

cris. Item, si plantæ in ea crescunt exiles, macra est: si virides & multùm foliosæ, pingvis. Item si facile solvitur in limum, pingvis: si plus aquæ in ea manet quàm limi, sterilis: glutinosa & argillosa maximè floribus inimica: rimosa radices Soli prodit. Illa bona quàm recens effossam volucres rostris scalpunt, quia pingvis & vermibus abundat.

13. Colores pro tingendis floribus ut eos recipiant modis quos infrà ponimus, sunt hi. Color niger fit ex alni fructu siccato & pulverisato. Viridis ex rutæ succo. Cyaneus ex cyani flore passim obvio in tritico, si exsiccetur & pulverisetur. Pro flavo crocus, & crines florum aliorum. Pro rubro lignum Brasilum, pro viridi smaragdino spinæ cervinæ decoquantur baccæ, & decocto flos rigetur. Pro aureo ejusdem baccas immaturas decoque. Pro nigro ab aliquibus gallæ cum chalcanto decoquuntur. Discolor erit flos si jam hoc, jam illo colore rigetur. Mixti coloris erit flos, si varia semina in ovis pilula dum seruntur ut concrescant includantur: Usus colorum specialis hic est. Misce ovillum fimum cum aceto, adde salis aliquid, & coloris tertiam

partem, in hac massa immerge. Vel, accipe optimam terram & exsicca atque in pulveres reduc , & in vas collige, in eaque planta radicem alborum florum, & nullâ aliâ aquâ riga quàm coloratâ. Sed tandem redit flori suus color naturalis. Odorati flores eodem modo redduntur ac colorati. Rosæ verò ut magis oleant, rosis aliis earum radices obruuntur, & terrâ.

14. Possunt ex floribus variæ figuræ exhiberi in pavimentis : imò in parietibus unctis bitumine. Ut flores sint citi, sunt in calore servandi & aqua calidâ irrigandi : ut tardiores, transplantentur.

15. Canis in horto excubitor melior niger quàm alterius coloris , quia de nocte non apparet, ideòque magis terret, de die etiam magis terret; sed ut ferocior sit, per diem sit in catena.

16. Vermes si in vase in quo sunt flores enascantur. Vas sensim immergatur frigidæ; & vermes enecandi sursum egredientur.

17. Semina duriora ut faciliùs germinent, in aqua in qua solutum est nitrum, minùs quàm horis 12. macerentur. Vel cortex à tergo in adversa parte oculo dissecetur.

18. In

18. In frigidis partibus fimus terræ ſuppo-natur ut eam calefaciat.

19. Rubetæ & ſerpentes hederam ac ſalviam amant, fugantur odore uſti galbani, cervi, aut capræ cornu, capræ ungulis aut pilis, junipero, radice lilii, ſtirace, naſturtio, corio vetere calceorum, rutâ: uſtis tribulo herbâ ſi ex aqua trita cavernis affundatur.

20. Herbæ ne in ſemitis hortorum naſcantur veterum ruderum cribratos pulveres inſperge, aut glareis permixtam arenam foſſilem, aut macram terram qualis ex alto effoditur, aut calcis particulas quando viva extingvitur quæ remanent globuloſæ, vel teſtas contuſas aut calce ſubactas, ſed hoc ultimum à gelu disſilit.

SUBSECTIO IV.

De Plantis comeſtibilibus.

Agetur 1. de Fabis Faſeolis. 2. &c. &c.

CAPUT I.

De Fabis, Faſeolis & Brasſica.

1. Omnes Fabæ volunt terram pingvem, humilẽ, citiùs coquuntur albæ quàm nigræ: coqui non poſſunt quæ in macro ſolo pro-

diêrunt. Valdè ſe propagans ideò pauco egent ſemine. Sunt fæcundiores ſi transplantentur, folia earum impingvant hortum. Non tangendæ quando florent, quod idem de aliis herbis, comeſtæ obtundunt hominis mentem, & gallinas reddunt ſteriles, præcipuè nigræ. Ut ſerventur, jaceant priùs in cumulo per diem, tum in aqua bene ſalſa, vel bene calidâ per dimidium horæ. Aliæ ſunt quæ pro hyeme ſeminantur, aliæ vernæ. Mutat faba colorem, & ex candida fit nigra. Exeſa creſcente Lunâ repletur : pertuſa ac corroſa idonea eſt ſationi.

2. Faſeoli volunt terram optimè elaboratam & pingvem, ſeminantur cælo ſicco & aperto : terram ſuis foliis & radicibus impingvant, eſus illarum humores craſſos generat.

3. Brasſica loco ſalſo gaudet. Cinerem illi ſi aſperſeris, non admittet erucas. Cùm langvet, vermis eſt circa radicem , & hic perdendus : cùm flaveſcit, eget aquâ. Omnia verò infirma folia ſunt amovenda, ne inficiantur alia. Ut brasſica ſit melior omnia folia quæ prima protruſit, ſunt avellenda, ſuccreſcent meliora. Ut ſecurior ſit à pruina humus cinere conſpergenda, aut aquâ ſalsâ, ſic

ſic & ipſa brasſica fiet melior, non plantanda prope vites, nec prope origanum, rutam, rapum porcinum, prodiret enim non bene. Nec toleretur in horto una ſtirps putrida, quia alias inficit, imo nec aqua in qua brasſicæ coctæ, aut quæcunque herbæ, Erucæ dum invaluerint, nidi formicarum inſpergantur, formicæ pellent âut devorabunt erucas. Ne vero invaleſcant, dum plantatur, hunc inde ſorbi arboris rami defigantur.

4. Semina matura collecta, ſiccata ad Solem durant annis 6. ſi bene cuſtodiantur.

5. Fabarum bina & bina ſeruntur ſemina, diſtant à ſe una ſpitamâ, bis ad minimum debent circumfodi. Semina durant annis quatuor.

6. Brasſica inter vinum ſata, vilius facit vinum. Inter brasſicam, ſata ciclaminus aut origanum, viliorem facit braſſicam. Aqua infuſa in qua nitrum ſolutum, meliorem.

CAPUT II.

De Beta, Apio, Synapi, Raphano, Lactuca.

1. Betæ & Apii meliùs proveniunt, item naſturtii antiqua ſemina. Hoc ipſum eſt in cunila, origano, coriandro, cùm in aliis no-

va ſint feliciora. Betæ ſemina non omnia eodem anno pullulant; aliqua altero, aliqua tertio.

2. Quo ſemel loco ſynapi ſatum vix ab eo locus poteſt ſe expedire. Raphani ut dulciores ſint ſalsâ rigandi: minùs movent ructum ſi cum olivis diſruptis edantur, ſemper autem conſumunt dentes.

3. Beta non niſi tertio anno perfectum ſemen habet & pro ſeminatione utile. Ut betæ ſint grandes, radices illinantur pingvedine recenti bubulâ, & tegantur deſuper lapide plano. Ut verò ſint rubræ, irrigandæ fece vini rubri, vel ſint in magno Solis calore.

4. Raphani non ſerantur prope vites quia ſunt inimicæ. Tenuiores fiunt ſi irrigentur aquâ ſalsâ. Synapi ſemen quantò recentius, meliùs. Ubi ſemel ſeminatum valdè ſe propagat. Optimum eſt quod intus fractum, nec album, ſed viride: album enim vetus, & exolletum. Planta ſeminaria non transplantentur, quæ in cibum aſſumenda transferatur.

5. Beta ſeri poteſt & in vere, & in æſtate, & in Autumno, transplantatur cum 5. aut 6. folia habet, poſtea circumfoditur. Si concuſſa ſit grandine vel aruerit, prope terram

ram abſcindatur. Semen ſervari poteſt quatuor annis.

6. Lactucam æſtate opus alternis aut tertiâ die irrigare. Cùm jam habet 4. aut 5. folia tranſplantetur, pede diſtet una ab altera, & adaquetur. Criſpa ut ſit alba vertex ligandus biduò antequam evellatur. Non criſpa ſtatim liganda atque ſatis crevit. Semen colligitur bene maturum & ſiccatur ad Solem & valet per tres annos.

7. Raphanus amat terram pingvem bene commotam & ſæpiùs, & volunt raphani circumfodi, & poſtquam facti ſunt majuſculi, tolluntur illis folia prima, & terra cooperiuntur. Quantò folia ſunt molliora tantò raphanus melior, ſemen colligitur maturum, ſiccatur in Sole, ſervatur in loco ſicco, & durat duos annos. Locum humidum petit. Dulcis fit, ſi ſemen in mulſo jacuerit. Major, ſi detrahantur folia uno medio relicto, ac terra operiatur. Vel antequam ſeratur, terra ad aliquot digitos paleis operiatur. Ne pulices illi noceant eruum interſere. Odit vitem, ſalem reſolvit, ebur purgat.

8. Ne braſſicam infeſtent vermes, ſemen in ſalſæ braſſicæ juſculo maceretur.

CAPUT III.

De Cepis, porris, allio.

1. Cepæ fient multò majores ſi foſſa, in qua ſervandæ ſunt, priùs ante dies 20. aperiatur, & ſiccetur. Cepas decorticatas ſinunt coci aliquot horis macerari in aqua ut ſic deponant acrimoniam. Colliguntur cepæ deficiente Luna ſereno & ſicco tempore, quando jam folia incipiunt areſcere, & ſemen nigreſcere. Si ſerantur dum Luna eſt ſub terra, ſunt acriores ſed minores, amant terram rubram. Ut fiant majores antequam plantentur diebus 20. denudentur earum capita, & vertices amputentur, & terra effodiatur ut penitùs exſiccetur. Ut ſerventur diu, aquâ calida perfundantur, tum ſiccentur, & ſupra ſtramen hordei diſponantur ita ne una contingat aliam.

2. Porrum nonniſi quarta die poſt ſeminationem irroretur. Ut ſit majus, plura ſemina uno linteolo detrito involuta ſerantur.

3. Allium reſolvatur in denticulos, & quisque ex illis humo ſeorſim committatur, cavendum ne aquam habeant. Quando jam tria folia emiſit oportet ſæpiùs cir-

circumfodere, quia pulchrius prodibit, & dabit ſemen majus. Ut autem naſcatur majus, quando è terra incipit conſurgere, calcetur. Ut dulce naſcatur, per circum ſerantur nuces olivarum, ſervatur in fumo camini, vel in ſalſa aqua, colligitur tempore ſicco & ſereno. Allii eſu in majo recenti butyro toto anno ſe futuros ſanos arbitrantur ruſtici in Gallia. Idem pueris exhibent ad necanda ventris animalia. Reſtingvi dicunt ejus comeſti odorem, ſi liberaliter ſuperedatur apium.

4. Cepæ diu ſervantur, ſi evulſæ in loco calido detineantur ut aliquantulùm areſcant, poſtea dolio immiſcendo cinerem imponantur ac claudantur.

5. Cepæ volunt in horto crebrò purgari & terram circa ſe moveri. Cùm transplantantur (quod faciendum quando ſunt nimis denſæ) truncentur per medium folia & radices. Ad unum digitum ſub terra profunde plantantur. Purgari debent circũ herbæ inutiles. Colliguntur cum folia frangunt ſeſe. Meliores pro ſemine, quod dabunt anno ſequenti, plantantur in Auguſto, & opus illis dare ſuſtentacula. Si relinquatur

semina in suis nidis durant annis tribus, aliàs solùm uno, colliguntur matura.

6. Porrum vult esse in Sole. In terra stercorata, distet unum ab alio digitis duobus.

7. Allium postquam tria folia emisit circumfodiendum, sed non supponatur nec superponatur fimus, quia generat vermes qui allium devorant.

8. Porrum magnum erit, si veteri linteolo plura simul involvantur semina, & in terram missa stercorentur, atque rigentur. Vel, si in porri caput sine ferro imposueris semen rapi vel cucurbitæ, post sationem debet conculcari, ac tandem quartâ die rigari. Inter seredum, arena terræ misceatur. Ne verò comestum malè oleat, semen cumini præsumatur.

9. Allium ut crescat majus, postquam folia emisit, ea reflexa in terram pangantur. Ne fæteant comesta, superedatur cruda faba, vel radix betæ in prunis tosta, vel apium viride.

10. Cepis dum seruntur satureia misceatur. Crescente Lunâ satæ, sunt acriores sicut & rufæ ac oblongæ. Majores erunt si in terra ante 20. dies laborata serantur, vel detractis

detractis tunicis. Contra ordinem Lunæ augetur & decreſcit cepa.

11. Cepa etiam fit grandior, ſi poſtquam aliquomodo crevit, eradicetur, & per dies 20. Soli exponatur, & rurſus plantetur.

CAPUT IV.

De Fungis, Fragis, Bulbis, Naſturcio, Spinachio, Endivia.

1. Fungi adnati arboribus ſunt lethiferi & quivis fungus vertitur in venenum ſi afflaverit eum ſerpens, vel ſi creverit ſupra pannum putridum, aut ſupra panni rubiginem. Saliuntur, priùs optimè mundati & loti, ac modicè cocti, tum ſiccati bene ac refrigerati poſitique æſtate in loco frigido; hyeme autem ſervantur in loco ſicco, debetque juſculum ſalſum illis ſupernatare.

2. Fraga è ſylvis ſumpta plantantur in horto, ſed tantùm annis tribus durant, ideoque nova plantanda.

3. Bulbi ſi ſerantur, non latè proveniunt. Ante biennium, meliùs illos in particulas conciſos terræ mandari, ſed in hunc uſum oportet effodi priuſquam efflorescant. Si in illis folia incipiunt infernè areſcere, ſignum

1 Poziaky z Rzeruchy
7 Spinak

gnum eſt maturitatis : ut majores ſint circumponantur radicibus laterculi.

4. Naſturcium quod habet meliora folia eſt minùs.

5. Fraga ſub umbra arborum plantanda: venenum non recipiunt etſi illa ſerpens aut aliud venenatum tranſierit.

6. Spinachium ſeri poteſt in Sept. & initio Veris , ſed priùs ſemen detineatur in aqua donec germinare incipiat, poſtea miſceatur cum terra ſicca. Opus temporibus gelidis ſtramine cooperire. Omnem terram admittunt, dum ſit bene culta & humida aliquantum. non tolerant circumfodi,ſed mundari,& tonderi volunt, ſemen maturum colligitur, & durat annis duobus.

7. Endivia ſeritur per totum Aprilem & Junium vult terram mediocriter pingvem & cultam, transplantata melior. Poſtquam ad medium crevit transfertur in terram pingvem. Ligatur deinde ut ſit alba. Semen maturum colligitur, in Sole ſiccatur, & durat tres annos.

8. Fungi naſcuntur ubi ſalix putris defoſſa.

9. Fraga præcocia erunt, ſi quovis triduò rigentur aqua mixta ſuillo aut colum-

barum

barum ſtercori. Melius autem provèniunt inter boragines ſata & ſub earum umbra, & ſemper debent relinqui herbæ quæ illis umbram faciant.

10. Fungi ut ex albi aut nigræ populi cortice minutim conciſo creſcant, aſpergantur fermento panis cum aqua mixto in terra bene ſtercorata.

CAPUT V.

De Peponibus, Melonibus, Cucurbitis, Cucumeribus, Boragine, Napis.

1. Pepones comeſti, à ventriculo ſi non ſuperentur, morbum choleram adducunt. Qui intùs madent, nullius ſunt valoris. Meliora ſunt ſemina quæ intra melonem conſervantur ad maturitatem. Melones appetuntur à felibus. Pepones longiores ſunt melonibus. Pars hujus aut melonis carni impoſita dum coquitur, facit illam citiùs elixari.

2. Cucumeres, Melones, Pepones, ut naſcantur absque ſemine, item cucurbitæ: Semen eorum in oleo ſeſami triduo maceretur ante ſationem. Ut ſint ſolitò majores, dum creſcunt in aquam immittantur, vel in vaſe ſerantur quod ſemper exponetur ſoli, ac frigori ſubtrahetur.

ponatur. Soli ac frigori ſubtrahetur, & dum incipiunt creſcere abrumpantur illis capita. Ne verò illis noceant vermes, in circum ſeminetur origanum, vel ejus rami depangantur. Ne ſint aquoſi ſupponenda palea terræ in qua ſeruntur, & modiciſſimè adaquentur. Ut ſint purgativi in ſingulas dies quinque perfundantur quinquies aquâ in quâ depoſitus fuit cucumer Sylveſter per triduum. Vel ſemen illorum per triduum ponatur in infuſione ſcammoneæ. Ut ſint odorati, ſemen ponatur in aqua roſacea, & circùm plantentur roſæ. Ut ſint dulces, deponatur ſemen in aqua ſaccarata, vel melle, aut lacte. Ut diu ſerventur, adaquentur ſucco ſempervivæ. Menſtruata ſi cucumeres, pepones, melones acceſſerit: occidit, aut facit amaros. Ut recentes diu permaneant, ponuntur in fece vini, vel in aqua ſalita, vel intra vas appendantur intra quod ſit aliquid aceti.

3. Cucurbitarum ſemina priusquam ſerantur ſint in aqua per noctem, quæ ſupernatabunt ut ſterilia abjiciantur, deinde bina ſemina ſimul in terra defigantur ut ſurſum acumen ſpectet, ſit autem foſſa in

qua

qua deponuntur profunda & lata pedes duos, impleta fimo veteri, & ut citiùs prodeant, addatur fimus equinus recens ſtatim ex ſtabulo. Quò minùs irrigantur ſunt meliores. Ex ſemine quod eſt prope collum cucurbitæ, naſcuntur longæ: ex eo quod eſt in medio, rotundæ: ex eo quod eſt in lateribus, breves & craſſæ. Teneriores fiunt ſi erecta ſemina figantur in terra. Cortices dant duriores ſi ſemina acumen terræ obvertant. Semen ut poſſit ſervari, priùs areſcat in ſole, vel fumo.

4. Cucumeres quando tonat crebrò, pereunt. Hyeme recentes habebuntur, ſi fuerint ſati inter braſſicam, & dum illa ſe in caput conglobat, immittantur capiti.

5. Seminari poſſunt boragines & in Aprili, & in Auguſto, & poſſunt omni tempore humido transplantari. Colligitur ſemen dum parat decidere, & exponitur ſoli ut maturetur, ſervari poteſt quatuor annis.

6. Napi in Auguſto ſeruntur in terra optimè culta & impinguata, & ante ſationem ſemen cum terra miſcetur aut arena, & ſic ſeritur, vult frequenter circumfodi & mundari ab herbis inutilibus. Serun-

tur post pluviam sed in loco soli exposito.

7. Semina Cucurbitarum antequam serantur, in aqua tepida jaceant donec tumescant, & duo aut tria semina simul in terra ponuntur.

8. Melones non multùm letatam volunt terram|sic enim fiunt sapidiores.

9. Cucurbita erit sine semine si postquam aliquantum crevit abscindatur, & in terra sepeliatur ut tantùm vertex extet, & hoc iterum ac tertiô faciendum. Grandior erit si semen inverso acumine pangatur. Pulices illi non nocent si sint juxta, rami origani. Celeriùs adolescit ramos superfluos amputando. Longior erit, si vas cum aqua apposueris ut ad illud protendat. Odit oleum, contactu mulieris languet, & menstruatre etiam aspectu. Durat recens in albi vini fece demersa clausa, vel in vase aceti ita ut vas non contingat, claudendo vas pice ne acetum evaporet. Saporem, & odorem dabit ejus succi in quo semina macerabuntur. Nonâ die facit fructum in cinere ossium humanorum sata.

10. Cucumerum eadem ratio quæ cucurbitarum, frigus non metuent si semen

in medullam rubri penes terram abſciſſi ſeratur & terrâ ac fimo muniatur à Mulis ſummè expetuntur.

11. Melones feli ſunt in deliciis, ſi illorum particula imponatur carnibus, aut ſemen urticæ, vel Synapi citiùs caro elixatur. Idem eſt de ficûs ſurculo. Maturantur in farina.

12. Cucumeres ut ſint præcoces hyeme in calido ſervantur, & aquâ tepidâ rigentur ut diu maneant virides, non avulſi immittantur in vas in quo eſt aqua ſed illam non tangant, & tegantur ne ſol eos adurat. Majores erunt, ſi ubi prodierunt, non avulſi defodiantur, vel ſub radice deſodiatur vas cum aqua, vel ſemen intra ipſum cucumer ſeratur. Sine ſemine erunt, ſi ſemen ante ſationem triduò fuerit in oleo ſeſamini.

CAPUT VI.

De Lactuca, Cichorea, Petroſelino.

1. Lactuca diebus ſiccis alternis, vel tertio ſaltem die adaquanda, imò ſtatim poſt inſitionem ne terra letata ſemen rejiciat. Ut ſit criſpa, transplantetur & vertex amputetur, & ſit ex majori ſpecie. Ut ſit

alba, priusquam evellatur, biduò ligetur, vel transplantata ſabulo aſpergatur. Ut diverſæ ex illa herbæ enaſcantur, rami avellantur, & in vulnera infigatur ſemen acetoſæ &c.

2. Cichorea cùm jam habet 4. folia debet transplantari in terram pingvem, & ut ſe pandat, lapillus intra folia immittendus, quo facto etiam dulcior fiet. Erit alba ſi tegatur ſcutellâ dum creſcit.

3. Petroſelinum multam amat adaquationem, & ut ſit majus, in linteolo veteri plura ſimul defigantur ſemina, vel intra globulum fimi caprini. Ut folia ſint criſpa, ſemen concutiatur ſtipite ſaligno donec cortex deciderit. Vel, poſtquam ſemina ſunt inſita tellus cylindro benè complanetur. Quò vetuſtius ſemen, melius. Ut citiùs prodeat, diebus aliquot ſemen in aceto madeat, aliquando etiam terra cinere ſtraminum fabarum aſpergatur, & modico cremato, & tegatur. Ut creſcat majus, ante hyemem ſerendum.

4. Fugit petroſelinum nimium ſolem. Colligitur ſemen non omninò maturum ſed cùm incipit albeſcere, & ſiccatur ad ſolem, tantoq; eſt melius quantò antiquius.

5. Pe-

5. Petroſelinum totâ hyeme manebit viride ſi die S. Joann. Bapt. ſeratur.

6. Lactuca ut ſit amplior, ſeratur laxiùs, vel opprimatur teſtâ aut glebâ, vel abſcindatur vertex. Ut ſit candida, inſpergatur illi pura arena & ligetur. Non lædetur frigore quovis quæ habet ſemen album. Ut ſit mollis, poſtquam è terra prodiit, transplantetur. Ut ſit capitata, transplantetur, & ubi ad ſpitamæ crevit altitudinem ablaqueetur, & fimo recenti bubulo ungatur, & terrâ obruantur radices, atque rigetur, & ubi cæperit creſcere, vertex abſcindatur, teſtâque fictili non picatâ integatur. Odorata erit, ſi ſemen ejus cytrii ſemine concluſum ſeratur, vel aliquot ante ſationem diebus in aqua odorata madeat. Tenerior erit ſi ligetur biduò vel triduò antequam evellatur.

CAPUT VII.

De Cynaris, Aſparagis, Rapis, Carduis, Saleri.

1. Cynaræ ſeminantur decreſcente Lunâ, neque primo anno dant bonum fructum. Obvertitur acumen ſeminis ſurſum, terram petit nigram permixtam ſa-

bulo, duobus digitis profundè ponitur, & molliter contegitur terrâ, multâ eget aqua. Si ſemen deorſum acumine ſpectet, debilem fructum dabit. Ut ſint ſine ſpinis, lapide acumen ſemini amputetur: vel in medullam lactucæ imponatur, & ſic ſemen inſeratur. Ut ſint odoratæ, ſemina jaceant in aqua roſarum, vel lauri, aut alio oleo per triduum antequam ſeminentur, ſed priùs quàm in terram abeant, ſiccentur. Vel baccæ lauri ſemen inſertum ſeratur. Ut ſint dulces, in melle aut lacte madeant ſemina, tum reſiccata ſerantur.

2. Aſparagi non eduntur cum ſalute niſi planta ſit annorum ſex. debent autem abſcindi non erui, ut radix maneat. Pulvis uſtorum cornuum arietum aut caprorum deſuper illis inſpergatur. Imò ipſa cornua erunt loco ſeminis dummodo perforentur. Fructibus decerptis ut radix fructificet, circumfodi debet.

3. Raporum ſemen cum fuligine miſcetur in aqua, ac die venturo ſeminatur. Non ſit antiquius trienni, alioqui caules producit. Ut verò ſint majores, transplantentur, & terra deſuper calcetur ne humor abeat in folia.

4. Plan-

4. Plantantur etiam ſic cynaræ, à planta antiqua avelluntur gemmæ cum aliqua parte plantæ, & terræ bene laboratæ committuntur, atque rigantur aquâ pluviali, fit autem hoc à medio Septembre per totum Octobrem.

5. Cardui plantantur in terra pingvi profundè foſsà, & hoc poteſt fieri inter allia & cepas, diſtet unus ab alio paſſu. Pro hyeme ſupra illos terra calcatur & fimus ponitur. Purgari debent, & herbæ inutiles evelli. Semen maturum colligitur, & durat annos duos.

6. Seleri in Maio ſeruntur in terra profundè commota, pingui, letata, & teguntur ſtramine, donec pullulent, ſint in loco mediocriter umbroſo, nam calor ſmagnus illos lædit, poſtea transplantentur in locis ſoli expoſitis. Semen maturrimum colligitur, ad ſolem ſiccatur, durat annos 4.

7. Aſparagi non evelluntur ſed abſcinduntur ut repullulent illæsâ radice. Naſcuntur & ex raſura cornuum Arietis. Agrip. Occult. Philoſ. lib. 1. cap. 32.

CAPUT VIII.

De Paſtinacis, croco &c. Pimpinella, Mentha.

1. Paſtinacæ ut majores creſcant non densè ſeminentur, & crebrò avellantur folia.

2. Crocus ibi amat ſeri ubi creverunt cepæ, meliùs verò è ſuis prodit cepis quàm è ſemine. Inſidiantur illi talpæ & mures. Cepa ejus priùs in umbra per dies decem ſiccanda, & cùm eſt inſita calcatur humus. Colligitur Sole oriente, ſervatur in loco clauſo & ſicco bonus eſt crocus qui non frangitur, qui manum tingit, & odorem habet acrem.

3. Acetoſa & Pimpinella in loco pingvi ſeratur, & ut ſemen, tranſplantetur, & creſcere ſinatur. Acetoſa ut ſit pulchrior, ter aut quater in anno tondeatur.

4. Fœniculum marinum ſeritur in loco ſicco & ſabuloſo, ſed multùm ab initio irroratur.

5. Pimpinella ſeritur in loco ſtercorato, & irrigatur, vult tonderi, ſemen maturum colligendum.

6. Mentha vult terram aliquantùm impingvatam & profundè cultam, ac Soli expoſi-

positam, humidam, & aquæ vicinam. Non tangatur ferro, pro hyeme tegatur fimo, alioqui degenerat in mentastrum.

7. Pastinaca amat locum multò antè bene cultum, neque densè debet seri ut crescat major, frequenter illi avellantur folia. Et ubi aliquantùm crevit, conculcetur. Semen immaturum colligitur, & siccatur in umbra, durat duos annos.

SUBSECTIO IV.

De Plantis odoratis.

Agetur 1. De Rosa. 2. De Liliis, &c. 3. De Cultura horti.

CAPUT I.

De Rosa & Rosmarino.

1. Rosa ut quinque diversos colores habeat, cùm gemmæ turgere incipiunt subulâ ramos sub geniculo perfora, & uni ex ligno Brasilo unum colorem affunde, alii alterum, & vulnera fimo bubulo illine.

2. Rosmarinus quò sub foliis candidior, faciliùs asservatur. Servatur verò hoc modo, sint in fundo vasis fictilis duo foramina, terra sit mixta carie salicis, vel saltem col-

lecta circa ſalicem carioſam, cum hac carie lutum quod ex urbibus evehitur, ſiccatum & craſsè cribratum miſcendum eſt, transplantari debet ſæpiſſimè in Maio & à Vere ad Julium ſubinde. Manè circa horam 8. æſtate rigetur, veſpere circa 5. Vertices crebrò amputandi ubi jam bene radicatum, ut craſſeſcat. Cùm Sol aſcendit, paulò inferiore loco deponendum, quàm cùm Sol aſcenderet, & in hunc uſum diſponenda gradatim ſcamna. Hyeme autem in cellario ſervetur, vel in cubiculo bene munito quod inſiſtit hyppocauſto calefacto, illud bene munitas habeat feneſtras (fortaſsè & carbones inferendi) calor autem per foramen ex hyppocauſto aſcendat cùm illo opus, opus eſt autem cùm aqua pro ſigno hujus rei in cubiculo relicta congelare incipit, neque alio tempore eſt neceſſe.

3. Roſa juglandi & pruno poteſt inſeri. Roſa plena in Martio tranſplantetur ante plenilunium, erit odoratior, & ſubalba. Si roſeam gemmam à matre avulſam in amygdalæ corticem inſerueris, quo tempore amygdala florent, etiam roſa dabit ſuos flores. Roſas ſerotinas habebis, ſi roſam cortici malorum inoculaveris, vel ſi prima

prima ejus germina decusseris. Rosæ perdurant, si nondum apertæ intra arundinem maximam concludantur. Eodem modo flores & fructus, si vitreo in vase ab aëre defenderis, & in cisternas aquâ plenas demiseris.

4. Rosæ magis odoratæ erunt, si allium juxta plantetur, ut radix tangat radicem, idem fiat cum liliis. Rosæ datur quivis color, si dum prodiit, antequam se aperiat, subulâ nodus sub flore aperiatur & color ex decocto ligno brasilo infundatur, ut dictum superiùs.

5. Rosæ diu servantur, priusquam se aperiant, non tactæ manu abscindantur, & intra vitream lagenam positæ, bene claudantur, ac in arena sepeliantur. Vel, vas ligneum intùs consperge sale, & hâc die rosas abscissas nondum apertas impone, & iterum sale asperge, & ita fac donec vas impleveris, tum vinum bonum infunde, claude, serva in cellario, ita Schwent.

6. Flores rosarum odorati manebunt per annum, supra plumbeam laminam sub meridie siccentur ac claudantur. Sint sicci & bene compressi, & vas siccum. Conservantur diu recentes positi in lagena querna,

quæ

quæ obturata mittitur in aquam currentem. Sed nunquam tangantur manu. Præscindantur autem dum se incipiunt aperire, & nocte serenâ sub dio habeantur, & in fictili vase lotâ & exsiccatâ arenâ obruantur. Vel in vacua sed clausa olla infodiantur.

CAPUT II.

De Liliis, Ruta, Viola, Ocymo, Salvia.

1. Lilia erunt pupurea. Quando Lilia alba florent, accipe aliquot earum radices & in camino suspende, emittent radiculos uti cepæ, ante plantationem in fece rubri vini pone, & tandem in terra planta ac fecem eandem affunde. Talem etiam colorem assumunt Lilia qualis sub earum radice positus fuerit. Diversis mensibus prodibunt si aliarum radices profundiùs ac profundiùs in terra ponantur.

2. Ruta cinere aspergi debet, fimum ac humorem respuit. Salsis aquis gaudet, ferro si tetigeris arescit. Si ramum ejus in terram flexeris radices aget. Contactu menstruatæ moritur.

3. Lilia erunt purpurea, si bulbos eorum arefactos in fece nigri vini deposueris, & eadem

eâdem irrigâris. Rubra, vel alterius coloris erunt, eum colorem cortici bulbo illæſo infunde. Recentia durabunt ſi priusquam ſe aperuerint fictili claudantur, aperient autem ſe expoſita Soli.

4. Una viola variarum violarum odorem habebit, ſi variarum linteolo ſemina impoſueris & ita ſeveris ſed ut vigeat, ſingulis annis tranſplantari debet. Toto anno florebit ſi capuli decutiantur dum ad ſemen properant.

5. Ocymum ubi ſeminatum debet bene premi terra, aliàs putreſcit. Debet conſpergi aquâ ferventi aut aceto. Ubi ad palmum excrevit præſcindatur, ſed non ferro. Capræ illud etiam famentes non edunt. Unde res à capris tutas facit. Dicitur à ſuccino non trahi. Si edatur, illo die, à punctura ſcorpionis facit inſanabilem. Etſi hoc, & de capris alii negent. Commanſum Soli expoſitum gignit ſcorpionem vel alios vermes. Lunæ primâ die tritum & ollæ novæ inditum, emittit ſub plenilunio ab altero fine flores. Dicitur, ſi integrum ocymum cum radice ſupponatur ſcutellæ in qua eſt cibus, fæminas illius cibi nauſeâ corripi.

6. Sal-

6. Salvia debet cinere & lixivio muniri.

Plura de Floribus vide in P. Ferrario.

CAPUT III.

De Cultura horti.

1. Dum hortus ab herbis inutilibus repurgatur advertendum, ne à dormitantibus operariis etiam utiles herbæ evellantur. Cum autem nimis herbæ inutiles in horto propagantur, ferendum hagecum, vel cannabis ut eas extirpent.

2. Colorem quem voles dabis rosis, violis, &c. Accipe terram pingvem & Soli expone donec in pulveres solvatur, in his planta florem, & colore ex decocto ligno Brasilo irriga: pro viridi cape cynosbati baccas & coque, pro nigro succum nigrum. Sed cavendum à rore & pluvia.

3. Si variarum plantarum cerâ concluseris semina, aut in stercus caprinum imposueris, & severis, variata exurget planta.

4. Hortorum plateæ ne herbas proferant sale conspergentur.

5. Rosæ ramus in terram reflexus radices agit. Lectæ cælo sereno sunt odoratiores, melius siccantur quàm ad Solem.

6. Gramen ne repullulet instrumento

æneo

æneo in ſangvine hirci tincto eradicandum eſt.

7. Piſa præcocia, cucumeres, rapæ. Fimus equinus antiquus putridus ad ſemipedem ponatur, & ſupra illum terra cribrata ad duos digitos ſeminentur in hac prædictorum ſemina, prodibunt alterâ, vel tertiâ die, etſi non rigentur, etſi tempus ſit frigidius. Idem de fragis, ceraſis, ſed horum ſemina macerentur per noctem in fimo bubulo aquâ diluto.

8. Vino rubro ſemen impoſitum tardè prodit; in vino malvatico, & ſpiritu vini moritur.

9, Arbores citiùs germinant prope culinas plantatæ, quia illas calor aliquis accedit.

10, Roſa Damaſcena, raphanus, borrago, beta, in mera aqua creſcit aliquamdiu, ſi ſurculus ſtans aquæ imponatur.

SUBSECTIO V.

De collectione rerum ex horto & conſervatione.

1. Radices communiter colliguntur quando jam folia de planta ceciderunt. Flores, quando omninò ſunt aperti. Roſæ & cap-

cappari ut ſervari posſint leguntur adhuc clauſi, ſemina dum omninò maturuerunt. Omnis verô collectio fit tempore ſereno & Lunâ decreſcente. Herbæ ſervandæ, debent priùs optimè mundari ac in umbra ſiccari, vel in Sole, tum reponi ad ſaccum factum ex corio non ex tela, vel in ciſtas ligneas ne exhalent. Errant qui herbas medicinales in aëre libero appendunt, tales enim & pulverem & telam araneæ, & ſpurcitias muſcarum recipiunt. Flores nunquam in Sole, verùm in umbra ſiccantur, neque tempore meridiei & in alto loco, quia facilè exhalant. Sed dum ſiccantur crebrò revolvendi, ne alicubi putreſcant, advertendum etiam ne amittant colorem aut odorem: ſiccati in vaſa terrea reponantur. Semina ſervantur in ſaccis, vel vaſis terreis ſtricti oris bene clauſa.

2. Papaver, cepa, porrum, intra ſuas herbas meliùs ſervantur. Radices ut maneant recentes reponuntur in ſabulo, ut rapæ &c. vel defodiuntur in terra. Quæ ſiccæ radices ſervandæ, eluantur bene, & minutæ fibræ amputentur, tum in umbra versùs ortum ſiccentur, ut radices fæniculi, cichoreæ, petroſelini, aſparagi. Sed ſi radices ſint

ſint majores ſiccandæ in umbra verſus meridiem, ut liliorum, gentianæ, rapæ porcinæ, & poſtquam ſiccatæ ſunt Soli exponantur dimidiâ die. Servandæ verò deinceps in loco ſpectante ſeptemtrionem quem Sol non accedat, nec pulvis, nec fumus. Nullo modo quidquam dictorum permittit Hyppocrates vento ſiccari quæ ſervanda ſunt, ſed in vaſis jubet recludi.

3. Roſas diu ſervabis, ſi herbidam adhuc hordei ſegetem unà cum radicibus avulſam in dolio non picato ponas, & roſas adhuc clauſas ſuperponas, atque vas claudas.

4, Lilia ſervabuntur tota anno, ſi nondum aperta cum ſuis ramuſculis tollantur, ponanturque in vaſe fictili novo non picato, & claudantur. Si velis ut aperiantur, Soli expone. Etiam roſæ rudi tantùm fictili inditæ & bene munitæ, & terrâ ſubdio obrutæ ſervari poſſunt.

5. Flores anno durare poſſunt, ſi in oblongo vaſe clauſi, & oſtio occluſo per ſigillum Hermetis ſub aquis mergantur.

6. Ramuſculum ceraſi die S. Andreæ tolle ab arbore, & aquæ impone ut ſolent flores ſicque relinquatur ad Natalem Domini, dabit flores.

7. Flores ſolitò majores fient cultu extraordinario, circumfodiendo, irrigando, letando &c. Odores contrahent illarum aquarum quibus ſæpiùs eorum radices fuerint rigatæ, vel ſi in illis aquis macerentur ante ſationem ſemina. Colores novos acquirent, ſi in aquis coloratis maduerint ſemina, & iiſdem aquis frequenter radices ac plantæ irrorentur, ſic quidam varietatis miræ habuit flores, manè coloris unius, veſpere alterius aquis irrigando. Roſa rubra odore ſulfuris albeſcit, ſed per noctem prior color redit.

8. Roſa præproperè florebit, ſi roſeam gemmam à matre abſciſſam in hiantem amygdalo corticem emplaſtremus, dum floret amygdalus. Et vulnus terrâ cribratâ ac ſtercore liniamus, irrorando quando opus, & ſoli exponendo. Democritus in Januario promittit roſas, ſi frutex in æſtate bis quotidie rigetur. Theophraſtus ſemen ante ſationem in aqua præmacerando, vel ſatum continuò irrigando.

9. Roſas, violas, alioſque flores, ſingulis menſibus habebis, ſi ſingulis menſibus alias atque alias plantaveris, ſtercoraveris, humectaveris.

10. Se-

10. Serotina datur roſa quæ malorum cortici inoculatur: vel prima germina decutiendo, nam alio regerminando præterit tempus, & tandem tardi fiunt flores. Garyophillos item ſeros habebis, primos flores avellendo ac ſoli ferventi exponendo, & ne areſcat bene irrigando.

11. Si variorum ejusdem ſpeciei florum ſemina linteolo (hoſtia etiam adhiberi pro linteo poteſt) involuta inſerueris, verſicolores expecta flores.

12. Roſæ erunt ſerotinæ ſi avellantur ſemper quoties prorumpunt, idem de Ceraſis. Vel ſi radices circa Nativitatem Domini per aliquot dies denudentur; vel eximantur è terra antequam protrudant gemmas. Vel funiculo robuſto ligetur planta ne ſuccus aſcendat, vel extra ſolem plantetur.

SUBSECTIO VI.

De Aquarum ex herbis diſtillatione.

1. Cùm diſtillantur herbæ venenatæ opus cavere ne fumus aut vapor inficiat. Vitra eligenda ſine bullis, nodis, æqualis ubique craſsitiei, plumbea vaſa meliora vetera quàm nova. Ne fumus inficiat a-

quam diſtillatam ſub alembico ponatur ſubtilis arena aut cinis. Nec ſtatim ſit ignis fortis. Carbones priùs extrà accendantur, ut quod in illis eſt virulentum effumet. Alembicum non valdè impleatur. Quando eadem aqua diſtillatur aliquoties, in omni diſtillatione uno gradu minuatur ignis, quia jam eſt materia attenuata. Phlegma aliquarum manet in fundo ut in aqua vitæ, in aliquibus primò exit, ut in melle, aceto, & ut plurimum. Ut aqua habeat odorem, res odorata in roſtro alembici ponatur in nodulo lineo ut per illam aqua tranſeat. Videndum ut non magis quàm guttatim fluant diſtillata. Ut aqua odorem ignis amittat, ponatur clauſa in loco frigido, in arena humida. Si ſtillatæ aquæ ſint turbidæ, clareſcent immiſsâ guttâ aceti in libras ſingulas. Fit diſtillatio deorſum in his quæ volumus odorem retinere. Carbones ponunt ſupra alembicum, ſed cautè ne adurant, quod ipſum fieri poteſt intra duas ſcutelas, quarum inferior habeat in fundo foramella, de cætero claudantur optimè. Diſtillant etiam hoc ex floribus aquam, vas latum fictile linteo tegitur, ſupra linteum v. g. flores roſarum

ponuntur

ponuntur & rurſus telâ aut chartâ conteguntur, tum in ſcutella fictili vel alio vaſe carbones ſuperponuntur, deſtillabit in vas ſubjectum aqua.

2. Alii ſic faciunt aquas odoratas. In crematum ligatas funiculo herbas odoratas, garyophillos, roſas, moſcatellas, violas, aut lilia imponunt, & dum odorem credunt excerptum, iſtas eximunt, & alias immittunt, ſed garyophillos aut violas citiùs oportet extrahere, ne etiam colorem affundant.

SUBSECTIO VII.

De Vinea.

Agetur 1. De loco vineæ. 2. De vitibus. 3. De morbis vitium. 4 De vindemia.

CAPUT I.

De Loco vineæ.

1. In locis calidisſimis vineæ ſtatuuntur ad ſeptemtrionem: in frigidiuſculis ad meridiem: in mediis inter hos, ad diverſas mundi plagas. Sata in plano multum affert vinum, ſed in montanis melius vites quò altioribus alligantur ſudibus, magis botri maturantur.

2. Vinea non ponatur ubi ſunt aquæ ſal-

ſæ, aut amaræ, neque ubi terra ſcinditur calore Solis, nam radii penetrando arefacerent radices, neque ubi lapides ſunt in ſuperficie, neque ubi argilla aut rubra terra. Ubi fuit vinea vetus non ſuccedat nova niſi priùs antiquæ fuerint extractæ radices. Ubi plantanda eſt nova ducantur foſſæ in longum contra meridiem, & per annum apertæ maneant ut Sol terram percoquat. Terra deinde tota bene confodiatur ac ſtercoretur, ſed magis ligone eget quàm fimo vinea. Gaudent vites lini aut ſiliginis ſiliquis ad radicem appoſitis.

3. Opus ut monte vel ædificio defendatur vinea ab aquilone. Facienda etiam priùs foſſa & infundatur aqua pura miſceaturq; cum terra, tum ſinatur ſtare quiete ut terra ſubſidat, guſtetur jam aqua, ſi guſtu aſpera, vel olfactu gravis, non plantetur eo loci vinea. Non omnis autē vitis in quavis terra naſcitur.

CAPUT II.

De Vite.

1. Surculi è montanis vineis in plano plantati, ſuccedunt; non è contra. Idem eſt de aliis plantis, imò de animalibus. Surculi eam cæli ſpectent plagam plantati quam

quam ſpectabant dum eſſent in vite, imò & locorum ſimilitudo obſervetur. Neque accipiendi pro plantatione rami longi prope terram è vite prodeuntes, neque prope ſummitatem, ſoli valent qui de medio vitis prodeunt. Item neque de juvencula, neque de vite vetula, quia utrique debiles. Surculi ſint longi tres palmos, ſi multos habent oculos: ſed ſi paucos, longiores tollantur poſt vindemiam Lunâ creſcente. Et ſeorſim ponantur quæque diverſi generis.

2. In macro campo planta ſurculos de vite magnarum uvarum, in molli tenerarum: quas ſtatim inſerere non potes, reponantur loco humido. Plantatio fit Lunâ creſcente.

3. Si vitis cum radice inferatur citiùs fructificabit. Nulla verò circumfodienda dum floret, ſed dum jam uvas maturas habet.

4. Fimus prodeſt viti novellæ, ſed non aliis, verùm inter illum & radicem ſit terra, alioqui exureret in locis calidis.

5. Folia ſuperflua detrahuntur viti in Majo, ſed non poſtea; quia nudatus botrus pateretur. Putantur vites incipientibus caloribus, & in macra terra magis reſecan-

tur. Herbæ à radice vitis ſunt amovendæ, primi anni vitem non puta, ſecundo anno munda. Quando ſunt magni calores bene tegendæ radices. Si vitis putetur ante hyemem dabit multum ſarmentorum, ſed uvarum modicum. In locis tamen calidis ante hyemem putantur.

6. Pro hyeme bene tegendæ, nec in frigore tangantur, quia ſunt valdè fragiles. Semper Lunâ vetere putandæ ne nimiùm lacrymentur, niſi fuerint nimis humidæ ut ſic purgentur. Novi putatores facilè errant non habendo notitiam locorum.

7. Longa vitis & tenuis eſt ſine viribus. Quæ citiùs gemmas ſolet emittere prior putanda, quæ Soli obvertuntur ſciſſionem recipiant versùs Boream, ne Sol adurat, & è contra de averſis à Sole. Non plantandæ circa illas arbores, quæ multa folia, ramos, & radices habent. Surculus non plantandus qui dedit gemmas. Nihil ſeminandum inter vites ne exſugantur.

8. Vitis odit orylum, laurum, raphanum, braſſicam: amat populum, ulmum, ſalicem, ficum, oleam. Optimus locus pro vite in quo ſylva exuſta, ſed ſit terra rara.

Lapides

lapides amat ad radicem per quos in æstu refrigeratur: In superficie nocent.

9. Servantur surculi diutiùs undique terrâ tecti intra dolium siccum, sed claudi debet dolium, & luto muniri ne perspiret: Sic possunt servari in duos menses. Si aliquantùm aruerunt, priusquâm plantentur per noctem in aqua madeant, & duo simul pangendi in casum si alter exaruit, sed sint ejusdem stirpis, neve ante plantationem germinaverint. Non longiores sint uno pede. Et hoc breviores, si crebros oculos habeant.

10. Post plantationem omni mense circumfodiendi, videndo ne herbæ prope nascantur. antequam floreant deparnpinentur, putatio non sit prope oculum.

11. Vites ligatæ generosiora dant vina, à terra enim botri inficiuntur. Cui letamen appositum dat vinum mali saporis. Calx viva viti opposita facit ut citiùs producat uvas, sed tandem illam mactat. Pluviæ vernæ prænotant fore vinum copiosum & generosum.

12. Surculus utiliter infixus cepæ pangitur. Si extrahatur illi medulla dabit absque acinis botros. Præcoces autem feret si

inſeratur ceraſo. Citò etiam germinabit, ſi pars abſciſſa rigetur aquâ in qua ſolutum eſt nitrum. Poſt bonum vini proventum minùs putandæ vites quàm poſt partum. Qui putat vites tempeſtivè, multa ſarmenta lucratur: qui tardè habet ſatis vini.

13. Vites ſtatim poſt Paſcha deteguntur, aliàs muceſcent. Teguntur circa finem Oct. Si appareat ſurculus, in terram defigatur ad tres digitos donec radices egerit, ſequenti anno eum amputa, & ſeorſim planta.

14. Inſtante hyeme vitis circumfodiatur ac fimo tegatur. Cùm poſt hyemem redit calor diſcooperitur, circumfoditur, alligatur: & cùm palmites emittit ſi cælum eſt ſiccum irrigatur.

15. Plantantur vineæ in Novemb. die ſereno poſtquam folia deciderunt, neque ampliùs ſuccedit plantatio. Botrus fiet parte niger parte albus, ſi nigræ & albæ vitis ſurculi in longum findantur, ut gemmæ in hoc & hoc ſit dimidium & dimidia albi & nigri ligentur ut coaleſcant, muni argillâ, ſicque inſerantur. Sic etiam roſæ parte albæ, parte rubræ producuntur, idem de garyophillorum radicibus.

16. Vitis

16. Vitis hoc modo in cerasum inseritur dummodo sit cerasus viti proxima. Ramus cerasi perforatur, & per foramen vitis ramus non abscissus transmittitur, post duos annos hic surculus à vite resecandus, deinde cerasi pars superior amputanda, ut sola vitis in cerasi ramo maneat.

17. Aliqui sic vitem transplantant (quod etiam in arboribus succedit) accipiunt vas cum fundo pertuso, & per ejus fundum transmittunt ramum, ac vas terrâ implent, & sic vas accommodant ne sit viti violentia, aget ramus in vase radices, qui post annum sub vase abscinditur, & quod in vase est ubi placet collocatur.

18. Putatio vitium facienda antequam oculos aperiant.

19. Vitis fertilior si circa illam cornua caprarum defodiantur ita ut summitates è terra extent, & à pluvia tangantur.

20. Vitis pedunculos non producet, si & ipsa, & culter quâ putatur, adipe vrsi ungatur. Glacies viti non nocebit, sive illam, sive cultrum oleo oliv. cum allio unxeris.

21. Ut vinea sit citò, cinis sarmentorum vitis ponatur in fossis, aut resegmenta sartorum,

torum, & ſutorum, ante hyemem non debet circumfodi, imò nec ulla arbor.

CAPUT III.

De morbis & remediis vitium.

1. Quando vitis non maturat uvas rigetur radix urinâ hominis cum aqua mixta.

2. Si areſcat, abſcindatur & fiat emplaſtrum ex aqua foliorum ſambuci cum argilla, ſupra locum abſciſſum.

3. Si nimis lacrymetur, radicem craſſiorem vulnera, ut eò defluat. Ut recreſcat, ſub terra ad 4. digitos profundè abſcindatur. Si ramos nimis fundat, cinis vel arena radici affundatur.

4. Dum nebula, eſt, aliquis fumus excitandus v, g. fimum urendo. Si rumpantur rami alligentur optimè, & luto bubulo illinantur, ad radicem etiam fimus idem ponatur & circumfodiatur. Si uvæ marceſcant, etiam radici fimus applicetur. Sed ſi in terra pingvi addatur viti fimus, botri marceſcent: in ſterili addendus hyeme & vetus. Novus enim herbas propagat.

5. Ne vermes, bruchi &c. infeſtent, herbæ inutiles extirpandæ, ex quibus beſtiolæ illæ naſcuntur. Et fiat ſuffitus ex cera & ſulfure:

ſulfure : & vites in loco putationis ungantur oleo oliv. cui intritum eſt allium.

6. Nix non relinquatur penes vites, quia amburit. Ut fructus maturet vitis aceto acri & urinâ veteri perfundendæ radices, ac ſæpè circumfodiendæ. Quam partem vitium ambuſſit gelu reſecanda. Contra malum nebularum, radices aut folia cucurbitæ ſylveſtris contundantur, & in aqua deponantur, atque hâc infuſione vitis poſt nebulam irroretur. Avertit etiam laurus nebulæ nocumentum ſi plantetur proximè.

7. Ex ſterili vitia fit fæcunda, ſi urinâ hominis ſenis lentè irroretur, & poſtea ponatur letamen cum terra in autumno. Cùm areſcit & folia flaveſcunt, urinâ hominis, aut aquâ ſalsâ irrigetur.

8. Cùm nimis lacrymatur, fiat inciſura in trunco, quæ ungatur oleo oliv. ad dimidias decocto vel fæce olei non ſalitâ.

9. Cùm folia albeſcunt, & botri decidunt, cribratus cinis miſceatur cum aceto forti, & truncus irroretur. Cùm nimis multos ramos profert, ii ſunt abſcindendi : & ſi hoc non proſit, radici affundatur arena, & modicum cineris, aut lapillorum. Cùm pars botri areſcit tollenda eſt, & altera pars

unga-

ungatur cinere ſarmenti cum aceto, & pes ipſius vitis irroretur urinâ veteri.

10. Cùm botri immaturi marceſcunt, radici aſpergatur cinis vetus, aut farina hordei mixta ſemine portulacæ. Ne animalcula vitem vaſtent, culter quo putanda eſt ungatur hirci ſangvine, & adipe aſini aut urſi, aut oleo in quo coctæ ſunt erucæ, vel alia ejuſmodi, aut allio contuſo. Ut verò hæ pellantur beſtiolæ, fiat fumus de ſtercore bovis, aut de Galbano, aut de calceo vetere, aut cornu cervi, aut capillis mulieris: aut pæonia plantetur in vinea. Ne mures aranei lædant vitem, putanda noctu quando Luna eſt in Leone vel Scorpio, vel Sagittario, vel Tauro, riganda verò vitis aquâ in qua per dies 10. maduerunt cancri.

11. A vermibus ajunt tutam fore vineam, ſi cineres vitium cum earundem lacrymis permixti ſepeliantur in vinea.

12. Ne ab animali attingatur, erucas quæ ſunt in roſis coque in oleo & cultrum quo putatur vitis unge.

13. Pruina ne viti noceat, aut adipe hircino, aut ſangvine ranarum cultros putatorios unge, aut coticulâ cum cinere & oleo oliv. cultros acue.

14. Ver-

14. Vermes non naſcentur, ſi inter vites cinerem vitium cum vitis lacrymis poſueris.

15. Ariditas prohibetur. Quod aridum eſt ad vivum reſeca, & cæſuram aceto optimo cum cinere illine. Vel urinam veterem circa radices funde.

16. Sterilis ſi ſit, truncum querno finde cuneo, & lapillum induc atque urinam veterem humanam affunde, & circumfode ac fimum cum terra appone, & hoc fiat in Autumno.

17. Siderata vitis eſt cùm folia rubent, tum truncus terebretur, & clavus quernus inducatur. vel radix propria. Fluentes vites cinere cum aceto reſpergendæ.

CAPUT IV.

De Vindemia.

1. In Octobre colligendi ſunt botri cùm illos jam bis aut ter pruina præcoxit & rugas traxêre. Boni vini, ut dulcius ſit vinum, die 30. ante vindemiam folia circa botros abſtrahantur, ut botri à Sole magis percoquantur. Poſſunt & botri detrahi nonnulli præſertim æſtate frigidâ, & cæteri fient dulciores.

2. Dies S. Urbani Serena & Auguſtus calidus vina promittit bona.

3. Vindemia fit quando jam botri ſunt maturi, ſed non nimis, maturi ſunt ſi rubro clari, ſi dulces guſtui, viſcoſi, molles, & nihil habent acerbitatis. Dum acini exprimuntur nihil omninò ſecum trahunt pulpæ. Decerpe uvam è racemo, & poſt biduum vide ſi pendens è vite racemus ita eſt conſtrictus ut locus uvæ revulſæ non appareat, nondum botri ſunt maturi.

4. Generoſius eſt vinum quod Lunâ vetere vindemiatur, & diutiùs ſervatur: ſed Lunâ novâ plus vini prodit. Vindemia fiat ſereno tempore, nihil habeat roris. Unde quamdiu ros eſt operarii ſe pro labore reficiant, ſumptum enim cum rore vinum citò corrumpitur. Si macidá ſit à pluviis uva, antequam in torculari frangatur, effundendum id ſeorſim quod de illa ſpontè effluxit. Nec uva Sole accenſa priuſquam refrixerit frangatur, quia daret vinum aduſtum. Omninò autem ſeparetur immatura, affecta, macida, â cane læſa, item omnis palea & ſpurcitia, item illa quæ in umbra crevit, quæ minuta, rubra, diverſa quomodocunque. Nocet vitibus ſi non cultro botri abſcindantur, ſi uvæ cadant)

5. Vina-

5. Vinacea ſunt cibus pro omnibus animalibus, & valent pro letamine. Botri ex alia vinea ſint ſeorſim, & qui de monte, vel plano. Antequam exprimantur botri jaceant Soli expoſiti in ſtramine, ſed ſub tecto, propter pluviam & rorem per dies ſex aut octo, mundati & abluti, tum ſiccati calcentur mundis pedibus.

6. Cùm vinum eſt debile citò incipit bullire, & citò deſinit, è contra forte. Vaſa non repleantur muſto, nam æſtuando efflueret. 4. 8. aut diebus 12. bullit, quantò bullit diutiùs tantò fit durius, & ſi nimis bulliat in acetum deſinit, & nigreſcit, & potatum lædit jecur. Poſtquam bulliit, refundatur in vaſa munda, & dum ſpumat, recens, ſed idem affundatur muſtum ejiciendo ſpumam & acinos, deinde vas claudatur, & poſtquam refrixerit, claudatur perfectiùs ne expiret. Poſtea tranſvaſetur ſemel ac iterum ſic enim roboratur, ſubinde & ſexies transfunditur. Sed nigro ſatis id ſemel fieri inter S. Martinum & Natalem Domini. Bibitur poſt dies 15, eſtque in medio optimum.

7. Vinacia per diem & noctem maneant in doliis ut incaleſcant, tum aquam optimam affunde, & illam coque per dies 5. aut 6.

Vel in vase misceantur vinacea cum aqua per dies quasi octo, semel aut iterum de die commovendo, tum addatur color de prunorum succo, deinde in torculari exprimantur effundendo id quod effluxit, & ponatur in dolio per dies non plures quàm 15. deinde transvasetur, nisi enim hoc fieret, corrumperetur, & æstate fieret acetum.

8. Cùm detrahuntur folia circa botros ante vindemiam relinquantur illa quæ possunt defendere contra pluviam & rorem. Uva matura tantùm sex diebus in suo statu permanet. Plato lege sanxit ne pueri bibant vinum ante 18. annos, puellæ ante 30. Qui meraciori assveverunt evertitur illis ventriculus potu debilioris. Arist. docet, quòd magis dilutum quàm purum vinum inebriet.

9. Si nimis pluit sub vindemia ut uvæ sint plenæ aquâ, post expressionem & infusionẽ musti in dolium, postquam cæpit bullire, statim in aliud dolium transfundatur, aquositas manebit fundo, & 30. mensuris vini addatur uva & dimidia salis. Alii coquunt ejusmodi vinum.

10. Botri diutiùs servantur Lunâ plenâ avulsi, die sereno, post roris siccationem

nem ſi intingantur in aqua ſalſa cum pauco vino cocta, & ponantur ſupra ſtramen.

11. Ut vinum dulce ſit toto anno, botri exponantur Soli ſaltem per biduum. Vel, vino quod ſpontè non preſſum fluxit, poſtquam bulliit injiciatur iridis radix, aut lilii contuſa, & percoletur vinum, ut ſit absque fece ſimile erit græco, ſi quod molli preſſione effluxit, ſeponatur; & ſalis cocti duæ libræ triti in ſingulas menſuras imponantur poſtquam vinum ebulliit: ſed botri fuerint priùs Soli per biduum expoſiti.

12. Adaquatur vinum decimam partem aquæ effundendo vinaceis reſpectu vini, quod ex illis expreſſum, huic aquæ affundatur ſpuma vini quod bulliit, item fex. Maneat ita per noctem, die ſequenti exprimatur pedibus, ponatur in dolio, bulliat, & tandem occludatur. Ajunt ex ebrietate evigilare qui caules ſuperederit, vel aliquid cum melle confectum.

13. Ne vinum corrumpatur, fundo vaſis in quo debet bullire ſcutela ſalis contuſi, pro uno carro uvarum ponatur, deinde muſtum cum aqua bulliente infundatur & miſceatur, maneatque æſtuans novem diebus. Tum in aliud vas transfundatur, & claudatur ne perſpiret.

14. Uvæ ſervantur recentes ſi pedes botrorum pice ferventi tingantur, uvæ autem ſepeliantur in cinere, vel farina millii, ne ſe contingant, aut illas aër accedat.

15. Ut vinum clareſcat, albumen ovi cum ſale & alumine imponitur. Conſervatur in vaſe quod eſt fumo ſulfuris repletum priùs, poſtea vinum infuſum.

16. Botri ſervantur recentes etiam hoc modo. Argilla carens arenis diluitur aquâ, in eam depurati ab uvis corruptis botri ſtatim ac de vite reciſi immerguntur, & ſiccantur ad Solem, deinde in vaſe clauſi ſervantur in cellario. Vel ſic. Prope vitem in loco opaco fiat foſſa duos cubitos profunda, repleaturq; arenâ, in eam vitis cum botris flectatur & bene contegatur, ne mador penetret, & ne terram vel arenam botrus attingat.

17. Botrus in anguſti colli vitrum immittitur (idem de alio fructu) dum parvus eſt, creſcit intra vitrum, & videtur quaſi grandis eſſet impoſitus.

18. Vinum dum ſit generoſum, conſervatur & melius redditur cum ſuis fecibus in lagenas transfuſum, & in cellario intra arenam ſepultum, etiam annis ſex durat, ſed Italicum muceſcit.

CAPUT V.

Quarundam plantarum proprietates.

1. Polypodio si tangatur cancer crustam deponit. Pythagoras dicit apud Nieremb. in Erotem. Curios. Si fabam dentibus momorderis, & Soli tantillùm exposueris, redolebit humanum sangvinem. Si fabæ folia nigra vasi incluseris, & clausa sub terra per dies 90. defoderis, aut caput puerili invenies, aut muliebre pudendum.

2. Polypodium viride cum ventositate solvit ventrem, siccum stringit. Folia quercûs recentia etiam solvunt ventrem, sicca adstringunt. Idem de ebulo, rosa, sambuco. At verò rheubarbarum, sena, carduus benedictus, hermodactylus, laureola, solvunt: Sed si ex illis fiat decoctum, hanc vim amittunt. Megirion solvit maximè: sed ut solutio statim cesset, manus & pedes in aquam frigidam ponendi, cùm tamen in loco frigido deambulare nudis pedibus solvat alvum. Floravantius.

3, Rheubarbari virtutem adæquat radix herbæ rumicis. Petroselinum intra dimidiam horam germinat. Caules fabarum exure, cinerem pone in vase ligneo: interim

rim ſemen petroſelini maceretur in aqua ardente per triduum & inſeratur dictis cineribus.

4. Feles ſupra modum amant herbam valerianam carnibus inſperſam : Lupi amant lupinariam quæ ut illos mactet arſenico imbuta ſpargitur circa cadavera.

5. Aceris gemmæ antequam in folia ſolvantur ſupplent lupuli vicem in cerviſia eodem modo atque lupulus ſiccata, additur tamen pro coctura manus una lupuli.

6. Circum agit ſe heliotropium , ſi excisum infixeris ſuberi ut erectum innatet aquæ in olla poſitæ , ſub olla verò ignem excitaveris. Fabula verò eſt quòd herba aproxis ignem è longinquo concipiat.

7. Baſiliſcus herba frequenter olfacta dolores capitis inducit, imò ſcorpios in capite generat ejus folia ſub teſta putrefacta in ſcorpios vertuntur. Hollerius.

SECTIO VIII.

De Pomario & Arboribus.

Subſectione 1. De loco pomarii. 2. De inſitione & cura. 3. De morbis arborum & remediis. 4. De collectione ac conſervatione

vatione fructuum. 5. De generatione. 6. De proprietatibus. 7. De fructuum immutatione agemus.

SUBSECTIO I.

De loco Pomarii.

1. Non ſit in loco humido, humili, umbroſo, nec prope viam publicam. Spectet meridiem. Si terra ſit macra foliis arborum impingvetur. Sepes optimæ de ſpinis vivis quæ foſsâ ſuccingantur. Foſſæ in quibus plantarum facienda inſitio, priùs per ſex menſes apertæ maneant. Si frigus permittit plantatio facienda in fine Febr. tempore ſicco.

2. Montes amant, abies, cedrus, laryx, picea, & arbores in quibus reſina gignitur: item aquifolia, therebinthus, caſtanea, fagus, juniperus, cornus, carpinus: etſi plerǽque harum etiam in planitiem deſcendant. Montes & valles inhabitat. Abies, robur, caſtanea, ilex, tilia, cornus. Plana quærunt, tamarix, ulmus, populus, ſalyx, corylus, juglans, ornus, acer, fraxinus, fagus. At prunus, malus, oleaſter, juglans, raró in monte viſuntur. Quæ admittunt planitiem & montes, in plano ſunt formo-

ſiores, in montibus nodoſæ, pyro & malo exceptis.

3. Arboris unius ab altera diſtantia, eſt latitudo ramorum. In monte opus facere foſſas circa arbores ut aliquid aquæ maneat. In locis humidis dant folia magna & fructus grandes, ſed ineptos, & qui diu ſervari nequeunt.

4. Si pingve letamen arbori apponatur, fructus reddit aquoſos: ſi non ſatis putrefactum, incendit: fumus etiam fimi flores & fructus inficit.

SUBSECTIO II.

De inſitione & cura.

Agetur in communi, & in ſpecie de arboribus.

CAPUT I.

De inſitione in communi.

1. Inſitio eſt vivæ partis alicuius arboris in aliam arborem applicatio. Ita ut in unum corpus naturâ coagmentante coaleſcant. Quando arbores & fructus à ſe multùm differunt, inſitio eſt difficilis.

2. Omnis arboris inſitio fiat creſcente Lunâ

Lunâ. Et quot diebus hoc fit ante plenilunium, post tot annos arbor fructificabit. Horâ unâ ante occasum fiat insitio.

3. Ut fructus sit absque nucleis, truncus in quem surculus inserendus omni medullâ spolietur, & vacuitas pulvere gallæ & vitrioli impleatur: surculus sit & truncus qui nondum florem aut fructum protulerunt.

4. Sit arborum seminarium, & ut citiùs insita in eo prodeant semina, priùs per biduum aut triduum in lacte madeant, & attendatur ne in eo loco ubi insita, creverint herbæ. Terra sit ante hyemem letata, & Soli exposita. Pro ulmo tamen semen colligendum priusquam folia emiserit.

5. Insitio fiat in arborem quæ simili tempore profert fructum. Et quæ jam protulit.

6. Nulla arbor plantetur in fossâ modò aperta, sed priùs fossæ per duos vel tres menses maneant, neque calcetur terra postquam illi arbor imposita, sed superfundatur & irrigetur. Cum radice plantantur hyeme, sine radice tempore calido. Ad radicem optima terra ponitur, postea qualis habetur. Radices distendantur ne in unam partem se colligant. Hoc fiat neque in ma-

gno frigore neque in magno calore, neque in pluvia. Si aliquæ radices sint vitiosæ, abscindantur.

7. Plantæ si de longinquo ferantur, madido panno circumponendæ, cum terra, ne arescant. Cùm fossæ factæ sunt in Julio vel Augusto, plantetur in illis in Octob. vel Novemb. Sed cùm rami sunt resecti & radices, plantatio fit in Febr. Sed in hoc attendendum, prout est calida, vel frigida regio.

8. Ut arbores magis fructificent, bis in anno circumfodiantur, & si terra est macra addatur letamen, sed non tangat arborem, verùm ab illa distet spitamâ.

9. Post depositos fructus arbor mundetur, scrobs in quam nova imponenda, utiliter sarmentis impletur, quæ in ea exurantur. Post frigidas tempestates cave ne arborem ferro lædas. Item ne arboris diversæ speciei sallicidium excipiat. A musco purgetur; & nec minores biennibus, nec majores trimulis transferantur, idque cum sua terra.

10. Exitiosum est arbori nitrum, alumen, calida aqua, marina aqua, fabæ, ac earum putamina.

11. Quæ fit insitio in trunco & non in cortice usque ad brumam, & à Febr. ad Solstit. vel post caniculam.

12. Surculus dum peregrè vehitur luto imponendus, & vase concludendus, ne expiret.

13. Inoculatio fit ante Sostit. æstivum, vel circa æquinoctium vernum, die sereno. Arbor in quam fit inoculatio, à ramis & nodis purgetur. Cortices sint pari crassitiē cum surculo.

14. Sub cortice inserendæ quibus durior cortex, ut ficus cerasus, ligneo cuneo removendo eum, tum surculus imponendus. *Dicitur insoliatio.* Hæc in humidiore ligno. Quæ sicciora & tenuis corticis, fisso ligni medio inseritur surculus. *Dicitur insitio.* Et hæ actiones citò peragantur. *Surculi* ex ea parte sint decisi quæ Aquilonem spectat, sint de novo nati, bifurci, vel trifurci, crassitie digiti minoris, bimi, anniculi steriles, ab una parte salvâ medullâ sicut calamus scriptorius inciduntur ut lignum ligno cortex cortici cohæreat, nec majus foramen quàm opus, tum argillâ obducendum. Surculi accipiantur decem diebus ante insitionem idque silente Lunâ vel finiente: Sed claudendi

dendi in vaſe ne expirent, unde nunquam expoſiti relinquendi. Quia recens ſurculus eſt nimis fervens ideòque marceſcit ac laxitatem in ligno facit. Flante Auſtro faciendum, id cave.

15. Intra corticem non fit inſitio niſi in valdè ſucculentis arboribus. In quercum aut ulmum inſita dant fructus magnos, ſed nullius momenti.

16. Perſicum inſeritur in prunum. Prunus ſi amygdalæ inſeratur mixtos dabit fructus, cortex ſimilis erit nuci, intùs autem prunum. Pruna ficui inſita proferunt fructum absque floritione. Mixti erit ſaporis pomum, ſi unus ſurculus de acri malo ſciſſus, alter de dulci, in longum fiſſi, ſibi jungantur ita ut oculus oculo conveniat, & inſerantur.

17. Surculi ſumendi qui Aquiloni, vel orienti æſtivo opponuntur. Cavendus in in ſerendo Auſter. Inſitio fiat poſt meridiem. Ut arbor non in altum ſed in latum creſcat, ſurculi inverſi inſerantur, optimè proveniunt ſi truncus cui inſerentur modicè extiterit ſuper terram. Si ſurculi diutiùs ſervandi, rapæ infigendi, & intra duos imbrices terrâ obruti juxta aquam retinendi.

18. Se-

18. Semina arborum non prorſus nuda ſed cum parte ſui pomi ſerantur, ut diutiùs nativo humore gaudeant.

19. Arbor decreſcente Lunâ plantata, fit humilis, ſed robuſta: creſcente ſata, multùm augeſcit.

20. Pyrus magis patitur umbram quâm prunus. Sine radice poſſunt plantari quæ habent medullam amplam. Locus in quo plantandum ſi mollis eſt, terrâ ſiccâ repleatur: ſi durus, letamine aliquot diebus antè, obruatur. Arbores habentes acinos, ut pyra, poma, ſi ſint magnæ, & debeant transplantari, rami ſuperflui amputentur, minoribus parcendum.

21. Dum arbor cum radice plantatur, advertendum ne aliqua pars radicis ſurſum revolvatur, proinde expedit ligare ut omnes deorſum tendant. Nulla foſſula circa radicem relinquatur in qua posſit pluvia ſiſtere, neque terra circa radicem injicienda cum herbis ſed cum ſolo fimo, & ſubinde leviter calcanda, in qua ſi vermes ſint, miſcenda cum cinere.

22. Quando in plantatione ſolùm ſtipes infigitur non alius priùs infigatur, ſed hic ipſe

ipſe qui debet creſcere. Illa arbor quam Sol non tangit, fructum non affert.

23. Omnes rami mortui abſcindendi quia ſanos inficiunt. Terra calida radici adjecta producit vermes, imò & fimus, proinde inſpicienda radix cùm arbor incipit areſcere: & tum ad radicem aliquod morticinum defodiatur & fimus minutus. Muſcus deradendus cultro oſſeo aut ligneo.

24. Quamdiu arbor eſt tenera, tempore calido circumfodienda menſibus ſingulis: vetula verò alternis. Sed ubi æſtus Solis urget, terra aggerenda ne radix Sole offendatur, cavendum autem ne cortex rumpatur. Cavendum etiam ne prope radicem ſint ullæ herbæ.

25. Obſervat Carolus Stephanus Gallus quòd pro plantatione ſit bona dies Lunæ prima. Mala verò 8. 9. 10. 11. 12. 13. 17. & 18. Poſt novam Lunam plantata arbor ſit lignoſior ſed fructus fert tardiores; qui poſt plenam citiùs veniunt. Ut tamen plantata in nova Luna ferat citiùs fructus, decreſcente Lunâ rami abſcindantur.

26. Vini palmes ſi pomo aut pyro inſeratur, eo tempore dabit botros quo poma aut pyra naſcerentur, idem eſt de pruno.

27. Sur-

27. Surculi Perſici in truncum pruni vel ceraſi bene inſeruntur, & meliorem dant fructum. Juglandes omni arbori nocent cui ſunt vicinæ. Avellana officit vineæ.

28. Poma granata fiunt deteriora ſi rigentur ac ſtercorentur. Plantæ quæ ſunt in horto manſuræ per hyemen in Autumno plantentur.

29. Suillum ſtercus nimis arbores humectat. Fimus alius ſit circiter novem menſium.

30 Cùm ſurculus inſeritur, bene fit, ſi vulneri infunditur pulvis alicuius odoratæ herbæ & cerâ locus oblinitur. Arbor dum transfertur easdem mundi ſpectet plagas quas antea ſpectavit.

31. Semina quæ inſeruntur in Jan. vel Febr. tantùm quatuor digitos terram intrent. Si Autumnus fuerit ſiccus & calidus inſerantur in Octob. vel Novemb, Arbor quæ ſine radice inſeritur ſub Martio pangatur, dum adhuc ſuccum retinet, ſi arbor ſit dura, ut buxus, diviſæ radicis extremitati lapillum inſere dum plantas.

32. Salici, & ſalici viminali, ſic inſeruntur ſurculi. In trunco fiant foramella quæ diſtent inter ſe ſemipede, ſuper illos modi-

cè

cè deradatur cortex, & ſurculi imponantur, truncus autem ſalicis infodiatur ut jaceat, & ſurculi de terra emineant, argillâ deinde truncus obruatur madidâ. Poſt annum effodiatur poſtquam egit radices, & in partes concidatur ut quisque ſurculus ſuam habeat. Potes aliquos ſurculos iuflectere, & vertices eorum modicè circumcidendo trunco inſerere, & ubi increverunt, arcum ex ſurculo factum ſcindere, atque erigere in duas partes truncorum, & ubi vis terræ imponere.

33. Ante hyemem arbores circumfodiantur, ponatur ſupra terram non multùm comprimendo. Cortex radatur. Vetulæ arbori findatur radix & lapis inſeratur quò magis trahat ſuccum.

34. Inſitio fiat in Octob. vel Novemb. Diſtent à ſe arbores circiter pedes 30. Pomus inſeritur oleæ, malo cydonio, ceraſo albo, ceraſo, perſicæ, & hoc fiat in Febr. vel Martio diebus 50. ab alterutro ſolſtitio.

35. Pyrus tàm macro quàm pingvi procedit ſolo. In ſicca & dura terra fit parva arbor, gaudet fimo, ſed non ſit in loco nimis humido. Meliùs inſeritur pyro ſylveſtri, idque in Octob. vel Novembri.

36. Ut

36. Ut fructus ſit aromaticus, ramus proximus fructui perforetur, & pulvere aromatis impletus claudatur.

37. Si terra nimis eſt humida, vel frigida, cinis eſt remedio ſi dum aperitur terra pro plantatione, vermes compareant, miſcendus cinis lixivio, & terra circa radicem optimè conculcanda.

38. Arbores in Martio purgantur à vermibus, qui exurendi ſunt. Cavetur ne unquam animal intret, quia vel ſolâ urinâ recenti arefacit arbores, gramen quod eſt in pomario defalcatur & vaccis poſt mulſionem utiliter exhibetur.

39. Plantatio novarum arborum quotannis inſtituitur in Martio & Novemb. Rami Vere purgantur, & delicatæ arbores fimo contra gelu muniuntur.

40. Omni anno oportet arbores mundare à ramis ſiccis & ſuperfluis, ſic enim magis & meliùs fructificabunt. Hoc verò fiat bone tempore, acuto cultro, non lædendo ipſum truncum, & craſſi rami non rectè ſed oblique abſcindantur ut in acumen deſinant, ſic enim aqua ex vulnere defluet. Cavendum verò à ſciſſione dum florent arbores, ſubinde enim arbor mactaretur.

retur. Tollendæ etiam telæ araneæ, perdendæ formicæ, & mundissimè habenda arbor.

41. Ficus inseritur, moro, platano. Morus castaneæ, fago, malo, pyro sylvestri, terebintho, ulmo, albæ populo. Pyrus, punicæ, cotoneæ, moro, amygdalo, terebintho, pyrastro. Malus, pyrastro, pruno; si platano, rubra erunt poma. Juglandis soli arbuto. Laurus malo. Persica damasceno, & amygdalo. Damascena pyrastro, cotoneæ, & malo. Castanea robori, fago. Cerasus persicæ, terebintho. Cotonea oxygacanthæ. Myrtus salici. Cotonea caprifico. Vitis ceraso & oleæ. Pyra malo. Sed & omnis surculus omni arbori inseri potest, dum cortice non sit dissimilis: optimè autem inseritur tali quæ similem & tempore simili fert fructum.

42. Lunâ crescente fit insitio, & cùm arbor gemmas agere cæpit, sed surculi non sint longiores semi pede. Si plures inseris eidem arbori minimum quatuor digitis à se distent, & ita lutum aggeratur ut solùm ad duos digitos emienant surculi.

43. Arbores omnes vicinæ ramos non ampu-

amputando ſed ſolùm reflectendo in ſe poſſunt inſeri. Optima eſt inſitio quæ fit proximè ad terram.

44. Terra pinguis quæ madefacta digitis adhæret inſtar picis. Ubi ſeruntur juglandes ager ſterileſcit. Ubi quercus eſt, ibi oleæ eſſe non poſſunt.

45. Arbor ſylveſtris dum plantatur, ut citiùs creſcat ſilices congere ad radicem. Sed hoc non valet in plantis mollibus. Ut verò quævis arbor latè fundatur, vertex tondendus.

46. Salix, populus, alnus, pro plantando ſeptennis ſummi debet, nec rectè, ſed obliquè in terram defigi.

47. Arbores fructiferæ meliores ſi annis ſingulis circumfodiantur. Emortua arbor recipit vigorem ſi circumfosſis radicibus fimus applicetur.

48. Muſcus ne in arboribus creſcat, cortex in modum cratis ſcindatur. Arbor proferet violas & alios flores, ſi in ea fiat foramen & fimo in ſerto ſemen florum imponatur. Muſco ut arbor induatur, fune præcingatur, & aquâ frigidisſimâ irroretur.

49. Surculi qui procul vehuntur in mel-

le mergantur, vel in argilla melle ſubactâ caudices figendi, & cacumina muſco involvenda: vel utraque extremitas in poma ſuccoſa infigatur, & ſpongiâ plenâ aquis totus involvatur.

CAPUT II.

De Inſitione & cura Amygdali.

1. Pridie inſitionis nuces amygdali in liquido fimo madeant, nocte verò in aqua multa. Vel radix arboris inſeratur terræ. Stolo inſeri poteſt in prunum, caſtaneam, perſicum. In quam etiam emplaſtratur.

2. Fæcundior amygdalus ſi ſaltem ſemel truncus usque ad medullam terebratur, ut humor ſuperfluus decedat cujus ſignum eſt, ſi rubeant fructus. Arbor hæc campum vult petroſum, durum, ſiccum, aërem calidisſimum. Quæ eſt dulcis, ſi non excolatur amareſcit. Et ſi colatur amara, fit dulcis. Cultura ejus præcipua eſt, ut truncus usque ad medullam terebretur Lunâ creſcente: vel hyeme, radix operiatur fimo porcino.

3. Quò antiquior arbor hæc fructuoſior, fructus misſi in aquam frigidam, evadunt meliores & pingviores. Ex amaris fiunt dul-

dulces, ſi antequam floreant diebus aliquot radix diſcooperiatur & aquâ calidâ irroretur arbor.

4. Pro inſitione eligatur nux magna, rotunda, tenui cortice, melius ſuccedit quando habentur ſurculi è regione frigida, inſeruntur in Jan. & Febr. ſive nuces, ſive ſtolones. Nuces terræ imponuntur ad unum pedem profunditatis præmaceratæ in aqua mulsâ, & acumine tendunt ſurſum. Terra ſit ſicca, mixta fimo, & craſſæ arenæ, ſi autem per ſe ſit arenoſa, addatur fimus ſuillus & lapides, prodeunt poſt biennium. Ne areſcat, riganda: & herbæ inutiles circa teneram evellendæ. Si à pecore rodatur, amareſcit, ut fructificet, plures debent eſſe ſimul. Equino fimo necatur. Dulces ex amaris fiunt amygdalæ ſi ſub terra transfigatur arbor ut humor effluat, diſtet hoc vulnus quatuor digitis à radice. Vel radix urinâ & ſuillo ſtercore terrâ mixtis circumponatur: vel clavus ligneus melle illitus infigatur. Fructum & florem auſtrino cælo amittit. Fructifera ex ſterili fit ſi radicem hyeme perfores, & lapidem imponas, vel tedam, vel ſilicem, ſed iſta rurſus claudenda ſunt cortice, ac viri

urinâ perfundenda, demum terra obruenda. Copiosior fructus erit si arbori perforatæ quernus clavus infigatur. Pruinæ ne noceant, ante floritionem radix lapillis albis obruenda, sed ubi advenit floritio, amovendi sunt. Inscripta erunt amygdala, si nucem dum seritur aperueris ne pellicula nuclei lædatur, tum aliquid pelliculæ inscribatur, quæ deinde papiro madida, luto, ac suillo stercore ungatur, & infodiatur. Nuces diu candidæ servantur, si muriâ perfundantur & ad solem siccentur. Ut corticem deponant coriaceum in palea jaceant. Ut magnæ sint, ita ut cum Persicis procedendum.

CAPUT II.
De Avellanis.

1. Gaudent terrâ humidâ, macrâ, arenosâ, nuces ad duorum digitorum profunditatem inseruntur. Sed meliùs si ex sylvis tenera arbuscula in Febr. vel Martio: aut in Octob. vel Novemb. transplantetur, ex nuce enim tardè crescunt. Meliùs in colle quàm plano proveniunt, & quantò magis truncus mundatur, magis fructificant, si paucos etiam ramos habuerint fi-

ent fæcundiores, hanc plantam venenata non accedunt, ſed fructus eſt duræ digeſtionis.

2. Proverbium Gallorum eſt, in proventu maximo avellanarum, annum nuptiarum fertilisſimum.

3. Avellanæ ſervantur coopertæ muſco recenti in dolio & cellario.

CAPUT III.

De Caſtanea.

1. Tranſplantari non patitur, inſeritur verò ejus nux maxima, aut plures ſimul. Inſeritur ſurculus aut ſuæ arbori, aut juglandi, aut quercui vel fago, aut cydoniæ: etiam aliis arboribus inſeri poteſt.

2, Nuces inſerendæ imponuntur aquæ, ſolæ eliguntur quæ fundum petunt, idque rotundæ. Seruntur in loco umbroſo, valle, terra humida, & poſt biennium prodeunt. Umbra hujus arboris interficit plantas, lignum non putrefacit etiam in aquis.

3. Nux dum ſeritur, acumen cælo obvertat, at amygdala debet terræ obvertere.

4. Caſtaneæ ſervantur foliis juglandium inſperſæ.

CAPUT V.

De Ceraso.

1. Inseritur cerasus vel semine, vel transplantatur, vel ejus virgultum pangitur. Inseritur autem stolo, vel in laurum, vel in malum, & dat serotinos fructus, vel in persicum, vel in platanum, vel in populum, vel in prunum, vel in terebinthum, vel in vitem, vel in juglandem authore Virgilio; de quo tamen Seneca scripsit, quòd magis curaverit, ut pulchrè, quàm ut verè diceret. Inseritur & terebratione in vitem. Illa melior cerasus quæ prodit è suo semine. Omni solo contenta, nec vermibus obnoxia, si lauro inseratur.

2. Præcoces dabit fructus, si radici calx viva affundatur, vel adaquetur frequenter aquâ calente. Insita in morum, vel salicem, tardat cum fructu. Si rami frequenter detrahantur grandiores fiunt fructus.

3. Frigido, aut mediocri, gaudent aëre, inseruntur in Octob. vel Novemb. vel ex nucleis enatæ transplantantur. Stercoratione corrumpuntur.

4. Fructus erit sine osficulo, si in caudice prope radicem fiat duorum pedum fissura,

& medulla ferro eradatur, vulnusque fimo oblinatur, & hoc fiat in arbore quæ nondum flores aut fructus protulit. Lauro bene inseritur.

5. Cerasa diu servantur intersita saccaro in olla clausa. Vel in vas ex alno factum imposita & clausa ne aër subintret, & in aqua frigida posita.

6. Cerasa purgantia erunt si arbori extractâ medullâ scammoneam infuderis. Olentia erunt si balsamum imponatur, & sic de aliis.

7. Eget cerasus fossione, & putatione, resecando ramos ægros, & nimis multos. Lanugo quæ trunco adnascitur, putrefacit. Fimum odit, sed sua putamina amat. Melior est quæ alterius arboris trunco inseritur. Si putrescit, truncus perforetur ut humor vitiosus effluat, si à formicis vexatur, per æquas partes sume acetum cum succo portulacæ & affunde, vel fece vini truncum arboris florentis illine. Præcoces fructus dabit, si ante florum exortum calce vivâ radix circumponatur, aut aquâ calida sæpiùs rigetur, sed hoc facto, citò arescit. Fructus ut sint meliores, pars eorum avellanda. Ut fructus sint absque osficulo si-

cut cum pruno in hoc procedendum. Vel in truncum ejus fiſſum lacrymam cyrenaicam cum aqua dilutam ad ſapæ conſiſtentiam infunde. Et poſt 8. dies eâdem profunde.

CAPUT VI.
De Cupreſſo.

1. Prodit ex ſemine, prodit & ex ſtolone. Ut faciliùs agat radices, ſurculus lapide concutitur, & avanæ granis circumponitur, acutiores illi partes avenæ infigendo.

CAPUT VII.
De Pomo, Cytrio, & Cotoneo.

1. Inſitione in morum rubeſcit pomum, & dat punicum limonem. Inſeritur, propagine, ſemine, ramulo, clavo.

2. Cotonei ramus unius anni conciſus & Lunâ creſcente in vere humo commiſſus, brevi tempore fructum conducit. Amat arbor locum mollem, humidum, pingvem & frigidum, eget frĕquenti purgatione. Colliguntur fructus maturi Lunâ vetere, ſereno cælo, & per chirothecas. Ubi ſervantur abſint fructus alii, ſit locus frigidus, & absque fumo, & moto aëre. Omnis plan-

planta huic poteſt inſeri. Locus ſit huic plantæ non durus, non argilloſus. Fructus debet aſpergi oleo oliv.

3. Ramus cotonei qui inſeritur, debet eſſe ab ipſa radice avulſus in Octob. vel Novemb.

4. Pomus ſi ſit in arenoſo ſolo ac arido, poma verminant, & decidunt, ſtercus ſuillum eſt illi utile, putari debet, & ſicco tempore rigari. Contra vermes ſcyllâ circumponitur. Si ſemper verminat felle bubulo, vel ſuillo ſtercore miſto humanæ urinæ radix rigetur, Si dum pangitur planta defodiatur usque ad verticem, immunis & ipſa, & fructus ejus erit à vermibus. Ut fructus plures afferat plumbi laminâ caudex uno pede ſupra terram cingatur, quæ dum poma incipiunt adoleſcere, amoveatur. In omnes figuras ſe fructus accommodabit ſi modulis includatur, ſed moduli habeant perſpirium, ad quod, & in aliis fructibus dum modulo imponuntur, advertendum: alioqui putreſcent. Ut in pyris, cotoneis, perſicis, aurantiis, limonibus. Dulcia erunt poma ſi ſtercus caprinum urinâ humanâ dilutum cum veteris vini fece radicibus affundatur. Non putreſcent, ſi felle viridis lacer-

lacertæ caudex tingatur, quo etiam facto nulla aſcendet formica. Si defluant poma radix findatur, & fiſſuræ lapis imponatur. Majora erunt poma, ſi quædam avellantur. Quod etiam in aliis fructibus valet. Rubra erunt, ſi tigantur humanâ urinâ, vel ſi roſæ rubentes proximè plantentur, vel vas aquâ rubente plenum apponatur, ut Sole tactum exhalet in poma rubedinem. Si in moro pomus plantetur dabit poma ſangvinei coloris. Matura ſunt poma cùm ſemen habeant nigrum. Non legenda ante 15. Lunæ. Ubi ſervantur, ſint feneſtræ perflatiles ad Septemtrionem calido tempore. Non putreſcent poma, ſi herbâ virentis ſatyrum inuncta fuerint eorum cacumina.

4. Cotonea dum plantatur, ſi parva eſt, ſtercoranda. Si major, cinere opus, vel cretæ pulvere ſemel in anno. Opus etiam circumfodere ne ſterilēſcat, & cavendum ne ex una arbore in aliam decidant ſtillicidia, Si ſit ægra, creta & calx viva in aqua ſoluta trunco illinitur. Colliguntur cotonea ut poma, ſerventur in melle, & mel nobilius reddunt.

5. Pomi cytrini immaturi ſuccus reſolvit margaritas intra dies 5. vel 6. ad mellis conſi-

consistentiam, ut ex iis quidvis formari possit. Auro pondus minuunt si in earum succo per horas aliquot maduerit.

CAPUT VIII.

De Ficu & Caprifico.

1. Caprificus propagatur semine, & plantâ, admittit omnem insitionem & activam & passivam. Debet à Septemtrione defendi. Plantatur initio Martii paleis obruendo usque ad ramos & fimo Columborum.

2. Ficus vult aërem temperatum, terram bonam, non valdè siccam. Si creverit in valdè humida, ramos habebit multùm fragiles, placet illi fimus, Vere plantantur rami ejus recentes qui meridiem respiciunt, sed sint absque nodis. Infiguntur terræ & crassi rami, sed infernè finduntur, lapillusque inditur fissuræ, & sic magis radicabitur, argillâ autem vertex muniatur, neque de terra amplius palmo extet. Sed meliùs prodit & certiùs è ramusculis de ficu non novitia sumptis. Sunt decerpendi ante pluvias, alioqui dabunt insipidos fructus.

3. Inseritur etiam ficus in salicem & pomum. Sub ficu si ruta seratur, provenit

I Figa copi-

copiosè. Inter ſiccas ficus meliores albæ quàm nigræ.

4. Etiam hoc modo inſeritur ficus, arbor parva priusquàm in vaſe emittat folia inflectitur ad terram ramus, & apponitur aliquid hordei aut millii & terrâ obruitur. Hic ramus poſtquam egerit radices, terræ pro nova arbore inſeritur.

5. *Ficus* ventis ac frigore perit. Nec aquas multas habeat. Seminantur ſic. Maceratis ficubus funis atteritur qui ſepelitur, prodeunt arbuſculæ tranſplantandæ. Opus bubulo fimo. Scilla ſerenda prope, à vermibus defendit, recidendi inutiles rami. Ne amittat fructus caprificus ei miſcenda. Aut folia abrotani ſuſpendātur, aut callum quod in ulmi foliis invenitur, vel Arietis cornua ad radices. Vel truncus aperiatur, ut humor effluat. *Vermibus.* Ramum terebinthi vel lentiſci taleas cum plantis fici cacumine inverſo pone. Vel calcem vivam radicibus inſperge. *Ut ſerò ſint fructus.* Cùm groſſos magnitudine fabæ protulerit, eos decute, ut ſecundos proferat. Utile illi, cùm folia agit rubricam amurcâ diluere & cum ſtercore humano radices perfūdere. Cum frondere incipit ſummitates ferro præſcinde.

1 Boe[illegible] 2 Wea[illegible] Ne

Ne defluat. Caudicem mororum ſucco tinge, vel ſale vel quadrantibus Lunæ caudices rubricâ obline, aut caprifici groſſos appende, vel plejadum exortu aquam cum æquali parte amurcæ radicibus affunde. Vel cancrum fluv. cum rutæ ramo arbori appende, aut faſcem lupino corium ſecuri incidendum. *Ut ſit è ſylveſtri* domeſtica amputatos ramos per 7. dies oleo & vino irriga. *Scabioſæ* ſcillam juxta radicem planta, aut rubricam aquâ ſolutam radici affunde. *Præcoces erunt.* Stercus columbinum, fimum, piper, ac oleum radicibus appone. Vel ſuccum longioris cæpæ cum oleo & pipere ipſos groſſos inunge cum rubere incipiunt. *Ut ſit fructus* diverſicolor, inſiturus, duo ſemina diverſa in linteolo defige in terra, & planta. Deinde tranſplanta. *Figuratas, inſcriptas.* Oculum ficûs ut vis inſcribe. Ficus *ne aves edant.* Decocta caprificus cum cibo avibus & gallinis detur, ſic ficubus parcent.

6. *Carnes* tenereſcunt quæ in fici arbore pependerunt. Taurus ferox domatu alligatur ficui.

CA-

CAPUT. VIII.

De Lupino, Arbore & Moro

1. Lupinus ſi ſeneſcat perforatur prope radicem & oleum oliv. foramini infunditur, tum clauditur, inſeritur ſtercori vaccino, irrigatur. Sine oſſiculo fructum dabit, ſi medullâ arboris eraſâ lapilli imponantur.

2. Morus gaudet ſolo arenoſo, ſed & quovis alio contenta. Tranſplantatur in fine Febr. & Martio, inſeritur perſico, aut fi-cui. Eget fimo & circumfosſione, ut ſit terra mollis & paululùm humida. Cavendum ne una arbor aliam inumbret. Capillos abradunt folia mori cum urina. Candida fiunt mora ſi ſtolo illorum populo inſeratur.

CAPUT IX.

De Moſcatellis, Myrtho & Meſpilo.

1. Inſeruntur in cydoniam, ſed in malò optimè proveniunt moſcatellina.

2. Myrthus non ſemine ſed ramo propagatur. Inſeritur autem in ſalicem, & punicum.

3. Meſpili inſeruntur in ſylveſtrem pyrum aut pomum, gaudent circumfodi, putari,

tari, letari. Si vermes infeſtent, urinâ hominis recenti cum pauca calce truncus circumfunditur addito cinere. Ante cibum ſumpti ſunt utiles ſtomacho. Matureſcunt extra plantam in palea. Gaudet arbor terrâ pingvi in mixto lapide vel arenâ, inſeruntur etiam cydoniæ. Surculus non è ſummo vel infimo ſed ex medio arboris petendus, nam extremi ſunt ſteriles. In ſpinas, vel Morum nigram inſita, dat fructus meliores. Si decidant fructus pars de ejus radice præciſa in media trunci parte figatur. Formicæ ſi infeſtent, rubrica cum aceto & cinere affundatur.

CAPUT XI.

De Nuce Juglande.

1. Prodit ſemine, in ſolam vult inſeri arbutum. Seminet ita ut pars ejus acutior ſit inferior, ſupponatur verò particula teſtæ ut arbor radicem diffundat. Cùm plantulæ hujus nucis tranſplantantur cavendum ne inferatur noxa radicibus longioribus; idcirco fiat tempore ſicco foſſa, in qua ut ſunt, relinqui poſſunt. Hæ deinde operi arculario ſervient.

2. Nuces iſtæ ſi multæ edantur, capitis

 dolorem

dolorem inducunt, quia sunt digestionis pertinacis, & generant tussim. Umbra arboris inimica plantis, & dormientibus sub illa stupor inducitur. Ut sint fructus majores solitò, plura semina in simul colligantur, & ollâ inversâ tegautur relicto omnibus uno exitu ut se in illo colligant.

3. Arbor hæc omnem aërem sustinet, terrâ pingvi ac molli gaudet, iisdem mensibus & modo eodem atque amygdala inseritur. Si tamen insita est in Novembri transplantanda est in Martio: Si in umbra maneat putrescit. Dum præparantur insitioni nuces, ponantur in latere & suo acumine. Septentrionem respiciant, ac ita sepeliantur; ex hoc deinde sepulchro transferantur in Febr. vel Martio. Cum seruntur distet una arbor ab alia pedibus 40. aut 50. Inseri potest hujus surculus in ipsam suam arborem in Febr. Si nimium sit durus nucleorum cortex radatur, & perforetur.

4. Dabit fructus optimos & corticem in eis subtilem, si truncus atque radix cinere aspergatur. Producet folia in pervigilio S. Joannis Bapt. & simul fructus, si die illâ fructus collectos in ollam posueris inversam, & foramen unicum reliqueris per quod

quod ſingulorum prorumpant ſurculi, illâque die eâdem defoderis.

5. Juglandis quò ſæpiùs transplantatur dat nuces majores, & in iis corticem tenuiorem.

6. Juglandis locis ſiccis gaudet, ac lapidoſis, ſi nux ſeratur prius ſiccanda in Sole, & in aqua mulſa maceranda, cacumen nucis inſitæ Aquilonem reſpiciat, pars acutior deorſum ſit, illa mittit radices, & ſub ea lapis aut teſta ponenda, ut radicem diſpergat ſœpius transferenda dum eſt bima, & cinere reſpergenda. Stillicidiis ex imbribus quæ ex foliis ejus deffluunt aliis arboribus nocet, & umbra ejus herbas necat. Antequam frangatur, crepat. Quercus ſi prope ſit moritur, & altera in alterius ſcrobe languet. Antequam nux hæc inſeratur, urinâ pueri non corrupti quinque diebus maceretur, idē de amygdalis. *Meliores* erūt, caudici affundendo cinerem. *Præcoces*, cupreum aut ligneum clavum usq; ad medullam infigendo. *Molliores*, ſi terebres per medullam, & occlaves ulmi cuneo. *Defluì*, verbaſci radicem vel coccineæ pannum detritum alligando *Si putreſcit*, excindatur tota putredo, ne autem hoc contingat frequenter

ablaquea. *Si durus fructus*, corticem aliquoties aperi ut effluat humor, vel radicum summa præscinde, vel terebrato trunco buxeum, æreum, aut ferreum clavum adige. *Sine testa*, si nucleum testâ exutum ne lædatur tamen, lanâ aut vitis foliis involutum seras. *Amygdalæ* sine cortice, si sæpe trunco affundatur cinis. Idem de aliis quæ extra testam habent. Juglandem lixivio ter in mensem per annum riga. *Occidere* juglandem, lentis grana aliquot successivé mande & ramum florentem morde. *Arbor tabescet*, vel candentem clavum, vel lentis granum radicibus impinge, vel trajice arborem & infunde pueri urinam aut clavum ex myrto dum floret, vel radici ablaqueatæ dyctamus, faba, vel pannus menstruatæ apponatur, vel in terebratam medullam impone mercurium.

7. *Juglandes servantur*, vel in suis foliis, vel in cepis vel, paleis, vel arenâ obrutæ, vel in area ex suo ligno, *& cepæ* meliores fiunt inter quas nuces istæ.

CAPUT XII.

De Olea, Oleastro, Palma, Buxo.

1. Olea ex semine degenerat, sed inseri-

tur

tur cubitalis ramus. Oleaſter inoculatur, Palmaquocũq; modo inſita non degenerat.

2. Palma ſalſo gaudet, & ſal quotannis radici apponitur.

3. Olea ferè tantùm alternis annis fert fructum, ſi viti inſeratur profert ſimul olivas, & botros. Muſcus illi innatus niſi abradatur facit ſterilem. Meliorem ſuccum dat fructus qui nudis digitis legitur.

4. Buxus ut inſeratur amputentur plantæ vertices & radices modicè, atque immergantur aquæ mixtæ cum argilla & ſtercore bubulo, ſerantur verò in Mart. vel Apr.

5. Oleæ ſterilis perforatur radix & ramus Oleaſtri immittitur, vel pini, aut quercus & lutum adjicitur cum palea.

6. Oleum oliv. rancidum corrigitur. Alba cera contuſa cum oleo reſolvatur & calida oleo infundatur. Deinde ſal frixum calens injiciatur. Vel, aniſum imponatur. Ut oleum ſit clarum, coquatur, & ſal frixus tenuiſſimè tritus inſpergatur. Purificatur aquæ bullienti infuſum, vel Soli, aut igni expoſitum. Si ſordeat, ſal igni frigeatur, ac calens injiciatur, atque ſinatur exhalare vel, pinea nux candens in oleo extingvatur, vel, cytri radix immittatur, aut fex olei torrefacta. Fætenti etiam lateres veteres

teres candefactiiinjiciuntur, vel panis hordeaceus tritus ac linteolo clausus, sed hic ter mutandus, & tum sal infundendus, ac oleum transvasandum. Vel meliditon cum oleo infunditur. Si animal aliquod mortuum sit intra oleum v. g. mus: coriandri manipulus per dies aliquot intra vas pendeat, & mutetur, vel semen fænigræci, uvas passas, acinis liberatas impone, & in vas aceto lotum transfunde. Turbidum, coquatur, & postquam deferbuit, sal tenuis infundatur, & oleum transvasetur.

7 Olea vicina quercui moritur. Odit incontinentes dum plantatur vel colitur. Apes ejus florem non attingunt.

8. Olivas fingunt, pruna alba immatura in aqua saliva macerando.

CAPUT XII.

De Persico, Punico, & Pyro.

1. Persicus vel inseritur in semine, vel implantatur idq; vel pyro, & in illa diutiùs durat: vel in amygdalum amarum, estq́; durabilis, vel nucem, vel in Damascenam vel in cerasum.

2. Punica seminatur vel taleâ, vel propagine crescit. Plãtatur & per stolonẽ, inseritur autem in salicem, vel myrthum, & ipsa multas alias comprehendit. Implastrantur surculi & dulcium, & acrium.

3. Py-

3. Pyrus ſeminata degenerat, inſeritur autem in ſalicem, ſed tardè maturantur fructus & ſunt inepti. In punicum, in morum, & rubeſcunt pyra. In cydonium, in amygdalum, in terebinthum, in meſpilum.

4. Perſica humido & calido gaudent loco. Seruntur eorum nuclei in terra bona & pingvi in Novemb. profundè vicinè & ad duos palmos, biennes tranſplantantur in Jan. vel Febr. pro hyeme teguntur fimo, aut in eo ſepeliuntur, vel in propriis foliis ſiccis. Si langveat arbor vino veteri cum aqua rigatur. Vermes ſi adſint, cinere cum oleo, vel tertiâ parte aceti mactantur. Si decidant fructus, finditur radix, vel terebratur & cuneus ſalignus infigitur Si fructus ſint putridi & ſcabioſi, circa terram arbori cortex demitur, & vulnus argillâ cum paleis oblinitur. Lupi abſcinduntur quotannis ne rami areſcant.

5. Perſicorum inſitio ſic habet. Nuclei illarum circa ſalices teneras ſeruntur, & ramus ſalicis in modum arcus flectitur ac perforatur, per foramen traducitur ramuſculus perſici & cerâ circùm occluditur, & ita ſepelitur ut ſola pars extet ramuſculi perſici ſuperior: poſt duos annos poſt-

quam cum ſalice concrevit, amputetur ramuſculus perſici à ſua radice, & manebit ſalici inſitus, ſed tunc rami ſalicis omnes amputandi.

6. Pyra meliora in valle quàm in plano. Si decidant fructus admoveatur radici fimus porcinus. Pyra ſervantur intra ſtramen in loco ſicco frigido ad quem novus aër non pertingit. Pyrus in terra macra facit parvos ſed bonos fructus, in valle magno, ſed inſipidos. Surculi cum illis opus ex parte meridiana ſcindendi. Optimus modus pyros plantandi eſt hic, pyros ſylveſtres affoſſas in Martio plantare, & illis ſurculos inſerere. Opus autem ramos aridos tollere, quia illi alunt vermes. Si pyra jejunus ederit & aquam ſuperbiberit, noxium eſt.

7. Perſica in frigore dimittit flores, amat ſolum ſterile & arenoſum, nuces earum dum ſeruntur ſunt rumpendæ; alioqui neque poſt duos annos è terra prodibunt, ſerendæ acumine ſurſum. Si infeſtent formicæ inſpergendus cinis. Si fructus ſcabioſus, ter in longum truncus findatur. Comeſta ante cibum præparant appetitum, & roborant ventriculum, ſumpta

poſt

post cibum noxia nisi vel sicca, vel in confectione edantur. Flores instar lactucæ sumpti purgant corpus. Surculi persicæ de summo & infimo arboris sumpti, sunt steriles: de medio boni. Sed nuclei si serendi priùs in lixivio per triduum jaceant, sic enim citiùs prodibunt. Ne fructus in arbore marcescant, truncus aperiendus ut aliquid humoris effluat, quo facto, claudendus luto. In rosas insita persica dant fructus rubros.

8. Pyra erunt sine granulis duris, si radicem nullus attingat lapis, & terra circa illam sit cribrata. Erit fructus cujus dimidium pyrus & dimidium pomum, si surculi pomi & pyri in longum fissi in unum jungantur, & arbori inserantur.

9. Persica & cotonea erunt in eodem arbore si una in aliam inseratur. Et si persica inseratur amygdalæ, mixtos dabit fructus. Persica erunt rubra, si prope arborem plantentur rosæ. Vel nucleum persicorum terræ comissum post dies septem erue & aperto cortice rubrum colorem non metallicum infunde, ac rursus terræ manda, idem de alio colore. Intus persica nucem habebunt si in nuce plantentur. Habebunt

nucleum amygdalæ si surculus amygdalinus persico unicus in prunum plantetur.

10. Pyrus optima est quæ inseritur. Eget fossione cùm floret, sic enim florem retinet si ubi defloruit statim nubilum ac pluvium sit cælum fructus amittit. Letamen debet apponi mixtum cineri. Ut dulciora sint ac plura pyra truncus circa radicem terebretur, & cuneus ex quercu vel fago intrudatur, aut vini fex nudatæ radici affundatur. Si ægrotet dum floret radicibus fex vini veteris adjiciatur per triduum, postea terrâ obruatur. Si verminet, radices felle bubulo perungantur. Rubra pyra sunt moro insita. Colligenda Lunâ decrescente neque manu nuda.

11. Persica inseritur pruno. *Si langvet*, vini fæces aqua mistos radici affunde, & obumbra à Sole. *Verminant*, bovis urinam cum aceti tertia parte affūde *Pruinæ* stercus ingere vel aquam fabarum decoctionis. *Vitia ejus* omnia sanat spartum alligatum, vel suspensa ramis spartea. *Sine ossibus*, perfora truncum, medullam excinde, & salicis vel corni clavum adige. *Magna*, (idem de nucibus &c.) aliquot nucleos in unum corpus compinge & liga & in terra stercora-

ta

ta ſepeli & claude relicto foramine per quod germen exeat. Hanc tranſplanta, vel perſica alia avelle ut pauca maneant. *Rugoſa & putria*, circa truncum corticem aperi ut humor effluat tum argilla tege. Caducis cuneum lentiſci vel terebinthi adige in radicem, aut terebratæ in medio clavum ſalicis. *Inſcripta erunt*, aperi teſtam, quod ut facilius fiat prius in aqua triduo macera, tum in nucleo ſtylo æneo ſcribe ita ut ſolus cortex ejus penetretur, &c. recIude & foliis aut charta involve & ſere: *Rubra*, ſi roſas rubras ſub arbdore ſeras. Vel depone in terram & poſt 7. dies ubi ſponte aperitur colorem nucleo affunde, & religa oſſa ac defode. Idem eſt de aliis *coloribus* & ſaporibus.

CAPUT XIV.

De Platano, Quercu, Rhododandro, Sabina, Sorbis.

1. Platanus propagatur viva radice. Quercus ulmo inſeritur teſte Virgilio. Rhododandron ſemine. Sabina avulſo ramo. Sorba, ſemine, viva radice, partis avulſione.

2. Sorbus à ventis vult agitari. Si ver-

mes infeſtent, aliquos ure, cæteri odore pellentur. Feracitati prodeſt ſi cuneus ex tæda factus radici inſeratur, vel ſi radix cinere obruatur.

CAPUT XV.

De Pruno, Pomo, rurſus Armeniaca.

1. Prunus aëre temperato, pingvi, & humido ſolo gaudet. Fimus facit verminare fructus. Cùm nuces ejus ſerendæ priùs per 4. ſint dies in lixivio, inſeruntur terræ cultæ profunditate palmi Verno tempore, poſt biennium tranſplantantur. Meliores fructus qui Solem aſpiciunt. Radicibus apponitur cinis. Dum infirmatur, perfunditur radix urina hominis, aut cinere.

2. Ut pomus det fructus dulces perfundatur radix fece Vini veteris, aut urina hominis. Letata bubulo dat gravia & ſpiſſa poma. Si dum plantatur felle bubulo tinxeris, immunem facies à vermibus. Ne ſint lapidoſa, omnis lapis à radice amovendus, & terra cribrata apponenda. Rubra erunt, ſi vas aquæ collocetur in vicino in quod radii Solis incidant, & vapor ex aqua evocatus tangat poma. Dulcia erunt, ſi radix irroretur urina hominis in

qua ſolutum eſt ſtercus capræ & fex vini veteris. Copioſa erunt poma, ſi truncus in diſtantia unius pedis à terra laminâ plumbeâ circumdetur, ſed cùm arbor incipit florere, tollatur lamina.

3. Armeniaca ſive morella ſimili gaudet aëre ac prunus, terrâ verò molli, non argillosâ, nec cæmentosâ, nec arenosâ. Nuclei inſeruntur in Jan. vel Feb. transferuntur in Octob. Novemb, Febr. Martio. Poteſt ſurculus implantari oleæ, perſicæ, amygdalæ, ſed vix ſuccedet, ſolo ergo nucleo prodit. Arbor maximè dum eſt tenera rigari, & circumfodi debet.

4. Prunus bene provenit humido, lapidoſo, & arenoſo loco, fimum horret, ex eo fructus acreſcit, & decidit. Ut ſint dulciores, exſiccato ſemine terræ comitte & tranſplanta. Seruntur in Novemb. tres palmos profundè.

5. Armeniorum nuclei ad tres digitos in terra defodiuntur, & contra acria frigora fimo equino muniuntur. Seruntur in Martio triduò ante Lunam plenam.

6. Pomus verminat in loco macro. Sylveſtres quæ non exceſſerunt trienniumdebent tranſplantari, ſed opus ut easdem mun-

plagas respiciant quas in sylvis, sed meliùs si pomus supra domesticam arborem inseratur, & cinis radici apponatur. Ut meliores det fructus radici affunditur urina hominis, aut fimus caprinus, aut fex vini vetus.

7. Prunus si langveat bubulum aut humanum lotium vetus per æquas partes cum aqua mixtum radici affundatur. Si formicæ aut vermes infestent rubrica, & pice liquida aliquantùm radices tingantur. Sine ossa erunt pruna, si arbor tenera usque ad radicem findatur, & medullâ crassâ ligetur, & vulnus argillâ & cerâ obducatur, ac chartâ madidâ muniatur, concrescet intra annum, huic surculos qui nondum fructum tulerunt inseres, & sine ossiculis fructus prodibit. Idem de cerasis, persicis, mespilis, cornis. Prunus potest inseri juglandi.

CAPUT XV.

De Therebintho, Tuberibus, Granato.

1. Therebinthus inseritur in cerasum. Tuber in prunum sylvestrem.

2. Granatum loco multùm calido eget, in frigido sterilescit, terrã argillosam, pingvẽ amat, sed arenam magis. Seritur præter alios, etiam in hunc modum. Stipes eius

circa

circa unam extremitatem cultello compungitur, ut radices per corticem possit emittere, & terræ bene incutitur, vertex fimo porcino illinitur, itemque caudex ad dimidium palmum, & hoc fiat Vere, & servetur sine multa aqua. Flores ne cadant urinâ humanâ perfunditur, aut cinere, aut lixivio. Ne fructus scindantur, prædictus stipes in quatuor partes finditur & lapides inseruntur, neque stipes terræ infigitur, sed fossæ immittitur plenæ fimo porci. Pluvia flores decutit. Arbor etsi aruerit relinquit aliam radicem quæ repullulat. Fæcundior est si truncus linatur portulacâ cum catapucia contusa. Majores fructus dabit si adaquetur lixivio mixto aquæ. Dulciores, si radices luto porci illinantur, & irrorentur urinâ hominis.

3. Inseritur & hoc modo granata in loco cœmentoso, ramus in terra pangitur in Martio vel Apr. neque rigatur. Si fructus dabit acidos, radici cuneus è pingvi tæda infigatur. Si flores defluant, caprinum & suillum stercus cum aqua dilutum ter in anno radici affundatur. Vel libra olei oliv. Signum maturitatis fructuum nigredo. Major erit fructus si dum è ramo pendet, ollæ

fictili

fictili immittatur quæ optimè claudatur ac in terra ſepeliatur.

CAPUT XVI.

De Sepibus & ſpinis.

1. Sepes ſunt aut internæ inrta hortum quæ areolas dividunt,& fiunt ex variis plantis: aut externæ quæ hortum vel pomarium concludunt. Et fieri poſſunt vario modo, ex muro nimirum, lignis, ſed optime è ſpinis foſſa ſuccinctis.

2. Spinæ ſeruntur è cardi collectis ſeminibus quæ tamen Sole priùs ſint ſiccata, Inſitio autem fit in Octob. vel Novemb:

3. Sepes internæ hortorum tondentur ante Pentecoſt. Fiunt & ex pomis paradiſiacis quæ dicuntur Myſniaca, fiunt & ex Cydoniis.

4. Sepes externæ de ſpinis vivis.Defode circa hortum ſcrobem profunditate ulnæ, macera eruum, & rubi ac paleuri, & oxiacanthæ ſemina in aqua per diem ut fiant ſicut mel, hoc funem illine ac cinere aſperge, ac in ſcrobe depone, poſtque modicum tempus terram injice, poſt dies 28. germinabunt. Hoc faciendum ſub Verno Æquinoctio. Vel virgas rubi concide & profun-

profunditate palmi sepeli, atque irriga. Vel rubi fructus maturos funi affrica deinde terrâ ac stercore obrue, riga per 15. dies veris initio. Vel funem nauticum putrem eruo cum rubi semine affirica, defode, riga. Columella hoc modo istas sepes docet. Effode duos sulcos post æquinoctium autumnale, & ita maneant per hyemem, Collige semina sentium, paliuri maturrima, erui etiám, adde farinam & aquâ subige: hâc massâ funes, vertices, & similia imbue, & exsicca, tum post hirundinum adventum, terrâ illos sulcos ad medietatem imple, & funes illos impone atque terrâ modicè obrue. Post 30. dies plantæ prodibunt, illas contra se inflecte ut ut sibi implicentur. Alii sic. Moris rubi maturis funem illine, ac terrâ fimoq; obrue, & riga. Vel virgas rubi crassiores concide, & palmi altitudine defode, riga. Vel plura diversi generis spinarum semina ceræ, aut resinæ immisce, & produc tenuiter per fossam è qua nascituræ sepes, sed illa sit optimè stercorata. Vel sulco ducto spinarum, arbusculas planta, ut tamen una ab alia distet.

SUBSECTIO III.

De morbis ac remediis arborum.

Agetur & de remediis communibus, & particularibus arborum.

CAPUT I.

De Morbis & remediis communibus.

1. Quævis arbor curatur vel ſtercoratione, vel irrigatione, vel ablaqueatione, vel tranſplantatione, vel fosſione, vel ſcarificatione. Ablaqueatio, eſt denudatio radicum circumquaque per quam redditur melior tellus, vel faciliùs pluvia ad radices deſcendit, Stercoratio eſt affuſio alicujus pingvis humoris ad arborem impingvandam & confortandam. Principales ſunt liquores amurca cum parte aquæ pari. Feces vini veteris. Aqua lupini, fabarum, piſorum, cicerum decoctionis aut macerationis, & eorundem caules, folia, vetus urina humana, eaque virilis vel pecorum, alitum diverſa ſtercora. Vel ſola, vel diluta aquâ, vino. Inter fimos juxta aliquos hic ordo. 1. Suillus præſtantisſimus. 2. Columbinus & volucrtm aliarum non aquaticarum. 3. Aſininus fertilisſimus & non generat herbas.

bas. 4. Caprinus. 5. Ovillus. 6. Bubulus, Equinus & mulorum eſt vilisſimus niſi ſit triennis. Sed cinis ſuperat omne letamen, enecat enim vermes hortenſes, pulices, erucas. &c. Tandem compoſitum Jo. Bapt. Porra eſt optimum. Rec. Pingve letamen, ſuillum ſtercus, vini feces, hordeaceos furfures æqualiter. Servetur per annum loco ab aquis tuto, & ſingulis menſibus remiſceatur. Tum addatur acetum, & fiat ungventum. Hoc compoſito ſi radices punicæ per tres annos unxeris, poma in infinitum augebis.

2. Tranſcuneatio eſt, quando pars arboris perforatur, vel ſcinditur, & in foramen aliquid immittitur. Fit vario modo. 1. Radix finditur, & quernus, vel fagineus palus immittitur, vel etiam lapis, tum radix terra operitur, ſecundò terebratur arbor Gallicâ terebrâ, & immittitur cuneus, vel vel talea viridis ex oleaſtro.

3. Omni anno ad minùs ſemel arbores circumfodiantur apponendo parum fimi, vel pulveris de via, vel novam terram.

4. Dum arbor multa folia paucos affert fructus tempore frigido ejus radix findatur ut ſuccus ſuperfluus effluat. Ex aliis arbo-

ribus defluentia ſtillicidia lædunt arborem: ſcar ficatio prodeſt, cùm durus nimis cortex. Laboranti arbori veteris vini feces aquâ miſtæ affundantur. Si ardore Solis areſcat, frequenti aggeſtione terræ cumuletur, & defendatur umbraculis. Pruina ſi offenderit, addatur fimus, vel aqua in qua fabæ coctæ. Contra vermes urina bovis cum aceti tertia parte confunditur, & affunditur. Si copioſa det folia ſine fructu, vel illum tardè profert: factus ex ligno viridi cuneus radici infigatur.

5. Si arbor non creſcit, apponendus radici fimus porci mixtus cum terra & modica fece vini Ubi cortex inflatus eſt ſubtus ſolent eſſe vermes, fiat inſitio ut humor effluat, & vulnus ungatur fimo bubulo aut porcino contuſis cum ſalvia & calce viva modica.

6. Omni morbo arborum multùm prodeſt, vel fex vini, vel oleum oliv. affuſum radici. Cùm fructus decidunt, lolio arbor ligetur, vel radici cuneus è corno injiciatur ſi amittit flores, circumfodiatur radix, & aqua affundatur in qua maduit palea fabarum. Quando nimis citò floret arbor, aperienda radix non principalis, ut humor effluat.

effluet. Morbi corticis proveniunt ex loci humiditate, ſi tardè fructus affert, ejus radix ad medullam perforanda, & ligno claudenda ac cerâ. Cùm decidunt fructus radici infigendus lapis. Contra formicas, quando pluit ſerratura querna circa radices ponatur, ex his enim nata aqua necat formicas,

7. Arbores areſcunt ſi diebus canicularibus circumcirca avellatur cortex vel ſi radix, decorticata aquâ ferventi, aut oleo perfundatur, vel foramini usque ad medullam facto mercurius infundatur.

8. Arboris antiquæ cortex eſt durus ideoque ſterileſcit, tum diffiſſæ radici lapis inſeritur. Si arbor nimis aquoſum det fructum, ſtercore columbarum foveatur, per quod etiam fructùs fiet odoratior.

9. Arbores quæ in Febr. plantantur immunes ſunt à vermibus quoad ſuos fructus. Vel cùm plantatur ſurculus thus in pulverem redactum immittatur intra corticem trunci in quo fit plantatio. Arbores hyeme plantatæ non verminant. Si autem jam arbor verminat myrobalanum redige in pulveres & facto in arbore usque ad medullam foramine, infunde; & clavo facto ex ligno cynosbato occlude. 10. Ar-

10. Arbor multùm florescet neque dimittet flores si in Febr. radix circumfodiatur, & in fossam aqua ducatur ut congelet, & glacies terrâ obruatur, deinde in fine April. vel in Majo glacies amoveatur, & optima terra infundatur.

11. Fructus à vespis uon patientur si oleo oliv. conspergantur, vel saltem hoc oleo in os accepto in illos inhaletur.

12. Universim, radici affunde fecem vini, vel circa sere lupinum, vel amurcam æquè cum aqua mixtam, aut decoctionem lupini funde. Si langveat, radices vetere urina viri, vel pecorum perfunde, & bubulo felle perunge. Syderatæ solis æstu, aquam frigidissimam post solis occasum non lucente Lunâ affunde, vel cinge herbâ symphoniacâ.

13. Si nimia sit arbor in flore, in fructu modica truncum prope terram perfora, & clavum ex fago aut quercu imprime, atq; terrâ obrue. Fæcundior erit si tithymalo cum portulaca tuso ungatur.

14. Ne flos decidat, lolio vel plumbeo vinculo arborem liga, & radici perforatæ corneum clavum immitte, ac terrâ obrue. Vel rubricâ cum aqua illine vel cancrum cum

cum rutæ ramo ac lupinorum fasciculo appende.

15. Si flores & folia defluant, fabarum paleas in aqua maceratas circumpone radici.

16. Si verminet, scyllam in circum planta, aut piceos circa bacillos defige. Vel columbinum stercus ad radices, vel tauri fel, pone: vel fæcem veteris vini per triduum affunde.

CAPUT II.

De Morbis & Medicinis arborum in particulari

1. Amygdalus amat locum durum & calculosum: urinam, & suillum stercus: ut fiat ferax tedâ pingvi, aut querno palo, aut silice radix trajicitur. prope radicem inciditur.

2. Cerasus horret fimum, stercoratur verò suis ipsius putaminibus, amat feces vini, & in trunco scarificatur ac inciditur.

3. Cotonea vult sæpè circumfodi, alioquin sterilescit. Vult sæpè rigari & quidem amurca cum parte æquali aquæ: vult stercorari semel in anno.

4. Ficus gaudet aprico & calculoso so-

lo: cùm emittit folia gaudet humano fimo & amurcâ: cùm fructum amittit scarificatur semel truncus: amat urinam veterem cùm germinat. Fimus columbinus præmaturat fructum.

5. Malus non amat assiduum humorem, dulcescit autem stercore caprino soluto urinâ aut fece vini. Radix trajicitur lapide, sic poma non cadunt; gaudet ovillo stercore cum urina humana.

6. Mespilus non amat humorem sed terram sabulosam: amat putari, & circumfodi, vermes enecantur suillo stercore & urinâ humanâ. Frusto suæ radicis trajiciatur arbor, & non decident fructus.

7. Morus amat vites, & non assiduum humorem. Si trajiciatur cuneo hinc lentisci inde terebinthi fæcundior redditur. Putanda est post triennium.

8. Nux juglandis amat lixivium sæpiùs in anno, aut cineres: potest trajici clavo cupreo, ferreo, ulmeo, buxeo.

9. Olea amat colles & argillosa loca, gaudet sicco, amat fimum, urinam humanam vel suillam. Ablaqueanda. Terebranda & implenda duobus ex opposito clavis, vel oleastri viridi taleâ. Gaudet amurcâ cum aqua.

10. Per-

10. Persicus amat arenosum & aridum locum maximè æstate vesperi bené irriganda, palo transfigitur , veteris vini feces aquæ commistas amat. Stercus contra vermes valet aut aqua fabacea. Cinis amurcæ mistus contra vermes cuneus lentisci aut terebinthi in radices, vel in medium truncum salignus adactus retinet fructum. Ablaqueatione gaudet, stercoratur optimè suis foliis.

11. Prunus juvatur humore frequenti , item fossione. Gaudet lotio bubulo, vel humano veteri æqualiter cum aqua misto, item cinere è furno, maximè sarmentorum. Letamen contra vermes fructuum prodest.

12. Pyrus gaudet annuatim quocunque letamine, Truncus prope radicem trajiciatur palo querno aut fagineo, aut pineo sic fæcundabitur.

13. Vitis curatur sterilitas radice fissâ & lapide indito. Gaudet affundi sensim veterem humanam urinam. Amat stercus terrâ mistum. Curatur ægra cinere sarmentitio aut querno cum aceto. Botri ne citò putrescant cinis vetus radicibus inspergatur.

14. Moritur arbor si cicutæ succus in

quo per diem flores lupini jacuerunt, radici affundatur. Similiter, si sub canicula arbor usque ad medullam terebretur & petroleum cum sulfure injiciatur.

CAPUT III.

Alii morbi & medicinæ arborum.

1. Amurca cum aqua arbores facit feraces: meliores fructus fex vini aut lupinorum decoctio, hæc affunditur trunco. Summum autem remedium, vetus humanum, aut pecorum lotium.

2. Quernus vel fagineus palus in radices immissus facit fructiferas: Suillum stercus vino dilutum, vel columbinum, item fex vini veteris per triduum affusa facit contra uermes.

3. Amygdalus ut fiat ferax in truncum supra radices infige tedam pingvem aut silicem, aut quernum palum. Incidenda propè radicem urinam & suillum amat fimum.

4. Cerasus in trunco incidatur, feces vini trunco florentis arboris infundantur. Citria gaudet humore cucurbitarum & assidua fossione.

5. Cotonea sterilis aut ægra, curatur amur-

amurcâ miſtâ æqualiter aquæ : & dum eſt minor, ſtercore, dum major, cinere ſemel in anno radicibus immiſſo, circumfodienda ne ſterilescat.

6. Ficus ne fructum amittat ſcarificetur quâ parte turget. Contra vermes ficuum, amurca, vetus urina, letamen, oleum.

7. Arboris infrugiferæ remedium paleæ fabaceæ radicibus applicatæ : Vel portulaca cum tithymalo contuſo mixta.

8. Arbori ex qua fructus defluunt, lolium cum radicibus evelle & in modum coronæ trunco alliga, vel circulum plumbeum. Vel perfora radicem & clavum ex corno immitte, & terrâ obrue, vel finde aliquot radices crasſiores & ſilicem immitte.

9. Si flores ex arbore decidant, circumfosſis radicibus palearum fabacearum aquâ maceratarum copiam appone.

10. Ne vermes producat arbor, terram lemniam cum origano & aqua tere, & radices illine, vel ſcillam in circuitu planta. Alii dicunt, ſi piceos taxillos circa arborem defrixeris, tabeſcent vermes & decident. Vel ſtercus ſuillum vino dilutum frequenter arbori circumpone. Vel columbinum ſtercus radici applica.

11. Mori

11. Mori arbor fit feracior, si perforato penitùs trunco, hinc therebinthi inde lentisci cuneus inseratur. A pruinis Persica liberantur decocto fabæ, vel fimo vel fecibus vini aquâ mixtis. Appensa nuci loco amuleti est ne defluant fructus, verbasci radix. Juglandis mactatur si quis ramum florentis arboris momorderit masticans grana aliquot lentisci. Item arbores pereunt si candens ferrum vel lentis granum radici imprimatur. Vel si in trajectam arborem infundatur lotium pueri, vel cuneus myrthinæ, præsertim cùm florent, vel mercurius, vel petroleum cum sulfure sub diebus caniculæ. Vel si radici ablaqueatæ imponatur dyctamnus, faba, vel pannus menstruatæ, vel flores lupini iu succo cicutæ per diem macerati.

12. Ne mala punica findantur, in plantatione aliquot lapides radici apponantur: si verò jam satæ, scilla circa radices plantanda.

13, Ne flores decidant, veterem urinam cum pari aquæ mixtura ter per annum radicibus affunde vel truncum florentis plumbeo circulo conclude, altitudine pedis à terra,

ra, & cùm fructus cæperint adoleſcere, adimatur circulus & hoc fiat quotannis.

14. Ficus ne fructus abjiciat, ſale ac marinâ algâ radices obducuntur. Vel arietis cornua circa radices ſepeliuntur. Vel in pleiadum exortu pares partes aquæ & amurcæ radici affunduntur.

15. Meſpilus contra vermes aquâ decocti lupinorum, urinâ veteri humana, aut amurcâ perfundatur.

16. Ut fructus moſcatos arbor ferat, ſtylo ferreo medulla extrahatur ac nuce moſcatâ trita impleatur, dein foramen claude ne aqua iufluat. Nuclei ut ſint majores, ſemina aliquot intra ollam everſam plantentur, ut unicum habeant exitum.

17. Malus dabit rubros fructus ſi circa illam roſæ plantentur, vel ſi urinâ irroretur.

18. Fructus ne ex arbore decidant, findatur radix, & fiſſuræ lapillus inſeratur, tum fimo cum cinere ſtercoretur.

19. Prodeſt arbores circumfoſſas die S. Valentini variis frugibus circumfundere, & poſtea tegere. Tum die Nativitatis Domini ſtramine ſiligineo circumligandæ, & die Epiphaniæ thure & myrrhâ benedictis ſuffiuntur cauſa pietatis. 20. Ne

20. Ne rubigo arbori noceat, in Martio circumfodiatur, & aqua ex fimo affundatur, quod ipſum prohibet ne fructus decidant. Ut fructificent, ultima lunæ Jan. abſcindendi ſurculi, inſerendi ultimis diebus Martii. Arbor citiùs creſcit quæ frequentiùs circumfoditur. Fertiliorem putant ſi ex ea appendatur ſemen roſarum, ſynapis, & pes unus damulæ. Sed hæc res videtur ſuperſtitionem olere.

21. Si non craſſeſcit arbor cortex trunci bis aut ter in longum ſcindatur. Dum nimios protulit fructus, aliqui decerpendi, reſidui erunt meliores, neque ramos frangent, & ſequenti anno fructus erunt copioſi. Poma meliora ex juvene arbore. Si verò decidant, adimantur viliora & retinebuntur meliora.

22. Floreſcentibus ne pruina noceat, curandum ne citò floreant, hoc fiet ſi radici nives apponantur & fimo tegantur: cùm tempus à pruina ſecurum, rejiciantur nives tum arbor afloreſcet.

SUBSECTIO IV.

De collectione & conſervatione Fructuum.

1. Fructus qui ſervari debent colligantur

ligaotur Lunâ decrescente tectis manibus. & cum rore; tum aliquomodo resiccentur, & læsi ab incorruptis separentur, reponantur vero in eo loco quem ventus & novus aër non accedit, neque nimis maturi colligantur, sic diutiùs durabunt.

2. Servari etiam possunt in dolio alternis ordinibus interponendo stramen concisum. Etiam botri vini ita servari possunt, deinde dolium undique benè contegatur, ac in loco sicco statuatur.

3. Poma servantur integra in cumutia hordei. Contra frigus telâ madida teguntur, quæ congelata novum frigus arcet. non tangenda, ita collocanda ut eorum stipites sursum spectent, poma & pyra colligenda sereno die, non pluvio, aut nubilo, alioqui citò vitiarentur.

4. Cerasa ante Solis ortum colliguntur, ut in olla jaceant interponendo per ordines satureiam, vel folia arundinum. Cedri servantur in suis foliis, cotonea in fece vini, aut in olla clausa injiciuntur vino, servantur & in hordeo, & in lignorum serratura, sed sint procul ab aliis fructibus, quia odore suo nocent. Juglandes servantur in propriis foliis siccis, vel palea, vel in vase

facto

facto ex juglandis ligno , vel inter cepas quas etiam reddunt mitiores. Granatæ vasi olei oliv. impositæ clauduntur, sed ne sit oleum rancidum, vel inter cannabes, vel in scobe querna. Poma servantur in vase fictili non vitreato. Mespila verò in vase vitreato. Pyrorum cauda luto inducenda. Ponuntur in scobe ligni, vel inter folia nucum sicca. Mori in suo succo intra vas vitreum. Aurea poma in cannabe ne se contingant: persica in aceto. Ex istis eximuntur etiam nuclei & instar ficuum siccantur.

5. Poma etiam benè servantur in tabulis in loco frigido & siccissimo ad quem non pervenit ventus, ne tamen unum attingat alterum & pediculi sursum spectent, neque manu contingantur, subtus autem & suprà sit stramen. Idem observandum cum pyris. Sed colligendi fructus ante plenam maturitatem.

6. Cerasa ut aliquamdiu durent ante Solis ortum colligenda ac reponenda, ut vero durent diutius, seligantur ut nullum intra illa sit putridum, tum intra lagenam vitream imposita benè claudantur, ita ut nihil aquæ aut aëris subintrare possit, & ita in puteum immittantur satis diu durabunt. Servantur

item

item cerasa si in vas, tecto prius fundo satureiâ, imponantur, & adjiciatur nonnihil aceti mulsi aliquantùm dulcescentis, vel alternis ordinibus satureia insternatur cum cerasis, aut folia arundinum.

7. Mespila ut durent sereno meridie legenda & ex suis pediculis suspendenda. Nuces si suis putaminibus nudentur, id est juglandes, & melli immergantur, toto anno virides manebunt, & ipsum mel ita medicinale faciunt ut fauces & arterias curet.

8. Racemi vini post plenam Lunam colligantur, die sereno circa decimam quartam horam diei rore jam deterso, sint autem tempore collectionis in vigore, neque crudiores, putridæ forcipe recidantur ne alias corrumpant, incisi ramusculi in calidâ pice intingantur. Quo facto accipiatur argilla figulina recens probè subacta, & aquâ diluatur, & in liquidam botri immersi, suspendantur donec siccentur. Quibus siccatis vas præparetur testaceum in quo dicti botri deponantur, & optimè claudantur, ac in cellario serventur. Denique per totum annum durant uvæ si dum adhuc sunt paululùm asperiores collectæ aquâ calidâ alumen immixtum habente

tingantur, statimque ex illa eximantur.

9. Poma servantur in olla fictili cerâ internè inducta at bene clausa. Item si terrâ figulinâ incrustentur, & siccentur, & reponantur. Item substratis juglandium foliis non caducis, vel obvoluta foliis vitigneis, ac luto illita, alii solos pediculos luto illinunt. Alii condunt in cisternis clausa in vasis fictilibus bene picatis, vel solùm eorum pediculos picando. Alii in hordeo vel millio sepeliunt. Alii in musti doliis mergunt & claudunt. Et hoc de omni fructu, omnia poma melle optimè servantur sed separatim. Non putrescent, si usta satyrii virentis illita fuerint illis cacumina. Poma per annum durant si inter folia querna in dolio bene clauso merganتur in puteo, vel fluvio.

10. Pruna quæ siccanda sunt postquam decerpta sunt per decem dies & amplius jaceant, tum in furno supra stramen, vel salicis ramos siccentur. Succus ex baccis sambuci utilis ad condiendum, ita fit. Baccæ recentes coquantur bene & percolentur, tum supra tabulam farinâ conspersam succus effundatur ut crassescat.

SUBSECTIO V.

De Arborum degeneratione.

1. Aliæ degenerant ſi non putentur, ſic vites non putatæ tranſeunt in labruſcas, quod enim abiturum erat in fructus, hoc in ſtolones abit, quâ ferè de cauſa arbores juvenes infæcundæ ſunt, cùm totius alimentum in firmitudinem corporis impendatur. Aliæ degenerant ſi non circumfodiantur, ſic degenerat ac ſterileſcit cydonia. Quia aqua cæleſtis non poteſt ad radices penetrare ut præſtet arbori alimoniam, etenim terra niſi fodiatur dureſcit, & inutiles herbæ trunco admotæ ſuccum furantur.

2. Aliæ degenerant ſi non ſtercorentur, maximè ſi ſolum ſit macilentum. Aliæ degenerant ſi non habeant conſortem, ſic palma non infrugifera ſolùm, ſed etiam inflorifera, niſi fæmina habeat prope palmam maſculum, imò niſi etiam flores palmæ maſculæ floribus vicinæ fœminæ opponantur nunquam hæc fructificabit.

3. Degenerant etiam ratione ſoli improportionati, ſi v. g. quæ cælum deſiderat calidius in frigidiore plantetur, vel è contrà. Sic fructus Europæi horrent In-

dies orientales, ſive enim eò plantæ inferantur, ſive ſemina: aut nullos fructus producent, aut in odore, ſapore, magnitudine, &c. degeneres, imò ſemen ex illis collectum dat aliquid ſpeciei diverſæ.

4. Omnis arbor areſcit ſi illi ad radicem fabæ ſemen ponatur, vel ſi grana lentis jejunus maſticet ac mordeat ramos, vel ſi perforatæ clavus myrtheus infigatur.

SUBSECTIO VI.

Quarundam arborum proprietates.

1. Morus nonniſi exacto frigore germinat, & cum germinare incipit ita feſtinat ut ſtrepitus audiatur teſte Plinio. Amygdalus è contrà citò prodit, ideoque ſæpe fructus perdit.

2. Palma nil foliorum abjicit, & contra pondus inſurgit, in omni arbore partes robuſtiores Aquiloni oppoſitæ quàm quæ Auſtrum ſpectant aut Zephyrum. Juglans antequam frangatur dat crepitum. Hedera complexu ſuo necat arbores. Fraxinum ſylveſtrem adeò ſerpentes horrent, ut matutinas aut veſpertinas illius umbras quamvis longisſimas nunquam attingant, malintque ignem intrare. Expertum ſe id

ſcri-

ſcribit Plin. lib. 16. cap. 13. & ſerpentes è terra non prodeunt priusquàm floreat fraxinus, nec ſe terræ committunt antequam illa dimiſerit folia.

3. Poſt ſolſtitium invertit folia ulmus, tilia, populus, &c. Buxus ſemper viret ſed odore eſt noxia, & ſemen præbet ingratum animantibus. Ficus non floret, & ſi alligetur illi taurus ferocisſimus dicitur miteſcere. Vitis niſi putetur gracileſcit. Cedrus viventia corpora corrumpit, defuncta ſervat incorrupta, teſte Plinio lib. 24. cap. 5.

4. Cupresſi lignum cariem & vetuſtatem non ſentit neque rimas. In terra ſancta quædam plantæ Synapi reperiebantur quas homines uti arborem conſcendere poterant. Babilone etiam millium ad arborum proceritatem excreſcebat. Cupresſi ſemina adeò exigua ut vix conſpici posſint, & in magnam arborem excreſcunt.

5. Quot ſunt acini in uno malo punico, tot in aliis. Nuclei olivarum è collo geſtati vetant catharros & defluxus in pectus.

6. Si in poculo facto ex taxo Italico vinum ſteterit fit venenum, in hujus umbra dormiens perit, pecora quæ hujus arboris comederint baccas intereunt.

7. Lu-

7. Lupinum, ait Apuleius, cum sole circum agi etiam nubilo cælo & horas indicare, debet negligi cùm seritur. Ventriculo superpositum lumbricos pellit.

8. Punica omne insectum fugat. Glande quernâ apertâ invenitur delineatio futuræ ex illa quercûs.

9. Si cortices juglandium virides contundantur & in aqua macerati in terrám effundantur in lumbricos abeunt. Suber lignum dempto cortice non natat. Quercus tot habet ramos quot radices.

SUBSECTIO VII.

De Fructuum immutatione, &c.

1. Diversos fructus eadem arbor dabit si ei diversi surculi inserentur. Hoc modo ex eadem vite, & rubræ & albæ prodibunt uvæ.

2. Ut fructus solitò majores arbor ferat, triplici modo obtinetur. 1. Tollendo alios fructus ex arbore, & tantum paucos relinquendo, hi residui cùm multum habeant alimentum valde pingvescent. 2. Surculum v. g. pyri accipe & insere in arborem quæ aliàs fert pyra grandia: vel certè insere in aliquam arborem valdè succulentam:

vel

vel insere in eandem arborem de qua recisus est surculus 3. Per cultum extraordinarium, ut putationem frequentem, aspersionem, fimationem. Putant aliqui si fimus feci vini, & furfuribus hordeaceis cum aceto mixtis committatur, atque hoc mixto radices arborum ungantur, plurimùm arboribus prodesse.

3. Figura varia fructibus induci potest, si moduli fiant ex gypso earum figurarum, minores tamen quàm fructus excrescere possit, & teneri fructus non avulsi ab arbore iis includantur.

4. Fructus erunt medicati diversi, si facto foramine usque ad medullam arboris potio medica pro eo quem desideras effectu infundatur & foramen diligenter occludatur.

5. Fructus erunt odorati, & saporis novi, per insitionem, nam si pyra inseras in cotoneam, contrahent odorem. 2. Si usque ad medullam terebres arborem & aquam sapidam, vel odoratam infundas, fructus illo odore & sapore imbuentur.

6. Fructuum colores immutantur. 1. Per insitionem, ita si moro poma inserueris, erunt rubra, si morum platano aut ficui

erunt mora alba. 2. Si terebratæ arbori aquam coloratam infuderis.

7. Fructus præcoces facies inserendo surculum arbori quæ est fructuum præcocium : serotinos arbori tardæ.

8. Fructibus tolles nucleos, perforando truncum propè terram & medullam excindendo, & in locum ejus ponendo ossiculum aliquod, vel cornu, quod impediet ne succus crassus transeat, ex quo fiunt nuclei, denique arbor occludatur.

9. Fungos dulces, seminabis corticem albæ & nigræ populi concisum sulcis stercoratis committe. Vel caudicem populi nigræ concisum cum aqua fermento mixta insere. Item si arvum montanum multas stipulas & fructus habens pluvio tempore arserit, multi prorumpent fungi.

10. Ver dabit botros si nigra vitis cerasо inserta fuerit, eo tempore botri maturescent quo cerasa. Cucumeres præcoces habebis, si in fictilia vasa terram cribratam immittas stercore admixto, & seras in loco calido tempus sationis in horto anticipando, tum ubi Sol valentior factus, vasa exponantur, cavendo à frigore, & assiduè irrigando. Deinde ubi tempus securum,

va-

vasa defodiantur cum terra æqualiter. Idem est de Melonibus. Citiùs etiam cucumeres prodeunt si eorũ semen præmaceretur aquâ.

11. Mespili fiunt majores coroneæ inserti, & adhuc majores si insitio iteretur. Persica majora, si florenti arbori per triduum terni lactis caprini affundantur sextarii.

12. Amygdalam aut nucem sine putamine reddes, si testàm fregeris nucleo illæso, eumque lanâ, vel folio recenti vitis, vel platani involveris, ne à formicis rodatur, atque ita inserueris. Tenui verò cortice nuces & amygdalæ erunt, si cinis assiduè trunco & radici affundatur. Idem de cæteris fructibus qui foris cortice teguntur. Idem obtinetur si per annum singulis mensibus semel lixivium affundatur.

13. Lactuca odorata nascetur si ejus semen semini citrii intrusum seratur. Allium à fætore erit liberum, si seratur & extrahatur Lunâ sub terra existente.

14. Mala in coroneam insita saporem melleum habent. Nuces & amygdala inscripta erunt, si per triduum in aqua maceratam nucem leniter aperueris, & in nucleo nucis, aut persicæ, aut amygdalæ, id est, in cuticula stylo æneo non tamen pro-

fundè aliquid inſcripſeris, ac papyro involutam plantaveris, ſed hoc incertum.

15. Ceraſa erunt purgantia, ſi arborem usque ad medullam perfoderis, & elleborum indideris, ac foramen clavo ligneo argillâque bene muniveris.

16. Rapa creſcet intra pomum, ſi dum adhuc in arbore eſt mediocre, lignello aperueris, & ſemen rapæ intruſeris, deinde cerâ bene clauſeris.

17. Pruna ſine osſiculis, tenellam arborem ad binos pedes reciſam ſinde usque ad radicem, abraſaque medullâ partes ſejunctæ vinculo ſtringantur, & fimo, argillâ, vel cerâ liniantur, tum chartâ madidâ involutæ ligetur. Poſt annum concreſcent: in hanc deinde arborem ſurçulos qui fructum non tulerunt inſeras.

18. Ruta in faba pertuſa aut bulbo ſeritur ut graveolentiam deponat. Optimè naſcitur in ficulneo cortice defixa, & terris obruta. Dulceſcunt allia, ſi dum ſeruntur nucleis olivarum commiſceantur. Poſt comeſtionem illorum tollitur odor, ſi faba cruda, vel betæ radix in prunis toſta ſuperedatur. Servantur in paleis, vel infumata vel aquæ ſalſæ ac tepidæ immerſa

&

& insolata, idem est de cepis. Majores erunt, si semen cepæ semini cucurbitæ incluseris, & terræ fimo subactæ commiseris. Porri comesti vitatur odor cumino commanducato.

19. Cucurbitæ erunt sine semine & cucumeres, si semen triduo ante sationem in oleo sesamino vel sabino maceretur, ut vult Palladius. Vel succo herbæ conyzæ. Idem fiet si vitium more sarmentum primum aut virgultum ita defodiatur, ut solum ejus caput exortum promineat, quod ad biennium repetendum, & tertio anno si opus, faciendum, propagines autem adnascentes, & super terram extantes resecentur, servato solo eo virgulto quod postremum fuit.

20. Fœniculum dulce erit, si terra circa radicem effossà fimo bubulo misceatur. Persica erunt sine ossibus perforato infernè trunco medullâ excisa, salicis vel corni clavum adige. Cortex nucis erit tenuis si trunco ad medullam terebrato ulmi clavus infigatur.

21. Amygdalæ erunt dulces, si circumfosso stipite quatuor digitis à radice cavernula relinquatur, per quam quotannis lachrima effluat. Vel si circa radices urina & suillum stercus largiùs infundatur, deinde terra

terra exaggeretur, & hoc repetatur, vel si terebratæ ad medullam arbori mel infundas. Ut fiat fructifera, ferro terebretur, & clavo querno foramen claudatur.

22. Ut Punica fructus multiplicet, postquam nata sunt germina succo titimali & portulacæ æqualiter mixtis truncus illinatur antequam germinet.

23. Lactuca erit multiplicis saporis & formæ. Stercoris ovilli vel caprini baccam subulâ excava, & in eam semen lactucæ, nasturtii, ocimi, erucæ, & raphani immitte, eamque in terra optimè culta fimo obvolutam non profundè sepeli substrato molli letamine, ac irriga. Vel dicta semina sere involuta veteri linteolo cum illo stercore contuso.

24. Apium fiet grande, si plura ejus semina linteolo involuta in fimo sepelies. Brassica etiam cocta viridis erit, si dum tria folia crescendo fecerit nitro, aut salsâ terrâ in modum pruinæ conspergatur. Hortus viridis erit, si circa olera plantetur eruca.

25. Scabiem deponit ficus si circa radicem plantetur scilla, vel rubricâ aquâ diluta circa arborem fundatur. Ficus præcoces erunt si stercus columborum, piper, ac

oleum

oleum radici affundatur, vel si ficus cùm jam ad justam magnitudinem creverint acu ligneâ perforentur. Vel si oleo oliv. illinantur, ac foliis olivæ involvantur.

26. Nitrum tritum radici brassicæ suppositum eam maturat. Fraga hyemali tempore habebuntur, cùm adhuc albent & rubere solùm incipiunt cum foliis in arundines crassas immittantur, pingvi letamine ora opplendo, ac sepeliantur, ut verò rubeant Soli exponenda.

27. Surculus suæ arbori insitus multò majores fert fructus. Punica fient ingentia, si post Oct.&Novemb.radices ungantur hoc ungvento. Rec. pingve letamen cum parte æqua suilli stercoris, & vini fecem, itemque hordeacei furfuris, & loco ab aquis tuto per annum servetur singulis mensibus remiscendo, quibus demum acetum addatur.

28. Beta macra fiet, si radices fimo bubulo integantur recenti, germen verò findatur, & lapis planus, aut testa superponatur.

29. Ut botri sine acinis nascantur, extrahenda medulla è vite. Alii sic. Excavatæ lasseris cinericii succum ad spissitudinem

coctum

coctum infundunt singulis hebdomadis donec germen emittat.

30. Melones sangvinei coloris erunt, semen aperiendo & succum rosarum, vel garyophillorum infundendo, vel in sangvine macerando.

31. Primo statim anno surculus afferet fructus, ramum aliquem in arbore Lunâ decrescente ad spitamæ longitudinem derade, ita ut in eo solùm cortex vivus maneat, eum fimo bubulo illine, & hoc fiat in Autumno, deinde in Martio cùm arbores transplantari solent, prædictus ramus serrâ abscindatur ex arbore, & in terra bona plantetur. Vel aperto ollæ fundo ramus fructifer per ollam transmittatur uno anno, olla verò bonâ terrâ impleatur, atque per dies octo rigetur, aget radices ramus, altero anno in Martio ramus sub olla abscindatur & fractâ ollâ ramus cum terra sua plantetur. Vel stipites vivæ salicis terræ in iis locis in quibus novas arbores vis plantare, hoc fiat vespere in pervigilio omnium Sanctorum, deinde in vigilia Nativitat. Domini extrahantur isti stipites & in eorum locum rami ex variis arboribus sumpti infigantur, sarmenta &

pingvis

pingvis terrà aggeratur. Vel de arbore ramum hyeme avelle, ita ut ex arbore secum partem evellat, hanc in aliquot partes diffinde, & telâ ut solent hortulani involuæ, ac in terram semiulnæ profunditate impone. Isti modi sunt Dan. Schwenen. & ultimus in Anglia communis.

32. Arbor quæ fert amaros fructus ut dulces ferat, aperiatur terebrâ usque ad medullam, & infundatur aqua mellita, tum foramen clavo bene occludatur, vel circumfossæ radices arboris fimo suillo obruantur.

33. Cùm arbor circumfoditur, terrâ iterum obruenda ne arescat.

34. Cicer solitò erit majus, si pridie seminationis aquâ tepidâ semen obmaceretur.

35. Cepæ maximæ erunt, si illarum semen cucurbitæ semini intrusum illæsâ ejus medullâ terræ comiseris.

36. Persica erunt inscripta si aperta nuclei testâ in pellicula nuclei stylo æreo leviter aliquid inscripseris, & nucleum inserueris. Sine nuce erunt, si ex arbore perforatâ medullam extraxeris, & salicis aut corni clavum infixeris.

37. Poma rubra erunt, si arbor urinâ rigetur. Vel, si rosæ prope illam serantur. Vel, si colores aquâ deductos ita admoveris ut radii solis ab iis in poma reflectantur. Durabunt verò substratis nucum foliis, vel juglandium foliis involuta, vel si jacuerint intra hordeum.

38. Pyra dulcia erunt, truncum prope terram perfora, & cuneum ex quercu aut fago adige, ac terrâ obrue. Vel, fece vini veteris radices riga. A vermibus non læduntur, si dum arbor plantatur, radix felle oblinatur. Diuturna sunt in foliis siccis juglandis servata.

39 Punica ne hient, scillas juxta plantatato. Ut sint absque granis, medullam ex arbore extrahito ac terrâ obrue. Rubicunda erunt si plantam lixivio irriges. Feracia erunt, si tythimallo tusis radicem illiveris.

40. Ex pomis varii flores excrescent si eorum semina in pomum inserantur.

41. Cæruleus flos fit ruber, si inter formicas ponatur. Monet interea P. Kircher in dandis flori coloribus cavendum esse à cinnabari ut florum veneno. Neque facilè colores induci per affusionem aquarum coloratarum, sed ferè per solam implantationem.

tionem in radicem quæ illius coloris fructus aut flores profert.

42. Si arborem circa plantetur herba quæ Polonis Bagno dicitur, fructus comesti ex illa arbore inebriabunt, ſicut inebriat cerviſia cui hæc incoquitur, creſcit in palude, ſimilis eſt Roſmarino, & ſemper viridis.

43. Fructus majores ſolitò erunt, ſed inſipidiores, ſi vas cum aqua ita accommodetur ex quo guttatim defluat in arborem ubi incipit in ramos dividi.

44. Flores quicunque formoſiores fiunt, ſi poſtquam effloruerunt comburantur, & ex cineribus fiat lixivium, ac radici propriæ plantæ affundatur. Colores pro floribus ſunt, lacca, ſuccus heliotropii, rubriæ, anchuſæ, & ſimiles, qui poſtquam immisſi, in planta, vulnus clauditur fimo bubulo & argillâ.

45. Fabæ citisſimè prodibunt, coquatur allium & in hoc decocto per dies 9. jaceant ſemina fabarum, poſtea ſiccentur, ac ſerantur. Cucurbitarum verò, melonum, ſemina aliqui ad hunc finem macerant in ſangvine hominis juvenis rufi per dies 15. poſtea exſiccant , ſerunt. Petroſelini au-

tem ſemen per triduum ponunt in oleo oliv. poſtea ſiccant, & miſcent terram humidam cum calce viva, & in ea ſeminant.

46. Arbor fructificabit in poculo terrâ pauculâ impleto per decennium. Accipe ſangvinem cujuscunque animalis, ſed non hirci, cui cineres ejus plantæ quam deſideras immiſce, & fimum adde. Optimè autem fuerit, ſi horum quinta eſſentia extrahatur cum aqua vitis, & iſtâ eſſentiâ terra imbuatur non tamen ipſa radix.

SECTIO IX.

De Tempore Agrario.

AGetur. 1. De prognoſticis Agrariis. 2. De quatuor anni partibus. 3. De Menſibus. 4. De Luna.

SUBSECTIO I.

De prognoſticis Agrariis.

1. Si primum tonitru eo anno fit cum Borea, ver ſolet eſſe frigidum. Si fiat cum Orientali vento, ver calidum & ſiccum. Si fiat cum meridiano, calorem & inſectorum multitudinem procreat, ſi cum occidentali, humiditatem.

2. Qua-

2. Qualis constitutio aëris est præsentis Autumni, talis solet esse Veris sequentis.

3. Hyemem ostendit lien porci in Autumno cæsi. Pars ejus quæ est versùs spinam dorsi notat finem hyemis: pars versùs terram, initium. Crassities ejus & latitudo, frigora: exilitas indicat humiditatem, medio lienis medium hyemis respondet.

4. Cùm Lutra discurrens per ripas fodit arenam, aqua exundabit usque ad locum fossionis aucta imbribus. Si rana sua semina spargit per ripas, expectanda inundatio. Ita observatum ab Oeconomis.

5. De fertilitate sic Flor. Canalis prognosticatur. Diebus 30. ante exortum Caniculæ (exoritur circa diem 25. Julii) omne semen terræ committas, & quod benè prodit, illud & anno sequenti benè prodibit, & è contrà Schwent. vult seri 8. Jul. & observari die 20. ejusdem.

6. Si Sole manente in Scorpio venti Septemtrionales spirent, tum fructus erunt pauci propter siccitatem conjunctam cum vermibus.

7. Eclipsium si concursus fiant hyeme,

annum ſterilem notant: ſi fiant æſtate, nimis humidum, ſterilem, hyemem debilem. Eclipſis ſolis ſi fiat in ſignis Ariete, Leone, Sagittario, calores longos & noxios ciet. Si in Cancro, Piſcibus, Scorpio, inundationes. Eclipſis Lunæ in ultimis partibus Aquarii (ait Proclus) inſignem rerum omnium mutationem. Hippocrates notat, ſi circa Æquinoctium Autumnale ſub Plejadibus tempora fuerint humida, etiam hyemem fore humidam. Si frigus fuerit, ver ſiccum, & æſtatem ſiccam ac nubilam.

8. Sterilitatis ſignum hyems nimis cita, vel nimis tarda, vel ſine nivibus. Item ſi totus Auguſtus ſiccus & poſt eum modicus imber.

9. Si pluit circa finem Maij, vel initium Junii, nec vinum nec triticum abundabit, quia iſta tunc florent, & florem decutit pluvia.

SUBSECTIO II.

De anni quatuor partibus.

Agetur. 1. De Vere. 2. De Æſtate. 3. De Autumno. 4. De Hyeme.

CA-

CAPUT I.

De Vere.

1. Ut præcocia habeantur olera, ſtatim ac cesſit glacies modicum illorum ſerendum, alia ſuo tempore ſerantur.

2. Beſtiæ ſaginandæ habeantur in campo per ver & æſtatem, quæ ſi non impingvantur, non ſervandæ, nec enim in ſtabulo pingveſcent.

3. Cùm è fosſis rapæ educuntur, arena in foſſas refundatur ne flante vento agros inficiat. Idem fiat in aliis fosſionibus.

4. Quæ lacticinia non ſunt vendita ante Quadrageſimam, vendantur circa Paſcha.

5. Cùm tantùm incipit ſolui terra, arandum, ſerendum, ſepes erigendæ. Cùm ſeminatio incepit, nullo modo interrumpenda.

6. In Vere Artifices conducuntur pro ædificiis extruendis, ſcandulis, aſſeribus &c. faciendis, quia dies creſcunt, ſubditi autem proprii iſta hyeme & in Autumno faciant.

7. In Vere omnes fruges ſeruntur præter ſiliginem & triticum ſed ſemen ſit optimum.

8. Ex agris quietis primò arandus qui maximè distat à prædio. Letentur deinde agri, & si est, primum fænum desalcari poterit. Agri quieti stercorantur.

9. Lupulus plantatur novus. Lupi circa plantas resecantur, plantæ quæ fimo circumductæ fuerunt circumfodiuntur. Pomariorum sepes revidentur an sint integræ, gramen circa plantas secatur, non effoditur alioqui arescunt. Vituli autem aut aliæ bestiæ nullo modo in pomaria immittuntur.

10. Capti in fluviis pisces transferuntur in piscinas, & stagna. Attenditur ubi sunt pisces ne auferantur: & custodiæ fiunt dum pisces prolificant.

11. Si ager diutiùs jacuit otiosus aratur cùm terra post hyemem soluta uno palmo, tunc enim faciliùs herbæ inutiles evelluntur cùm radices nondum vigent, sed id fiat diligenter ne in aliquibus spaciis gramen relinquatur.

12. Caulium semina die tertio Bacchanaliorum seruntur sale mixta, & iterum die 25. Martii sale etiam mixta, seruntur sub ortum Solis promiscuè cum morellis & betis. Cepæ statim post glaciem seminantur.

nantur. Horti aptantur pro oleribus ut ſint ab herbis mundi. Quo autem tempore, in qua terra quid ſerendum, periti ejus loci conſulantur.

13. Paſcua ita ſint in Vere & Autumno clauſa ut tantùm ad illa unicus ſit ingresſus, & priusquàm equi ad illa inducantur, bene ſunt circumſpicienda.

14. Ver ſi nimis fuerit humidum, fructus putreſcunt. Si æſtuoſum, citò adoleſcunt fructus ſed verminant, ſed nec roſa, nec alii flores licet ſint præcoces, erunt odorati. Si ſiccum & frigidum ver fuerit, circa ultimum veris plenilunium erit gelu, & fructus pauci, & vinum modicum. Si ſiccum & valdè ver calidum, fruges paucæ, fructus etiam boni ſed pauci. Si ver frigidum, fructus pauci.

CAPUT II.

De Æſtate.

1. In media æſtate lacticinia recipiantur à vaccarum curatoribus, computando quantum ex iis intra ſeptimanam colligi poterat.

2. Herbæ inutiles excerpantur, ſaltem

ut illa pars ſit ab ejs pura ex qua ſemina colligantur.

3. Ad meſſem omnes, ut alicubi mos, etiam molitores, & artifices, ſed priore totâ hebdomadâ pro ſe, poſteriore pro Domino laborant. Colligatur autem quamprimùm ex campo, ut pecora immitti posſint, & impingvata pro hyeme recludi. Quæ pro culina deſtinantur, ad alia paſcua ſtatim poſt ver mittuntur.

4. Cùm devehitur mesſis ad horreum, veſperè videat factor in quo loco labor deſiit, & rurſus manè inſpiciat ne illo inſcio fuerit demeſſum aliquid.

5. Cucumeres ſaliuntur. Tela dealbatur, ſed cavendum à pluvia, nam hæc telam putrefacit. Fænum ante meſſem colligatur, quia & tenerius eſt, & ſiccari magis poteſt. Una ſectio fæni poſt Pentecoſten, alia circa S. Bartolomæum. Prior dabit fænum tenerius. Cavendum autem ne gramen in prato ſeneſcat. Ubi ſemel ſecatur fænum, id fit circa S. Laurentium. Gramen tardum potiùs detur pecoribus abſumendum quam ſecetur, præſertim ſi commodè ſiccari non posſit.

6. In paludibus dum aruerunt ſecandæ arun-

arundines minori falce, hyeme autem ſupra glaciem majori, ſervient pro tectis conficiendis.

7. Colligantur herbæ medicinales pro ovibus. Manna legatur.

8. Si in ſylvis gramen ſecatur, ſtatim inde ad locum patentem evehendum ut ſiccetur.

9. Siligo quæ crevit inter triticum in pultes convertatur. Herbæ inutiles evulſæ in haram, vel aliò, devehantur, ut in fimum abeant.

10. Seges quæ propè ſylvam metitur ſtatim alio avehatur ne furtis pateat,

11. Falcatio fæni non ultra triduum continuetur, quia multum deſectum colligi citò non poſſet, atque ita putreſceret.

12. Qui ſepes circa ſegetem non fecit, ipſe ſibi eſt cauſa damni à beſtiis illati.

13. Agri in Litvania arantur circa feſtum SS. Trinitatis, & ſi fænum in illis reperitur in pabulum beſtiarum defalcatur. Ubi gramen denſum, unus per diem defalcare poteſt ut duos currus impleat. Purgandi agri ab herbis inutilibus.

14. Unus poteſt ſegetis denſæ demetere per diem faſces 60, rarioris 50, rariſſimæ 30.

Ordine diſponantur in campis faſces ut faciliùs numerari posſint, & notetur numerus, & locus, veſpere ſignetur, quousque ex agro collectum dum convehitur, & manè revideatur, cum devectione verò feſtinandum, ut ager beſtiis pateat, ſic & illæ, & ab illis ager impingvabitur.

15, Æſtate ſi multæ ſint pluviæ fructus putreſcunt, & paucæ meſſes. Si æſtas ſicca, mesſis pauca, & piſces moriuntur. Si æſtuoſa, multi fructus, ſi frigida tardi fructus.

16. Æſtate piſces in uſum totius anni ſiccantur. Putei effundendo aquam ſubinde purgandi.

CAPUT III.
De Autumno.

1. Factâ ex agris collectione, & in agris ſeminatione, tempus detur reparandæ domui & ſupellectili.

2. Petroſelinum melius circa hyemis initium ſatum. Antequam glacies ſuperveniat pars aliqua rerum hortenſium, item primo Vere, ut diverſo tempore fructus habeantur.

3. For-

3. Fornaces reparantur ab intra, argilla convehitur multis usibus servitura.

4. Ex hortis fiat tempestivè collectio, tum bestiæ immittantur, quæ sicco tempore ibidem pernoctent, deinde hortiarentur, & alii loci letamine impingventur.

5. Betæ circa medium Sept. colliguntur, & decrescente Lunâ invalantur, postea caules, & alia hortensia.

6. Caulæ muniantur, ut in eas possint cogi pecudes priusquam superveniant tempestates. Lupulus circa festum S. Michaëlis in vase compingitur, & ne evaporet, clauditur. Provideatur ne bestiæ à frigore pati possint, neque in luto jaceant. Sed stramen substernatur.

7. Porci saginandi post initium Augusti recluduntur, & aluntur primò herbis in horto natis, deinde frumento.

8, Ante S. Bartholomæum omnia sint de campo collecta, ante S. Michaëlem insita quæ pro hyeme serenda. Post hæc reparantur ædificia &c.

9. Plantentur arbores quibus in Vere surculi inserendi. Fructus colliguntur, servantur, siccantur, & residui venduntur. Fossæ in agris humilibus fiunt.

10. Fit,

10. Fit Regeſtrum rerum quæ creverunt in horto, ſtabulo, haris, pomariis, agris, pratis, &c. Et Domino revidendum offertur circa medium Sept. quoad aliqua, quoad alia circa S. Martinum.

11. Contributiones frumentales à Colonis ubi mos exigantur, neque hujus anni recipiantur priusquam præteriti ſolutæ fuerint.

12. Cepæ antequam in ſerta religantur modio menſurentur, & attendatur ne putreſcant. Paſtinaca, ſiſeres, petroſelinum, raphani, betæ, &c. colligantur, & benè ſervantur pro hyeme. Caules, cucumeres ſcitè ſaliantur. Rapæ priusquam defodiantur modio menſurentur, & numerus ſcribatur.

13. Lardum paratur cùm glandes vigent, circa S. Martinum carnes ſaliuntur, piſces verò dum aqua congelat.

14. Reparantur die ſereno ſtagna, molæ. Reſtaurantur carceres, vaſa braxatorii, pavimenta, foſſæ pro glacie ſervanda. Pro carnibus ſaliendis viva animalia emuntur, ſic in lucro eſt corium, ſevum, interiora.

15. In cenſu circa S. Martinum recipiendi capones, ova, anſeres, galli Indici, lupulus

lus, avena, caſei, gallinæ, cannabes, triticum, ſiligo, hordeum, mel, item ea quæ proveniunt ex mola. Tum pennæ, plumæ, lana ſub pondere redduntur, præterea cepæ, brasſicæ, ſiſeres, paſtinaca, rapæ, allium, betæ.

16. Conſcribantur menſuræ ſeminum lini, millii, raparum, caulium, ceparum, ſiſerum, paſtinacæ, petroſelini, betæ, lactucæ, &c.

17. Numerus notetur hinulorum, vitulorum, agnorum, caprarum, ſuum. Signentur equi in femore, alia animalia in dextra aure, ut ſciatur quæ ſunt Domini, nec mutentur. Notetur quid accesſit de gallis indicis, caponibus, anſeribus, anatibus, ovis, &c.

18. Eodem tempore coria recipiantur & ſtigmatizentur, dentur familiæ pro ocreis. Item recipiantur fila ſub menſura quæ ruſticis cùm nox creſcit diſtribuit Factrix.

19. Conſideratur quid ædificandum & de varia materia proſpicitur. Hortenſia quæ putreſcerent, comedantur, vel vendantur, vel dentur beſtiis. Lacticinia circa S. Martinum recipiuntur & conſcribuntur, quæ domi ſervanda in vaſa lignea quæ vendenda in fictilia reponuntur.

20. Ce-

20. Cepæ minutæ ternæ ſimul in ſerto, majores binæ, maximæ ſingulæ ligantur. Serta ſunt longa cubitum & dimidium.

21. Folia caulium, raparum, &c. Sub tecto ſiccentur, fient pabulum hyeme ſuibus.

22. Seminandum ſtatim poſt S. Martinum quod ex ſiligine, & aliis rebus vendendum.

23. Autumnales fimi cæteris meliores. Seruntur nuclei pyrorum, ceraſorum, nucum, perſicorum, in Autumno, & in Vere tranſplantantur.

24. Autumnus humidus multam adducit putredinem. Si in fine humidus, ſequentem annum notat ſterilem: Si initio ſiccus, modicum millium. Si calidus, inſaluber. Si frigidus, pauci fructus.

25. Boves ſaginandi ſunt per famulos conductos, non per ſubditos qui hebdomadatim mutantur: attendendum ne glaciei, ſed pontibus inſiſtant.

26. Argilla in reparatione fornacum eſt tenaciſſima quæ in fornacibus jam fuit combuſta.

CA-

CAPUT IV.

De Hyeme.

1. Hyems Agricolarum incipit in Polonia à S. Martino tum providendum de necessariis pro claudendis bestiis. Instituitur trituratio, ligna cæduntur, convehuntur trabes pro qnadratis frumenti acervis, currus parantur, aratra, occæ, &c.

2. Pro cæsione lignorum omnes sublati simul cum villico exeant collecti in aulam, currus sint æquales, ligna inter palos erectos deponantur ut mensura habeatur, quantum unâ vice lignorum vexerint, ut tantundem aliis vicibus exigatur.

3. Fabri, figuli, & alii artifices, dum in uno prædio laborant, etiam pro aliis conficient, quæ illa prædia coëment, fiant item instrumenta, ut palæ, &c. Cùm Faber ferrarius proprius habetur, semper sit carbonum copia. Pix augeatur factâ æstate, pro rotis partes ex siccis lignis elaborentur. Retia conficiantur.

4. Attendendum ne glacies suffocet pisces. Storeæ etiam pro navibus, ubi illis opus, conficiuntur. Ubi habentur ligna commoda, pali, columnæ, clavi, præpa-

ran-

rantur, ramices, longurii, etiam pro aliis prædiis, & ſtagnis. Concidatur ſtramen & ſub menſura recipiatur.

5. Hyeme ad civitates vicinas devehitur frumentum ſuo tempore vendendum. Qui ſubditi carent jumentis, ideòque vecturam exercere non poſſunt, ligna in ſylvis præparent, cumulum quisque in diem, quadratum latum & altum cubitos quatuor, cæſio fiat eo loco qui in agrum mutandus, fiat verò veſpere reviſio laboris: vectura fit die creſcente, ut fiat iterata.

6. Canabum lib. 20. dantur alicubi cuique ſubditæ, ut funiculos conficiat pro retibus. Veſpere autem confici poſſunt retia, vel funes pro retibus animalium, qui nec nimis ſunt torti nec nimis laxi.

7. Durante viâ carpentariâ proſpiciatur de lignis in totum annum. Si pro ædificiis cæduntur, in loco remotiore; id fiat poſt primam nivem ante glaciem, & prius quàm nives magnæ deciderint, trabes in unum locum convehantur, ut inde faciliùs ad deſtinatum deducantur.

8. Humida & frigida hyems arboribus nocet, tepida & humida ſementem necat. Mediocris nive fæcundat.

SUBSECTIO III.

De Menſibus.

Agemus ordine de menſibus duodecim. Dies ponuntur ſtylo veteri, quibus aſtra adnotantur.

CAPUT I.

De Januario.

1. Jan. Oritur ſtella nebuloſa in capite Orionis.

5. Oritur Humerus dexter ejusdem.

8. Oritur cinguli præcedens ejusdem,

12. - - Cinguli ſequens ejusdem.

13. - - Pes ſiniſter ejusdem.

18. - - Aſellus Borealis.

19. Occidit lucida Coronæ.

20. Oritur nebuloſa prope aculeum Scorpii.

21. - - Præſepe Aſellorum.

23. Occidit aſellus auſtralis.

24. Dies halcyonii ceſſant.

25. Ultima Aquarii occidit, & Procyon oritur.

30. Occidit Aſinus Boreus.

Si tonat cùm Luna eſt in Aquario fructùs patientur. Si bonus eſt Januarius to-

tum annum putant bonum. Si nives raræ, frumentum ac vineæ debilitantur. Nimia verò hyems piſcinis nocet.

In Januar. tecta reparantur, horrea purgantur, palea & ſtramen ita diſpenſetur, ut ad novum ſufficiat: Ligna carpento convehuntur, è tectis nives dejiciantur, & ne cellaria nivium ſolutione inundent videatur.

Porci ultimâ quadrâ Lunæ mactantur, cavetur ne pecus intret horreum. Orbes pro doliis parentur ultimâ quadrâ ante feſtum S. Sebaſtiani, & ligna varia.

Venduntur ſiccati fructus antequam in vere refloreſcant. Fimus equinus qui poſt feſtum S. Martini jacuit disjicitur, vertitur, inſtrumenta agriculturæ reparantur.

Limaces colliguntur qui jam ſunt ſalubres ſub avellana, ex pomariis autem & hortis ejiciendi quia arefaciunt. Stramen papaveris & lupuli uritur, lotricibus eſt cinis utilis, Textores & filatrices laborant.

Gallinæ & columbi poſtremis frumenti aluntur. Relicto frumento pro uſu domûs & ſemine, reſiduum vendendum ad granaria devehitur. Lacticinia venduntur, carnes ſaliuntur, & coriandro interſitæ bene clauduntur. Alni

Alni folia si dentur ovibus, quæ comederit sana est. Piscinarum glacies aperitur. Apum alvearia quò opus transferuntur, pecora coëmuntur, farina & pultes fiunt.

CAPUT II.

Februarius.

5. die Leonem præcedens occidit.
6. Oritur Syrius.
7. Occidit Aquila.
19. Cauda Delphini.
28. Favonii flare incipiunt, utiles hortis.

Quot diebus ante Purificationem alauda canit, tot diebus post silet. Cùm Sol ingreditur pisces pro toto mense temperiem signat. Post festum S. Sebastiani rami inutiles in pomario resecantur.

Brassica inseritur die Cinerum & stercore gallinarum aspergitur. Inseritur & die S. Matthiæ vesperè aut manè. Farina quæ diu servanda moleatur. Hoc mense & Martio lac insalubre. Quale gelu vespere & nocte S. Matthiæ tale 40. diebus durat. Agri stercorantur. Si nocte Cathedræ S. Petri frigus non fuerit, amplius non erit. Ubi vinea plantanda, fodiendum. Vinea ster-

coratur. Vina debilia transvasantur. Rosæ plantantur. Piscinæ implentur piscibus.

Sepes reparantur. Si tempus patitur, seminarium instituitur siserum, ceparum, & aliorum hortensium. Lupi ab arboribus resecantur. Ultimâ quadrâ Lunæ fit transplantatio & implantatio. Plantæ in quibus insitio facienda depanguntur. Vituli castrantur. Vina transvasantur. Oleum exprimitur ex rapastro, lino, canabe, papavere, fagea, glande, & quod non necessarium est, venditur. Granaria ædificantur.

Seminantur in hypocausto omnia delicatiora, fimus reliquus in campum vehitur crescente Lunâ. Hordeum cum decessu frigoris seritur.

Fila ducuntur, plumæ purgantur, rapæ & olera putrida seliguntur. Potest seri avena, synapi mixtim in agro culto. Funes fiunt. Horti fimantur. Fulcra pro vitibus parantur. Pontes reparantur. Pecora inutilia quæ hucusque supervixerunt non mactentur.

Pultes & farina benè priùs siccata invasantur. Si permittit tempus, aratur pro pisis, fabis, & seminantur. Mundantur nidi alitum. Gallinaria, columbaria si quæ per hyemem

hyemem defecerunt pecora, ſubſtituuntur, imò & aves.

CAPUT III.
Martius.

14. die oritur ſtella ad humerum Virginis.

23. - - Perflant Favonii vel Africi, quos Onitrias vocant & chelidonias, & durant per dies 12.

25. die oritur Lucida Coronæ. Menſis eſt ob crebram aeris mutationem parum ſaluber. In eo pleuritides & podagræ dominantur teſte Hipp. l. 3. Aph. 1. Aquæ etiam minimè ſunt ſalubres. Contra podagram imponitur vino laurus, pæoniæ radix, myrrha contrita, & bibuntur à jejuno. Qui lædit caput ferro dum Luna eſt in Ariete, aut mortem, aut longum morbum incurrit ut ait Ptol.

Undecimâ Dominicâ poſt Nativitatem Domini ſi cælum patitur, aratio incipit. Omnibus avibus ova ad incubandum ſupponuntur. Fimus in agros evehitur. Si ea quæ ſata in Autumno Martius nimis madefecerit, deſperandum de illis, & aliquid aliud in eorum loco ſeratur pro agri conditione.

Legumina hortenſia Lunâ plenâ ſeruntur item olera quæ ſunt transplantanda. Plantatio fit arborum & purgatio, erucæ veteres tollantur, & talpæ. Roſa quovis anno in alium locum transferatur, & fiet plenior, & odoratior. Arbores circumfodiantur, & irrigentur antequam floreant, talibus neque grando, neque pruina nocet. Salices circumciduntur decreſcente Lunâ.

Vituli ablactantur circa plenilunium. Herbæ inter fruges natæ evelluntur. Fimus pro hordeo invehitur, & hoc ſeritur circa Paſcha. Invehitur etiam fimus ſi hyeme non eſt invectus in agrum pro lino, caule, canabe. Piſa inſita ultimâ quadrâ, die quâ nix cadit, non fallunt. Sed pro lino fimus ſpargatur per minutas partes, & ager ſit excultus.

Horti & pomaria raſtrantur, facti à talpis cumuli æquantur. Brasſica pridie S. Gertrudis ſeritur, & poſt dies 8. triticum.

Bobus, ovibus, ſuibus, &c. medicinæ dantur, oves mittuntur in agrum ut eum ſtercorent, & ipſæ fiant ſaniores. Piſces capiuntur & in ſtagna mittuntur, ſemen ab initio Veris usque ad S. Jacobum emittunt, ſed cavendum ab anatibus ne illud devorent.

circa

Circa 4. Martii alvearia revidentur. Navalis ſupellex repurgatur & aptatur. Anates ſylveſtres occiduntur. Piſces omnes circa feſtum Annunc. B. V. ad ſuperficiem aquæ prodeunt, tum ergo à furibus cavendum.

Attendat Paterfamilias ſuis victualibus ita de iis diſponendo, ut deinceps ſufficiant. Ex herbis olea, ſucci, aquæ, confectiones fiunt. Braſia quàm plurima conficiuntur. Brasſica ſeritur in S. Septimana.

CAPUT IV.

Aprilis.

1. die Spica Virginis occidit. Cepæ ſeruntur.

Si tonat hoc menſe annum bonum indicat.

9. die nebuloſa circa aculeum Scorpii occidit.

10. Spica Virginis oritur.

21. Extrema in cauda Leonis occidit.

26. Pleiades oriuntur & durant ad 9. Maij.

28. Extrema Borealis chelæ oritur.

Si poſt feſtum S. Marci aut Mauritii Luna jungitur Saturno decreſcens, exiguum vini proventum notat. Amygdalæ quæ fuerunt in hypocauſto ſatæ transferuntur

in hortum, & terræ profunditate duorum digitorum inſeruntur. Seminantur cucumeres, piſa, pepones, melones. Equi & oves admittuntur. Alvearia purgantur. Piſces coëunt inter Paſcha & S. Jacobum & ſunt inſalubres.

Hoc corrigitur menſe quod in Martio neglectum eſt. Carpiones ad prolificandum mittuntur ad piſcinam cujus fundus argillaceus, ripæ graminoſæ, & hoc fit circa feſtum S. Greg. terni ovati mittuntur, & bini lactes habentes.

Stagna hoc menſe dimittuntur & impiſcantur, ædificatur, ſal comparatur, pro caule & lino ager aptatur ultimâ quadrâ ante Paſcha, arietes caſtrantur, admisſio fit, fimus devehitur, ſed in cumulo deponitur ut poſt pluviam in ultima quadra putreſcat.

Oves lavantur & tondentur circa Dominicam *Exaudi*. Idq; die calido ac ſereno. Urticæ cum furfure triticeo gallinis dantur ut ſint ovorum feraciores. Lintea dealbantur cùm florent arbores. Ficus & peregrinæ arbores circa S. Greg. deteguntur & mundantur.

Melones, & cucumeres ſeruntur circa S. Georgium, attendendo ne lædat gelu.

Luſci-

Lusciniæ & alaudæ in usum cantûs circa idem festum capiuntur. Sed in esum aviculis parcitur quia tum nidificant.

Horti arantur, seruntur, perficiuntur, fit plantatio, à cancris & piscibus abstinetur, quia prolificant, vernum triticum seritur, nix quæ tum decidit fimo æquivalet. Cavetur ne post S. Georgium intret pecus pratum. Canabes, linum, seri possunt, erucæ tolluntur.

Pisa seruntur feriâ quintâ sanctâ, vel triduo ante Novilunium, quâ die & agni castrantur, tecta reparantur.

CAPUT V.

Majus.

2. Die Maij Chela Australis occidit.

3. Sinister pes Orionis occumbit, quo tempore gelu nocet floribus.

9. Dextrum genu Orionis occidit.

12. Antares.

13. Syrius & cinguli præcedens occidit.

14. Cinguli media.

15. Cinguli sequens occidit.

16. Humerus sinister Orionis & prima Hyadum occidit.

17. Ultima Hyadum.

18. Pleiades.

19. Palilicius seu rutilans Hyadum occidit

22. Nebulosa in capite Orionis.

25. Dextrum brachium Orionis occidit.

26. Pleiades die S. Urbani cum Sole oriuntur.

27. Chela Borea occidit.

Si hoc mense tonuerit sæpiùs, annus erit sterilis. Si tonuerit dum Luna est in Geminis, magna est floritio. Purgare corpora svadent medici cocto absynthio, & indulcorato. Anethum etiam in sero lactis coquunt, & manè propinant. Vino cum lacte caput & pedes ungunt. Dum Sol est in cancro cancri combusti in pulverem sumuntur cum vino allio vetere adversùs calculum.

In agrum ubi seminatio fuit in Autumno non amplius pecora mittuntur. Palmites vini circa S. Crucem panguntur, sed ferro non tanguntur.

Si dies S. Urbani serena, vel August. vel Sept. sicci, bene provenit vinum. Pro S. Urbano canabis & linum seritur. Oves mulgentur. Agni ablactantur, & ut lac oves habeant copiosius, urticis pascuntur. Quæ argil-

argillâ illinuntur ſine rimis ſunt, ut fornaces, pavimenta, parietes, area triturationis. Ex tectis ſtramen vetus detrahitur & fimo miſcetur.

Frumentum in granario die quovis octavo remiſcetur, præcipuè dum aliud in agro floret. Separantur boves, oves, in agros vacantes fimus devehitur. Lacticinia hoc menſe facta ſunt optima & diutisſimè durant.

Alvearia mundantur. Vituli caſtrantur & agni telæ dealbantur. Plantæ irrigantur. Equi omnes bene paſcuntur. Brasſica plantatur. Herbæ pro diſtillatione & confectionibus leguntur. Adhuc circa S. Urbanum ſeri poteſt hordeum.

Gallinæ, & aliæ aves, ſi non antea factum, incubant. Salmones ſunt optimi, & angvillæ quæ dum tonat facilè capiuntur. Sulci in horto conſiti numerantur, revidentur agri an ſint benè culti & conſiti, ſylvæ, nemora, limites. Videndum ne plus cleopiſtæ, picis, carbonum, uratur quàm ſit permiſſum. Sepes, hortorum, ac domûs item ædificia luſtrantur.

CA-

CAPUT VI.

Junius.

1. die, ultima in ore Piſcis oritur. 2. Aquila, & ſi tunc novam aut plenam Lunam contigerit eſſe, patiuntur fructus.

4. Prima Hyadum oritur.

5. Hyadum media.

6. Oculus Tauri oritur.

15. Procyon occidit, cui ſi plenilunium ſupervenerit ſementes calore læduntur.

25. Arturus occidit.

26. Nebuloſa in oculo Sagittarii oritur.

Si tonat cùm Luna eſt in cancro ſiccitas, & ceraſa pereunt. Si tonet hoc menſe agri ſunt feraces, ſed aër inſaluber.

Dum floret ſambucus, eodem tempore & vinum. Quò propiùs feſto S. Joannis cuculus cantare incipit, eò vilioris precii erit frumentum. Si die S. Joannis pluit, etiam quatuor diebus ſequentibus, & nuces pereunt. E plantis nimiorum fructuum pars deterior tollitur.

Agri otioſi arantur, fimus convehitur & ab iiſdem vectoribus reducitur, lapides ad aulam revehuntur, quos priùs paſtores in cumulos colligunt.

Ab herbis inutilibus repurgantur agri &

& hoſti cavendo ne dormitantes operarii herbas utiles evellant. Herbæ evulſæ fimo immiſcentur ut pro Autumno putreſcant, imò vaccis dantur dum fit evulſio. Fimus diſpergitur & aratur ultimâ quadrâ.

Linum circa S. Vitum ſeri poteſt. Horrea repurgantur, & granaria, & in illis areæ. Oves debiles ad lanienam mittuntur. Gramen in hortis ſecatur in uſum pecorum. Item urticæ teneræ, quæ in funibus extenſæ poſſunt ſiccari. Paſcua ſepiuntur. Piſces ſiccantur. Telæ inalbantur cavendo à rore & pluvia.

Piſcium captura omittitur quia prolificant. Ovibus datur medicina. Lacticinia fiunt. Alvearibus attenditur. Prata defalcantur. Campi otioſi ante meſſem arantur. Oves tondentur. Fit admisſio. Legumina pro meſſoribus parantur.

Herbæ pro aquis, medicinis, balneis, confectionibus colliguntur, ſiccantur, & loco ſicco concluſoque, nè evaporent reponuntur. Radices medicinales ante ortum Solis colligi debent, & quæ ab initio novæ Lunæ evelluntur ſolent magis opitulari juvenibus: quæ in medio Lunæ ætati mediæ: reliquo tempore Senibus.

CAPUT VII.

Julius.

1. Die Humerus ſiniſter Orionis occidit.

2. Etheſiarum prodromi Aquilonares flare incipiunt, & ſpirant octo diebus.

7. Caniculares incipiunt quas perflant Etheſiæ,& omnium inſitorum augetur incrementum. Si interim tonet fit aër inſaluber.

11. Si plueric, quatuor ſeptimanis continuis pluit. Si die S. Jacobi pluat, vel triduo antè, glandes pereunt. Cùm triticum floret ſerpentes infirmantur aut etiam pereunt.

23. Lucida coronæ occidit.

26. Aſellus Auſtralis occidit.

27. Præſepe occidit.

28. Procyon oritur ſi tonet dum Sol eſt in Leone, multùm ſiligini & hordeo nocet. Si initium canicularium nubilum, annus eſt inſaluber, in Canicularibus ſemper flant Etheſiæ à Borea, & durant 40. diebus, incipiunt flare Sole intrante Leonem, illas octo diebus alii venti præcedunt. In fine hujus menſis rapæ ſeruntur, agri mundantur, & exuruntur.

Rapæ ſeruntur in terra culta circa feſtum

ſtum SS. Kiliani, Margaretæ, Jacobi. Pecora, quæ neceſſaria non ſunt, venduntur. Metitur ſiligo & triticum pro novis pultibus. Saliuntur maturi cucumeres, manna, cuminum, colligitur, fiunt pultes ſubactæ ovis.

Prata, agri, pomaria, ſtagna, ſylvæ, crebrò luſtrentur. Melones matureſcunt, optimi ſunt ſi præcesſit ſiccitas, tum ſecuta humiditas, ac tandem calor ſerenus. Porcellis cavetur à lino, quia intereunt.

Cùm mesſis eſt, ex quavis ſexagena manipulus ſeponitur, ac pars manipulorum ſtatim trituratur, pars poſtquam totum frumentum convectum eſt, pars denique poſtquam ſeminatio peracta: menſurentur grana, & dabunt regulam juxta quam Factor deinde frumentum reddet.

Caules poſt pluviam circumfodiantur, & erunt majores. Agri parentur. In ſumma æſtate arbores delicatæ ad ulnæ altitudinem terrâ contegantur & rigentur. Semina hortenſia leguntur, & ſervantur, ne evaporent.

Verveces quia ab hoc tempore ad S. Michaëlem ſunt pingves, vendantur. Piſcatio & Aucupium incipit. Gallinacei caſtrantur.

Cera-

Cerasa, agrestæ, ac similia ad confectiones idonea colliguntur.

CAPUT VIII.

Augustus.

1. Die Asellus Borealis occidit.

9. Canis seu Syrius oritur. Si hoc tempore tonuerit, serpentes intereunt, annus est fertilis.

11. Aquila occidit.

15. Regulus occidit. Dies B. V. Assumptæ serena copiosum designat vinum. Dies serena S. Barthol. Autumnum serenum, & è contra.

25. Delphinus occidit.

Pro novo frumento horrea novo stramine insternuntur, vel saltem vetus invertitur, & contra mures plurima alni folia sternuntur. Frumentum quod est pro semine aptum seorsim ponatur, & recens priusquam evaporet seratur. Seminatio incipit in Vigilia S. Barthol. Ova in furfuribus servantur. Rapæ initio Septemb. reconditæ, durant.

Canabes sunt maturæ si concussæ dent pulverem. Putei fodiuntur. Folia in vineis decerpuntur, & botri pro acore. Haræ purgantur.

gantur. Venatio & aucupium exercetur. Galli caſtrantur. Porcis datur medicina, v. g. teſtudo viva in eorum potu ſemper relinquitur. Vel caro vulpina conciſa detur in pabulo. Vel ſi infirmantur, lytargyrium contuſum ſemel ac iterum præbetur.

Avellanæ ac fructus omnis generis leguntur, folia quercus, alni, betulæ colliguntur in uſum ovium. Plantæ irrigantur cùm eſt ſiccitas & calor. Frumentum in granario non jaceat cumulatum, & quavis ſeptimanâ agitetur, feneſtræ ſemper pateant reti munitæ. Sed granarium duplici ſerâ ſit clauſum, & claves ſint penes duos, ut unus ſine altero ingredi non poſſit. Palæ ne vermes gignantur itemque parietes crebrò ungantur allio.

Fimus Autumnalis evehitur. Anſeres augentur. Fructus arborum ſiccantur, fiunt ſucci, & res Medicæ. Omne animal ſignatur, & ſignum ſtatim à Factore recipiatur. Dum numeratur adſit Dominus.

CAPUT IX.

September.

1. Die. Extrema caudæ Leonis oritur.

Si tonuerit hoc menſe ubertas eſt meſſis. Circa 7. ſeritur triticum.

11. Si non pluerit, Autumnus erit ſiccus.

22. Arcturus oritur. Cùm Sol intrat Libram ſi tonuerit, fructus damna patiuntur.

27. Lucida Coronæ oritur. Si Autumnus ſerenus fuerit, ventoſa hyems expectatur.

Die S. Michaëlis aperi glandem aut gallam, ſi inveniatur araneus, infelicem dicitur & inamænum denotare annum: ſi muſca, mediocrem; ſi vermis, bonum: ſi nihil, inſalubrem.

Putei fodiuntur, Lupulus circa Nativit. B. V. colligitur, & ſervatur clauſus. Inculto agro ſiligo & triticum ſeritur. Juvari ſolent pauperes ruſtici. Satio tritici fit circa S. Crucem ultimâ quadrâ. Fimus in locum piſorum & agros ſteriles vehitur. Mella colliguntur die calido & ſereno, relinquẽdo apibus quantum opus pro hyeme. Canabes, linum macerantur in aqua, tum ſiccantur ad Solem, ſed procul ab aquis piſcoſis. Deinde elaborantur, ac ponderantur. Horti arantur. Fiunt ſucci ex uvis variis, potus ex ſylveſtribus prunis, pomis. Fiunt pultes. Sal conquiritur pro lacticiniis. Fit amylum.

Aratur

Aratur ubi fuit ſiligo, triticum, pro leguminibus in ultima quadra. Neque de campo tollantur ſtraminum reſidua, quia impingvant.

Circa S. Matthæum, admisſio fit Arietum, parient pro Purificatione.

Factor exhibet omnis pecoris accesſionem. Sed pecora ex uno prædio non facilè in aliud transferantur. Omnium tam pecorum quàm alitum fiat regeſtrum, & juxta illud Paſtoribus tradantur, qui quotidie veſpere rationem reddent.

Tributum frumentarium ſtatim à ſubditis recipiatur, ne diu debeant, vetera prata arentur. Tecta reparantur. Argilla, & ſimilia convehuntur. Tot boves, altiles includantur quot braxatorium & cremati coctura ſuſtentare poteſt, In fine demum ſaginæ frumentum largè datur.

Circa S. Michaëlem optimum eſt aucupium. Plantatio, tranſlatio fit arborum.

Glandes fagi dant oleum, & ipſæ utiles ad ſaginam porcorum. Porci potiùs pauci ſed boni ſunto.

Ante gelu hortenſes herbæ pro beſtiis recondantur in ſicca arena. Carpiones transferuntur. Piſces in lacubus, capti ſta-

gnis inferuntur. Seruntur siseres, quia illorum semen non congelat. Colliguntur fructus pomarii. Olera die serenâ colliguntur, tum semisiccata defodiuntur.

CAPUT X.

October.

3. Die Spica Virginis occidit. Tonitrua facta hoc mense ventos magnos & diminutionem fæcunditatis notant.

25. Extrema caudæ Leonis occidit.

27. Pleiades occidit. Si tonat cùm Sol est in Scorpio sequitur magna annonæ caritas.

Die S Simonis vites fulcris exsolvuntur. Circa hos dies nebula est jumentis noxia. Ideo mane theriacâ cum butyro & pane muniantur.

Arantur & letantur agri.

Circa S. Hedvigem ultimâ quadrâ effodiuntur fructus reliqui ex hortis, & in sicco per aliquod tempus relinquuntur, ut semiarescant, tum mensurantur, & defodiuntur.

Caules secantur. Sed videndum ne dolia transfluant in quæ deponentur. Allium & cepæ in serta ducuntur, sepositis aliquibus

bus pro ſemine. Rapa quæ ſiccabitur ſit loco tuto à gelu. Folia olerum ſiccentur, hæc enim cocta hyeme alunt porcos. Stagnis attendatur.

Delicatæ plantæ ad locum calidum deferantur. Botri ex vinea leguntur poſt duas aut tres pruinas ubi emollita eſt pellicula, tum vites fimo & terrâ obruuntur. Servantur & lupuli fulcra ſed numerantur.

Pecori mixtum cum ſtramine fænum datur, ſtramen conciditur. In defectum fæni ſervatur ſtramen hordeaceum. Equi comedent hyeme ſtramen piſorum cum ſtramine vitiæ mixtum, præſervat à vermibus. Semina purgata ita ſerventur ne evaporent.

Seminantur arbores, & aliæ tranſplantantur. Fungi ſiccati in funiculos ducuntur. Videndum quantum pro aula, & à ruſticis ſeminatum, & quomodo excultum. Glandes faginæ pro porcis colliguntur.

Anſeres & gallinæ antiquiores in uſum culinæ deſtinantur: poſtrema frumenti pro reliquis reponuntur. Carnes ſaliuntur, & infumantur circa S. Gallum. Gramen defalcatur.

Hoc menſe omne pecus incipit macre-

 ſcere,

ſcere, confortandum glumis , paleis fæno mixtis : equi autem avenâ cum ſtramine conciſo. Ædificiis proſpicitur. Medicinæ dantur beſtiis. Pultes, millium, farina præparatur. Videatur cur aliquis ruſticus non ſeminavit.

CAPUT XI.

November.

1. Chela Borealis oritur.

2. Pleiades oriuntur

6. Siniſter pes Orionis occidit.

12. Dextrum genu ejusdem. Si tonat, fertilitatem & bonum annum notat.

14. Cor Scorpii occidit, & eſt tempus criticum.

16. Syrius occidit.

20. Succulæ occidunt.

21. Pleiades. Si tonat cùm Luna eſt in Sagittario, meliùs in montibus quàm in vallibus ſuccedet ſeges. Si ceciderint nives antequam terra congelet, ſementem putrefaciunt. Qualis tertia dies ante S. Martinum ſtylo veteri, talis eſſe ſolet Martius. Potus aquarum nivalium inducit hydropem. Qualis 6. Dec. talis Febr. à 27. Nov. ad 11. Dec. dies Alcyonii, mare quieſcit.

Die

Die S. Andreæ vetere ſtylo implent vitrum hoc modo aqua ut monticulum faciat, & in quiete relinquitur, ſi ſuapte aqua defluxerit, annus erit humidus; ſi manſerit, ſiccus. Ligna pro ædificio cæduntur, Arietes & hirci admittuntur. Venatio fit, & piſcatio. Reparantur fornaces, camini, veſtes, ſi id non factum. Diſponuntur quæ ſunt vendenda, ædificanda, Boves ſaginandi includuntur cavendo à frigore quod illos emaciat, ſint in ſicco ſtramine, idem de ſuibus, ovibus.

Omnia tributa à ſubditis, frumentum, feræ, gallinæ, debent circa S. Martinum exigi. Item ex tabernis, ab Elocatoribus, molitoribus, artificibus, præfectis ſylvarum.

Farina hoc menſe molita & ſiccata, eſt durabilis. Materia pro filis ſub pondere diſtribuitur. Ligna pro vaſis parantur. Trituratio fit, ſed fiat exacta. Piſa ſint in ſicco, nam ſi madeant deturpantur. Anſeres, capones ſaginantur. Fit plantatio, tranſplantatio. Delicatæ plantæ fimo teguntur, aliæ ad cellarium clauſis feneſtris fimo deportantur.

Venatio fit. Pecora præcipuè circa Adventum

ventum bene aluntur, nam ſi tum emaciata fuerint vix æſtate pingveſcent. Arietes & hirci admittuntur. Carnes, piſces, ſaliuntur, infumantur.

Tecta ſtraminea inutilia fimo miſcentur, imò de ſtagnis quæ ſupra glaciem eminent herbæ defalcantur ut fimum augeant.

Aëri hujus menſis correſpondet Martius. In vigilia Omnium SS. de quercu ramus amputetur: ſi fuerit aridus, hyems erit dura: Si madidus, madida. Idem præſtabit ramus fagi.

Die S. Martini ſi os pectoris in anſere fuerit album notat copiam nivium: Si rubrum, frigora. Dies etiam ipſa ſicca, acrem hyemem: inconſtans, ſimilem notat.

CAPUT VII.

December.

2. Antares oriuntur.

5. Aquila.

6. Hiades. Si tonat hoc menſe copiam pabuli præſignat.

18. Procyon occidit.

21. Caput præcedens Geminorum occidit. Si tonet dum Sol eſt in Capricorno notat pluvias. Si die Nativitatis Domini non cecidit nix, cadet in Paſchate. 8

28. Arcturus occidit.

31. Caput ſequens Geminorum, & ſiniſter humerus Orionis oritur.

Si dies Nativitatis fuerit ſerena, annum fertilem notat. Si ſecunda poſt eam, debilior. Sunt & aliæ obſervationes in menſibus, ſed & hæ parum firmæ, & illæ aniles.

Vehuntur neceſſaria, reparantur ædificia, fit tritura. Pecoribus bene attenditur. Porci ultimâ quadrâ mactantur, & ſaliuntur. Non ſint ſimul porci multi. Ubi decem ſues unus verres. Cùm pariunt quævis ſit ſeorſim. Cùm in ſagino non proficiunt aliò transferantur.

Stagnorum & piſcinarum glacies aperitur. Lutræ illaqueantur. Attenditur ut aurigæ, Paſtores noctu beſtiis dent pabulum, quo majore in hoc menſe egent.

Foramina ſtabuli, ovilis, &c. claudenda ne ſubeat ventus, & parietes virgultis circumponendi. Stramen ſecatur. Ter in diem fiat viſitatio , alias in Vere non fructificabunt.

Pro navigatione omnia ordinanda, ſupellex agraria reparanda, fiunt clavi, ſcandulæ. Videndum ne olera defoſſa, fructus alii putreſcant. Foſſæ fiunt pro leporum

captura.

captura. Ponuntur laquei, fit venatio, aucupium, columbis datur pabulum dum nivibus omnia teguntur, aliæ aves in loco tepido tenentur.

Hyeme humidi venti omnis animalis sanitati noxii.

SUBSECTIO IV.
De Luna.

1. Agetur de usu Lunæ in re agraria. 2. De Lunationibus, seu Noviluniis, Quadris, Pleniluniis.

CAPUT I.
De Usu Lunæ.

1. Oves tondendæ in Novilunio. Carnes ad salem & fumum post Plenilunium. Simili tempore castrationes fiunt.

2. In agro humido seritur Luna decrescente, in sicco crescente. Plantæ panguntur ante ipsum Plenilunium, Surculi inseruntur post Lunam plenam die quinto vel sexto.

3. Ligna pro ædificio cæduntur Luna deficiente initio sumpto à S Joan. Baptista usque ad Nativitatem, talia à vermibus immunia erunt, & à carie libera.

4. Hor-

4. Hortenſia ſemper poſt Lunam plenam ſeruntur. Salvia ne excreſcat, ſub plenilunio tranſplantatur.

5. Plurima has materias concernentia ſunt in noſtris Meteoris, & in appendice ad computum Eccleſiaſticum.

6. Cùm Luna eſt in Ariete, ſemina. Cùm in Tauro planta arbores, ara, puta. Cùm in Cancro, planta, ſemina. In Leone, planta. In Virgine, ſata & plantata non multum fructificant. In Libra, ſemina, planta. In Scorpio, & Capricorno, ſimiliter.

7. Cùm Luna eſt in Cancro, Virgine, Libra, aut Capricorno, ſextilis aut trina cum Saturno, tempus eſt optimum pro ſeminando, & plantando. Similiter cùm eſt in Tauro in ſimili ſtatu cum Saturno. Si ſit in Aquario conjuncta cum Jove aut Venere, vel cum illis trinum aut quadratum habeat aſpectum, bonum dat tempus plantandi arbores & vineas.

8. Quæ egent multâ humiditate ſerenda ſunt Luna creſcente, alia poſt plenilunium, item non debent in magna excreſcere.

9. Pro Venatione tempus aptum quando

do Luna eſt in Ariete, Tauro, Leone, Sagittario. Pro aucupio, quando in Geminis, Libra, aut Aquario. Pro piſcatione quando Luna in Cancro.

10. Aves venaticæ inſtruuntur dum Luna eſt in Aquario. Canes, quando eſt in Ariete.

CAPUT II.

De Lunationibus.

Luna poſt 19, annos eâdem die facit Novilunia & reliqua, proinde hæ tabulæ compoſitæ ſunt pro annis 19, poſt quos ad initium reditur, & ſtatim Novilunia Plenilunia &c. in iis inveniuntur. Poſt quoſvis tamen annos 19. tardiùs veniunt horâ & dimiâ, unde cùm tabulæ ſint factæ anno 1646 anno 1665 opus ubique addere horam &dimidiam, anno 1684. tres horas, & ſic deinceps usque ad annum 1700, à quo anno unâ di e anticipabunt. Horæ autem in tabulis ponuntur juxta integrum horologium quod 24. dat horas ab occaſu incipiendo.

Anni currentes 1646 1665 & 1684.

mensis	Aſpectus	di.	h.	m.	temp.	ſig	gra.	qual.
J	Luna plena	1.	2.	24.	n. s.	aquar.	11.	hum.
	Ultima qua.	8.	2.	45.	n. s.	libra	6.	temp.
	Luna nova	16.	7.	8.	n. s.	capro	13.	ſicc.
	Prima qua.	24.	22.	18.	d. m.	arie.	20.	temp.
	Luna plena	30.	13.	12.	n. s.	leone	28.	nebul.
F	Ultima qua.	7.	21.	14.	d. m.	ſcorp.	4.	ſicc.
	Luna nova	15.	0.	9.	n. s.	aqua.	22.	temp.
	Prima qua.	22.	6.	17.	n. s.	tauro	20.	hum.
M	Luna plena	1.	0.	27.	n. s.	virg.	28.	nebul.
	Ultima qua.	9.	17.	15.	d. m.	ſagitt.	6.	ſicc.
	Luna nova.	17.	13.	53.	d. m.	piſc.	15.	hum.
	Prima qua.	23.	11.	32.	n. s.	gem.	22.	temp.
	Lnna plena.	31.	12.	40.	d. m.	libra	30.	temp.
A	Ultima qua.	8.	11.	28.	d. m.	capro	7	temp.
	Luna nova	15.	0.	51.	n. s.	ariete	14.	temp.
	Prima qua.	22.	17.	21.	d. m.	canc.	21.	hum.
	Luna plena	29.	1.	59.	n. ſ.	ſcorp.	29.	hum.
M	Ultima qua.	7.	4.	29.	n. ſ.	piſc.	7.	hum.
	Luna nova	14.	9.	29.	n. s.	tauro	21.	ſicc.
	Prima qua.	21.	0.	16.	n. s.	leo.	20.	hum.
	Luna plena	29.	16.	14.	d. m.	ſagitt.	18.	hum.
J	Ultima qua.	6.	19.	17.	d. m.	piſc.	7.	temp.
	Luna nova	13.	16.	53.	d. m.	gem.	15.	hum.
	Prima qua.	19.	8.	21.	n. s.	virg.	22.	temp.
	Luna plana	27.	7.	18.	n. s.	ſagit.	30.	temp.

An-

Anni currentes. 1703 1722. & 1741.

mensis	Aſpectus.	di	ho.	m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Ultima qua.	5.	7.	34.	n. ſ.	aries.	20.	temp.
	Luna nova	12.	0.	2.	n. ſ.	canc.	12.	neb.
	Prima qua.	19.	20.	2.	d. m.	libra	19.	hum.
	Luna plena	27.	22.	52.	d. m.	caper.	26.	temp.
A	Ultima qua.	4.	17.	31.	d. m.	taur.	3	temp.
	Luna nova.	10.	7.	50.	d. m.	leo.	10.	hum.
	Prima qua.	18.	11.	0.	d. m.	ſcor.	18.	hum.
	Luna plena	26.	14.	15.	d. m.	aqu.	24.	frig.
S	Ultima qua.	2.	1.	16.	n. ſ.	gem.	2.	temp.
	Luna nova	9.	17.	8.	d. m.	ſagit.	16.	temp.
	Prima qua.	16.	4.	36.	n. ſ.	piſc.	23.	hum.
	Luna plena	24.	5.	0.	n. ſ.	gem.	30.	hum.
O	Ultima qua.	1.	7.	55.	n. ſ.	gem.	20.	hum.
	Luna nova	8.	4.	42.	n. ſ.	libra.	8.	temp.
	Prima qua.	16.	0.	21.	n. ſ.	caper.	15.	frig.
	Luna plena.	24.	18.	50.	d. m.	aries.	22.	temp.
	Ultima qua.	31.	14.	47.	d. m.	leo.	1.	hum.
N	Luna nova	7.	18.	59.	d. m.	ſcorp.	7.	temp.
	Prima qua.	15.	20.	51.	d. m.	aquar.	13.	ſicc.
	Luna plena	22.	7.	22.	n. ſ.	taur.	22.	ſicc.
	Ultima qua.	29.	23.	39.	d. m.	leo.	30.	hum.
D	Luna nova.	6.	12.	36.	n. ſ.	ſagit.	7.	temp.
	Prima qua.	14.	16.	33.	d. m.	piſc.	14.	hum.
	Luna plena	21.	18.	47.	d. m.	gem.	22.	temp.
	Ultima qua.	28.	10.	10.	d. m.	virg.	30.	temp.

Anni currentes 1647. 1666. & 1685.

	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J mensis	Luna nova.	5.	6.	45.	n.	ſ. caper.	5.	temp.
	Prima qua.	13.	5.	43.	n.	ſ. aries.	22.	hum.
	Luna plena	20.	4.	53.	n.	ſ. canc.	20.	nebul.
	Ultima qua.	27.	23.	47.	d.m.	ſcorp.	17.	ſiccum
F	Luna nova.	4.	1.	41.	n.	ſ. aquar.	14.	frig.
	Prima qua.	11.	23.	23.	d.m.	taur.	21.	hum.
	Luna plena	39.	14.	23.	d.m.	leo.	30.	hum.
	Ultima qua.	26.	15.	0.	d.m.	ſagit.	7.	hum.
M	Luna. nova.	5.	19.	42.	d.m.	piſc.	4.	hum.
	Prima qua.	13.	9.	8.	n.	ſ. gem.	21.	temp.
	Luna plena.	20.	0.	9.	n.	ſ. virg.	30.	ſicc.
	Ultima qua.	27.	8.	18.	n.	ſ. caper.	7.	hum.
A	Luna nova,	4.	10.	16.	n.	ſ. aries.	14.	temp.
	Prima qua.	12.	15.	41.	d.m.	canc.	20.	temp.
	Luna plena	18.	9.	37.	n.	ſ. libra	27.	ſicc.
	Ultima qua.	26.	2.	9	n.	ſ. aquar.	6.	temp.
M	Luna nova.	4.	22.	38.	d.m.	taur.	12.	ſicc.
	Prima qua.	11.	20.	18.	d.m.	leo.	10.	temp.
	Luna plena	18.	20.	54.	d.m.	ſcorp.	27.	hum.
	Ultima qua.	26.	19.	33.	d.m.	piſc.	4.	bon.
J	Luna nova	2.	8.	30.	n.	ſ. gem.	10.	temp.
	Prima qua.	9.	0.	51.	n.	ſ. virg.	18.	hum.
	Luna plena.	17.	9.	27.	d.m.	ſagit.	25.	frig.
	Ultima qua.	24.	12.	0.	d.m.	ariet.	3.	temp.

Anni

Anni currentes 1704. 1723. & 1741.

Mensis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	tẽp.	ſig.	gra.	qual.
J	Luna nova,	2.	16.	57.	d. m.	cancro	9.	ſicc.
	Prima qua.	8.	7.	3.	n. ſ.	libra	16.	temp.
	Luna plena	16.	23.	37.	d. m.	capro	23.	hum.
	Ultima qu.	24.	2.	57.	n. ſ.	tauro	1.	ſicc.
	Luna nova,	31.	0.	45.	n. ſ.	leone	7.	temp.
A	Prima qua.	7.	16.	17.	d. m.	ſcorp.	15.	hum.
	Luna plena	15.	15.	24.	d. m.	aqu.	22.	frig.
	Ultima qua.	22.	16.	1.	d. m.	tauro	28.	hum.
	Luna nova,	29.	8.	48.	n. ſ.	virg.	5.	temp.
S	Prima qua,	5.	4.	54.	n. ſ.	ſagitt.	14.	ſicc.
	Luna plena	13.	8.	0.	n. ſ.	piſc.	20.	hum.
	Ultima qu.	21.	2.	57.	n. ſ.	gem.	27.	temp.
	Luna nova,	28.	17.	44.	d. m.	libra	5.	ſiccũ.
O	Prima qua.	5.	21.	24.	d. m.	capro	12.	hum.
	Luna plena	13.	0.	54.	n. ſ.	ariete	19.	temp.
	Ultima qu.	20.	11.	59.	n. ſ.	cancro	26.	nubil.
	Luna nova,	27.	4.	21.	n. ſ.	ſcorp.	4.	humi.
N	Prima qua.	4.	16.	39.	d. m.	aquar.	12.	ſiccũ.
	Luna plena	12.	17.	5.	d. m.	tauro	19.	temp.
	Ultima qu.	19.	19.	46.	d. m.	leone	25.	hum.
	Luna nova,	26.	17.	12.	d. m.	ſagitt.	4.	temp.
D	Prima qua.	3.	13.	41.	n. ſ.	piſc.	12.	temp.
	Luna plen.	11.	7.	46.	n. ſ.	gemin.	18.	ſicc.
	Ultima qu.	18.	3.	23.	n. ſ.	virg.	26.	hum.
	Luna nova,	25.	8.	31.	n. ſ.	capro.	4.	temp.

Anni

Anni currentes 1648. 1667. & 1686.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Prima qua.	2.	10.	44.	n. ſ.	ariete.	12.	ſiccũ
	Luna plena	10.	21.	24.	d. m.	canc.	18.	temp.
	Ultima qua.	16.	11.	55.	n. ſ.	libra	26.	hum.
	Luna nova	24.	1.	36.	n. ſ.	aquar.	4.	frig.
F	Prima qua.	1.	5.	44.	n. ſ.	tauro	11.	temp.
	Luna plena	8.	6.	49.	n. ſ.	leo.	18.	hum.
	Ultima qua.	15.	21.	56.	d. m.	ſcorp.	26.	frig.
	Luna nova	23.	10.	28.	d. m.	piſc.	4.	frig.
M	Prima qua.	2.	21.	38	d. m.	gem.	11.	temp.
	Luna plena	9.	15.	52.	d. m.	virg.	18.	ſicc.
	Ultima qua.	15.	10.	27.	n. ſ.	ſag.	26.	temp.
	Luna nova.	14.	2.	14.	d. m.	ariete	3.	temp.
	Prima qua.	31.	6.	39.	n. ſ.	canc.	10.	hum.
A	Luna plena	7.	0.	9.	n. ſ.	libra	18.	temp.
	Ultima qua.	14.	0.	55.	n. ſ.	capri.	25.	ſicc.
	Luna nova	22.	4.	46.	n. ſ.	taur.	2.	temp.
	Prima qua.	30.	17.	52.	d. m.	leo.	8.	hum.
M	Luna plena	6.	8.	29.	n. ſ.	ſcorp.	10.	hum.
	Ultima qua.	14.	16.	49	d. m.	aquar.	24.	frig.
	Luna nova	22.	18.	23.	d. m.	gem.	2.	temp.
	Prima qua.	29.	0.	41.	n. ſ.	virg.	7.	bon.
J	Luna plena	5.	17.	27.	d. m.	ſag.	15.	temp.
	Vltima qua.	11.	9.	40.	d. m.	piſc.	23.	hum.
	Luna nova	20.	5.	50.	n. ſ.	canc.	28.	ſicc.
	Prima qua.	27.	3.	34.	n. ſ.	libra	6.	temp.

Ani currentes 1705. 1724. & 1743.

Mensis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna plena	4.	4.	25.	n. ſ.	capr.	13.	temp.
	Vltima qua.	12.	3.	14.	n. ſ.	ariete	20.	temp.
	Luna nova	20.	16.	8.	d. m.	leone	27.	hum.
	Prima qua.	26.	8.	26.	n. ſ.	ſcorp.	4.	frig.
A	Luna plena	3.	17.	8.	d. m.	aquar.	11.	hum.
	Vltima qua.	11.	20.	12.	d. m.	taur.	18.	temp.
	Luna nova	18.	1.	17.	d. m.	libra	25.	hum.
	Prima qua.	23.	15.	32.	d. m.	ſagit.	2.	temp.
S	Luna plena	1.	8.	27.	n. ſ.	piſce	10.	hum.
	Vltima qua.	10.	12.	12.	d. m.	gem.	17.	temp.
	Luna nova	16.	10.	11.	n. ſ.	virg.	23.	ſicc.
	Prima qua.	23.	2.	1.	n. ſ.	capr.	1.	temp.
O	Luna plena	1.	1.	30.	n. ſ.	ariete	9.	temp.
	Vltima qua.	9	2	26.	n. ſ.	canc.	16.	nubil.
	Luna nova	16.	19.	33.	d. m.	libra	23.	ſicca
	Luna plena	31.	19.	51.	d. m.	ariete.	9.	temp.
	Prima qua.	23.	16.	19.	d. m.	aqu.	1.	frig.
N	Vltima qua.	8.	14.	42.	d. m.	leone.	15.	nubil.
	Luna nova.	14.	5.	40.	n. ſ.	ſcorp.	22.	hum.
	Prima qua.	21.	10.	12.	n. ſ.	piſce	1.	frig.
	Luna plena	30.	14.	5.	d. m.	gem.	8.	hum.
D	Vltima qua.	7.	10.	34.	n. ſ.	virg.	15.	temp.
	Luna nova	14.	17.	15.	d. m.	ſagit.	22.	temp.
	Prima qua.	21.	6.	31.	n. ſ.	ariete	2.	temp.
	Luna plena	29.	6.	31.	n. ſ.	canc.	7.	temp.

Anni

Anni currentes 1649. 166. 1687.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	5.	8.	30.	n. ſ.	libra	14.	temp.
	Luna nova	12.	6.	30.	n. ſ.	capr.	23.	ſicc.
	Prima qua.	20.	3.	24.	n. ſ.	taur.	30.	ſicc.
	Luna plena	28.	20.	40.	d. m.	leone	7.	nubil.
F	Vltima qua.	4.	15.	30.	d. m.	ſcorp.	13.	temp.
	Luna nova	11.	21.	21.	d. m.	aquar.	23.	frig.
	Prima qua.	19.	13.	26.	d. m.	gem.	1.	nubil.
	Luna plena	26.	7.	53.	n. ſ.	virg.	3.	temp.
M	Vltima qua.	5.	22.	58.	d. m.	ſagitt.	14.	temp.
	Luna nova	13.	13.	15.	d. m.	piſce	23.	hum.
	Prima qua.	21.	16.	56.	d. m.	canc.	29.	nubil.
	Luna plena	28.	17.	54.	d. m.	libra	7.	temp.
A	Vltima qua.	3.	8.	6.	n. ſ.	capr.	14.	ſicc.
	Luna nova	11.	5.	42.	n. ſ.	ariete	22.	temp.
	Prima qua.	19.	7.	6.	n. ſ.	canc.	18.	hum.
	Luna plena	26.	0.	47.	n. ſ.	ſcorp.	6.	humida
M	Vltima qua.	3.	19.	15.	d. m.	aquar.	13.	frig.
	Luna nova	11.	21.	31.	d. m.	taur.	21.	temp.
	Prima qua.	19.	17.	46.	d. m.	leone	27.	ſicc.
	Luna plena	25.	8.	2.	n. ſ.	ſagit.	4.	ſicc.
J	Prima qua.	1.	8.	45.	n. ſ.	piſce	12.	hum.
	Luna nova	10.	12.	16.	d. m.	gem.	10.	temp.
	Prima qua.	17.	1.	16.	d. m.	virg.	25.	ſicc.
	Luna plena	24.	15.	47.	d. m.	capr.	2.	temp.

Anni currentes 1706. 1725. & 1744.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	1.	0.	14.	n. ſ.	ariete	10.	temp.
	Luna nova	9.	1.	44.	n. ſ.	canc.	16.	hum.
	Prima qua.	16.	6.	44.	n. ſ.	libra	23.	temp.
	Luna plena	23.	1.	12.	n. ſ.	aqu.	1.	frig.
	Vltima qua.	30.	17.	42.	d. m.	tauro	8.	temp.
A	Luna nova	8.	13.	59.	d. m.	leone	15.	hum.
	Prima qua.	15.	11.	35.	d. m.	ſcorp.	21.	hum.
	Luna plena	22.	12.	33.	d. m.	aquar.	30.	frig.
	Vltima qua.	30.	11.	55	d. m.	gem.	6.	ſicc.
S	Luna nova	6.	1.	7.	n. ſ.	virg.	14.	temp.
	Prima qua.	13.	17.	31.	d. m.	ſagit.	21.	hum.
	Luna plena	20.	2.	44.	d. m.	piſc.	28.	frig.
	Vltima qua.	28.	6.	17.	n. ſ.	gem.	4.	ſicc.
O	Luna nova.	6.	13.	31.	d. m.	libra	12.	temp.
	Prima qua.	12.	2.	2.	n. ſ.	capr.	20.	hum.
	Luna plena	20.	19.	10.	d. m.	ariete	27.	temp.
	Vltima qua.	28.	22.	17.	d. m.	leone	4.	hum.
N	Luna nova	4.	21.	40.	d. m.	ſcorp.	11.	hum.
	Prima qua.	11.	14.	2.	d. m.	aqua.	19.	frig.
	Luna plena	19.	14.	18.	d. m.	tauro	26.	temp.
	Vltima qua.	27.	15.	13.	d. m.	virg.	3.	ſicc.
D	Luna nova	2.	7.	53.	n. ſ.	ſagit.	11.	temp.
	Prima qua.	10.	5.	30.	n. ſ.	piſc.	19.	hum.
	Luna plena	18.	9.	39.	n. ſ.	gem.	26.	temp.
	Vltima qua.	26.	3.	47.	n. ſ.	libra	4.	ſicc.

Anni

Anni currentes 1650. 1669. 1688.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna nova	2.	18.	29.	d. m.	aquar.	4.	frig.
	Prima qua.	9.	23.	50.	d. m.	tauro	11.	temp.
	Luna plena	17.	3.	38.	n. ſ.	canc.	18.	temp.
	Vltima qua.	24.	12.	50.	n. ſ.	libra	26.	hum.
	Luna nova	31.	5.	56.	n. ſ.	piſc.	4.	frig.
F	Prima qua.	8.	19.	42.	d. m.	gem.	11.	temp.
	Luna plena	16.	19.	14.	d. m.	leone	18.	hum.
	Vltima qua.	23.	19.	55.	d. m	ſcorp.	26.	frig.
M	Luna nova	2.	18.	17.	d. m.	ariete	3.	temp.
	Prima qua.	10.	15.	30.	d. m.	canc.	10.	hum.
	Luna plena	17.	8.	22.	n. ſ.	virg.	18.	ſicc.
	Vltima qua.	24.	1.	53.	n. ſ.	ſagit.	26.	temp.
	Luna nova	31.	7.	58.	n. ſ.	tauro	2.	temp.
A	Prima qua.	8.	9.	46.	n. ſ.	leone	8.	hum.
	Luna plena	15.	17.	24.	d. m.	gem.	18.	temp.
	Vltima qua.	22.	8.	5.	n. ſ.	capric.	23.	ſicc.
	Luna nova	30.	22.	28.	d. m.	gem.	2.	temp.
M	Prima qua.	8.	1.	41.	n. ſ.	virg.	7.	bon.
	Luna plena	15.	1.	14.	n. ſ.	ſcorp.	10.	hum.
	Vltima qua.	22.	16.	1.	d. m.	aquar.	24.	frig.
	Luna nova	30.	13.	28.	d. m.	gem.	28.	ſicc.
J	Prima qua.	7.	15.	51.	d. m.	libra	6.	temp.
	Luna plena	13.	8.	22.	n. ſ.	ſagit.	15.	temp.
	Vltima qua.	20.	2.	47.	n. ſ.	piſc.	23.	hum.
	Luna nova	28.	4.	48.	n. ſ.	virg.	23.	ſicc.

Anni currentes. 1707. 1726. & 1745.

	Aſpectus.	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
Menſis J	Prima qua.	6.	1.	5.	n. ſ.	libra	22.	temp.
	Luna plena	13.	16.	39.	d.m.	capr.	30.	ſicc.
	Vltma qua.	20.	16.	23.	d.m	ariete	8.	temp.
	Luna nova	28.	19.	56.	d.m.	leone	15.	hum.
A	Prima qua.	4.	9.	3.	n. ſ.	ſcorp.	22	hum.
	Luna plena	11.	23.	57.	d.m.	aquar.	29.	frig.
	Vltima qua.	18.	8.	51.	n. ſ.	taur.	6.	temp.
	Luna nova	26.	10.	25.	n. ſ.	virg.	14.	ſicc.
S	Prima qua.	3.	15.	25.	d.m.	ſagit.	22.	temp.
	Luna plena	9.	10.	15.	d.m.	piſce	29.	frig.
	Vltima qua.	17.	3.	21.	n. ſ.	gem.	7.	temp.
	Luna nova	25.	23.	43.	d.m.	virg.	14.	ſicc.
O	Prima qua.	2.	22.	6.	d.m.	capr.	23.	nubil.
	Luna plena	9.	23.	3	d. m.	ariet.	30,	temp.
	Vltima qua.	17.	23.	4.	d. m.	canc.	7.	hum.
	Luna nova	24.	12.	14	n. ſ.	ſcor.	14.	temp.
	Prima qua.	31.	4.	43.	n. ſ.	aqu.	22.	hum.
N	Luna plena	8.	14.	45.	d.m.	taur.	29.	temp.
	Vltima qua.	16.	18.	52.	d. m.	leone	7.	nubil.
	Luna nova	23.	23.	34.	d. m.	ſagit.	15.	hum.
	Prima qua.	30.	14.	32.	d. m.	piſce	22.	frig.
D	Luna plena	7.	9.	3.	n. ſ.	gem.	29.	hum.
	Vltima qua.	15.	13.	3.	n. ſ.	virg.	7.	temp.
	Luna nova	22.	10.	27.	n. ſ.	capr.	14.	ſicc.
	Prima qua.	29.	3.	21.	n. ſ.	ariete	22.	temp.

Ann

Anni currentes 1651. 1670. & 1689.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Luna plena	6.	4.	23.	n. ſ.	canc.	30.	hum.
	Vltima qua.	14.	4.	18.	n. ſ.	libra	8.	temp.
	Luna nova	21.	20.	25.	d. m.	aqu.	15.	frig.
	Prima qua.	28.	18.	44.	d. m.	taur.	22.	hum.
F	Luna plena	5.	22.	58.	d. m.	leone	29.	frig.
	Vltima qua	13.	15.	47.	d. m.	ſcorp.	7.	hum.
	Luna nova	19.	10.	29.	n. ſ.	piſce	15.	temp.
	Prima qua.	26.	12.	21.	n. ſ.	gem.	7.	ſicc.
M	Luna plena	7.	15.	38.	d. m.	virg.	30.	hum.
	Vltima qua.	14.	23.	47.	d. m.	ſagit.	5.	temp.
	Luna nova	21.	16.	34.	d. m.	ariete	14.	temp.
	Prima qua.	29.	6.	41.	d. m.	canc.	21.	hum.
A	Luna plena	5.	55.	24.	n. ſ.	capr.	30.	temp.
	Vltima qua.	12.	5.	44.	n. ſ.	piſce	4.	frig.
	Luna nova	19.	3.	47.	n. ſ.	taur.	14.	nubil.
	Prima qua.	27.	0.	57.	n. ſ.	canc.	22.	hum.
M	Luna plena	5.	16.	18.	d. m.	ſcorp.	30.	temp.
	Vltima qua.	12.	10.	0.	d. m.	aquar.	7.	hum.
	Luna nova.	19.	10.	9.	d. m.	gem.		ſicc.
	Prima qua.	27.	17.	57.	d. m.	leo.	22.	temp.
J	Luna plena	3.	1.	6.	n. ſ.	ſagitt.	30.	temp.
	Vltima qua.	10.	15.	28.	d. m.	piſce	7.	temp.
	Luna nova	7.	5.	56.	n. ſ.	gem.	14.	temp.
	Prima qua.	26.	9.	10.	d. m.	virg.	22.	bon.

Ani currentes 1708. 1727. & 1746.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna plena	2.	8.	45.	n. ſ.	capr.	30.	hum.
	Vltima qua.	9.	23.	31.	d. m.	ariete	7.	temp.
	Luna nova	17.	21.	54.	d. m.	canc.	14.	temp.
	Prima qua.	25.	22.	27.	d. m.	libra.	21.	frig.
A	Luna plena	1.	16.	15.	d. m.	aqua.	30.	hum.
	Vltima qu.	8.	10.	48.	d. m.	tauro	7.	hum.
	Luna nova	16.	12.	50.	d. m.	leone	26.	ſicc.
	Prima qua.	23.	9.	32.	n. ſ.	ſcorp.	21.	temp.
	Luna plena	30.	0.	22.	n. ſ.	piſce	29.	hum.
S	Vltima qua.	6.	1.	26.	n. ſ.	gem.	7.	nubil.
	Luna nova	14.	5.	3.	n. ſ.	virg.	15.	ſicc.
	Prima qua.	22.	18.	38.	d. m.	ſagit.	22.	hum.
	Luna plena	28.	9.	57.	n. ſ.	ariete	29.	temp.
O	Vltima qua.	6.	19.	18.	d. m.	canc.	7.	hum.
	Luna nova	14.	21.	0.	d. m.	libra	14.	temp.
	Prima qua.	21.	2.	5.	n. ſ.	capr.	21.	temp.
	Luna plena	28.	20.	28.	d. m.	tauro	29.	hum.
N	Vltima qua.	5.	15.	26.	d. m.	leone	6.	fr. hũ.
	Luna nova.	12.	11.	49.	n. ſ.	ſagit.	28.	hum.
	Prima qua.	19.	9.	19.	n. ſ.	aqua.	20.	ſicc.
	Luna plena	26.	11.	45.	n. ſ.	gem.	28.	hum.
D	Vltima qua.	4.	12.	27.	n. ſ.	virg.	6.	hum.
	Luna nova	12.	1.	5.	n. ſ.	ſagit.	14.	temp.
	Prima qua.	19.	17.	26.	d. m.	ariet.	2.	hum.
	Luna plena	26.	4.	30.	n. ſ.	canc.	28.	temp.

Anni currentes 1652. 1671. & 1690.

Mensis	Aspectus	Di.	ho.	m.	temp.	sig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	3.	8.	30.	n. s.	libra	6.	temp.
	Luna nova	10.	12.	32.	n. s.	capr.	13.	sicc.
	Prima qua.	18.	3.	24.	n. s.	ariete	20.	temp.
	Luna plena	25.	22.	39.	d. m.	leone	28.	nubil.
F	Vltima qua.	2.	2.	1.	n. s.	scorp.	4.	sicc.
	Luna nova	9.	22.	23.	d. m.	aquar.	22.	temp.
	Prima qua.	16.	15.	33.	d. m.	tauro	20.	hum.
	Luna plena.	24.	16.	55.	d. m.	virg.	28.	nubil.
M	Vltima qua.	3.	15.	56.	d. m.	sagitt.	6.	sicc.
	Luna nova.	9.	7.	22.	n. s.	pisce	15.	hum.
	Prima qua.	16.	6.	11.	n. s.	gem.	22.	temp.
	Luna plena	24.	10.	10.	n. s.	libra	30.	temp.
A	Vltima qua.	1.	1.	49.	n. s.	capr.	7.	temp.
	Luna nova	8.	15.	56.	d. m.	ariete	14.	temp.
	Prima qua.	15.	22.	18.	d. m.	canc.	21.	hum.
	Luna plena	23.	0.	57.	n. s.	scorp.	28.	hum.
	Vltima qua.	30.	9.	18.	n. s.	capr.	4.	hum.
M	Luna nova	7.	1.	10.	n. s.	tauro	12.	sicc.
	Prima qua.	15.	15.	21.	d. m.	leone	20.	hum.
	Luna plena	23.	13.	22.	d. m.	sagitt.	28.	hum.
	Prima qua.	30.	12.	53.	d. m.	pisc.	7.	temp.
J	Luna nova.	6.	11.	24.	d. m.	gem.	15.	hum.
	Prima qua.	13.	8.	31.	d. m.	virg.	22.	temp.
	Luna plena	21.	23.	45.	d. m.	sagit.	30.	temp.
	Vltima qua.	28.	17.	11.	d. m.	ariet.	7.	sicc.

Anni currentes 1709. 1728. & 1747.

Mensis	Aspectus	Di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gra.	qual.
J	Luna nova	5.	23.	26.	d. m.	canc.	13.	sicc.
	Prima qua.	13.	1.	18.	n. s.	libra	20.	hum.
	Luna plena	20.	8.	41.	n. s.	capr.	27.	temp.
	Vltima qu.	27.	23.	9.	d. m.	ariete	4.	temp.
A	Luna nova	4.	13.	35.	d. m.	leone	12.	sicc.
	Prima qua.	12.	17.	29.	d. m.	scorp.	18.	hum.
	Luna plena	19.	17.	12.	d. m.	aquar.	26.	nub.
	Vltima qua.	25.	8.	4.	n. s.	taur.	3.	sicc.
S	Luna nova	2.	5.	38.	n. s.	virg.	10.	temp.
	Prima qua.	10.	7.	39.	n. s.	sagit.	17.	hum.
	Luna plena	17.	1.	44.	n. s.	pisce	24.	bon.
	Vltima qua.	24.	20.	31.	d. m.	gem.	2.	sicc.
O	Luna nova	2.	23.	2.	d. m.	libra.	10.	temp.
	Prima qua.	10.	19.	16.	d. m.	capr.	17.	temp.
	Luna plena	16.	11.	2.	n. s.	ariete	23.	hum.
	Vltima qua.	24.	12.	55.	d. m.	canc.	1.	temp.
N	Luna nova	1.	10.	53.	n. s.	scorp.	8.	hum.
	Prima qua.	8.	6.	6.	n. s.	aquar.	15.	temp.
	Luna plena	15.	21.	49.	d. m.	taur.	15.	frig.
	Vltima qua.	22.	8.	15.	n. s.	leone	2.	hum.
	Lunva noa	30.	9.	58.	n. s.	sagit.	10.	hum.
D	Prima qua.	8.	14.	31.	d. m.	pisce	19.	hum.
	Luna plena	14.	11.	34.	n. s.	gem.	25.	temp.
	Vltima qua	22.	5.	18.	n. s.	virg.	1.	temp.
	Luna nova	30.	1.	7.	n. s.	capr.	8.	hum.

Anni currentes 1653. 1672. & 1691.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Prima qua.	6.	18.	24.	d. m.	ariete	16.	temp.
	Luna plena	14.	13.	48.	d. m.	canc.	23.	temp.
	Vltima qua.	22.	17.	50.	d. m.	libra	30.	ſicc.
	Luna nova	29.	30.	32.	d. m.	aquar.	7.	ſicc.
F	Prima qua.	4.	17.	11.	d. m.	taur.	16	hum.
	Luna plena	12.	8.	26.	n. ſ.	leo.	24.	temp.
	Vltima qua.	20	7.	32.	n. ſ.	ſcor.	1.	temp.
	Luna nova	27.	22.	45	d. m.	piſc.	8.	ſicc.
M	Prima qua.	6	22.	21.	d. m.	gem.	16.	hum.
	Luna plena	14.	2.	33.	n. ſ.	virgo.	23.	ſicc.
	Vltima qua.	22.	17.	36.	d. m.	ſag.	30.	hum.
	Luna nova	28	7.	56.	n. ſ.	ariete	8.	temp.
A	Prima qua.	5.	15.	4.	d. m.	canc.	15.	temp.
	Luna plena	13.	18.	37.	d. m.	libra	22.	nubil.
	Vltima qua.	20.	24.	0.	d. m	aqu.	22.	nubil.
	Luna nova	27.	17.	18.	d. m.	taur.	7.	hum.
M	Prima qua.	4.	8.	37.	n. ſ.	leon.	17.	temp.
	Luna plena	12.	6.	5.	n. ſ.	ſcor.	20.	hum.
	Vltima qua.	19.	4.	34.	n. ſ.	aqu.	28.	temp.
	Luna nova	26.	4.	2.	n. ſ.	gem.	5.	temp.
J	Prima qua.	5.	1.	52.	n. ſ.	virg.	13.	hum.
	Luna plena	11.	16.	4.	d. m.	ſagit.	19.	frig.
	Vltima qua.	18.	8.	54.	d. m.	piſce	26.	hum.
	Luna nova	25.	16.	10.	d. m.	canc.	4.	ſicc.

Anni

Anni currentes 1710. 1729. & 1748.

Mensis	Aspectus	Di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gra.	qual.
J	Prima qua.	3.	18.	35.	d. m.	libra	11.	hum.
	Luua plena	10.	0.	43.	n. s.	capr.	17.	hum.
	Vltima qua.	17.	14.	54.	d. m.	arie.	24.	temp.
	Luna nova	24.	6.	20.	n. s.	leone	1.	hum.
A	Prima qua.	2.	9.	58.	n. s.	libra	8.	temp.
	Luna plena	8.	8.	51.	n. s.	aqu.	15.	temp.
	Vltima qua.	15.	0.	2.	n. s.	tauro	22.	sicc.
	Luna nova	23.	22.	14.	d. m.	virg.	29.	sicc.
	Prima qua.	31.	23.	41.	d. m.	sagit.	7.	temp.
S	Luna plena	7.	17.	6.	d. m.	pisc.	14.	temp.
	Vltima qua.	14.	22.	35.	d. m.	gem.	21.	temp.
	Luna nova	22.	15.	19.	d. m.	libra	28.	sicc.
	Prima qua.	30.	11.	6.	n. s.	capr.	5.	hum.
O	Luna plena	6.	1.	38.	n. s.	ariete	12.	hum.
	Vltima qua.	13.	3.	56.	n. s.	canc.	21.	sicc.
	Luna nova	21.	8.	36.	n. s.	scorp.	28.	temp.
	Prima qua.	29.	20.	55.	d. m.	aquar.	4.	hum.
N	Luna plena	4.	12.	56.	n. s.	tauro	21.	nubil.
	Vltima qua.	12.	0.	7.	n. s.	leone	2.	sicc.
	Luna nova	20.	1.	18.	n. s.	sagit.	28.	hum.
	Prima qua.	27.	5.	7.	n. s.	pisc.	4.	temp.
D	Luna plena	4.	23.	45.	d. m.	gem.	12.	hum.
	Vltima qua.	12.	21.	15.	d. m.	sagitt.	21.	temp.
	Luna nova	20.	16.	13.	d. m.	pisc.	29.	temp.
	Prima qua.	26.	12.	33.	n. s.	canc.	4.	hum.

Anni

Anni currentes 1654. 1673. & 1692.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Luna plena	3.	16.	46.	d. m.	cancr.	13.	frig.
	Vltima qua.	11.	18.	34.	d. m.	libra	20.	temp.
	Luna nova	18.	5.	17.	n. ſ.	capr.	20.	hum.
	Prima qua.	25.	20.	55.	d. m.	ariete	26.	ſicc.
F	Luna plena	1.	9.	40.	n. ſ.	cancr.	4.	nubil.
	Vltima qua.	10.	13.	43.	d. m.	ſcorp.	12.	ſicc.
	Luna nova	17.	15.	38.	d. m.	aquar.	19.	temp.
	Prima qua.	23.	6.	40.	n. ſ.	tauro	27.	hum.
M	Luna plena	3.	3.	35.	n. ſ.	virg.	4.	nubil.
	Vltima qua.	11.	5.	39.	n. ſ.	ſagit.	11.	temp.
	Luna nova	18.	0.	33.	n. ſ.	piſce	19.	hum.
	Prima qua.	25.	18.	29.	d. m.	gem.	27.	frig.
A	Luna plena	2.	20.	14.	d. m.	libra	4.	temp.
	Vltima qua.	10.	17.	49.	d. m.	capr.	11.	frig.
	Luna nova	16.	8.	33.	n. ſ.	ariet.	19.	hum.
	Prima qua.	28.	8.	17.	n. ſ.	canc.	27.	hum.
M	Luna plena	2.	11.	58.	d. m.	ſcorp.	5.	temp.
	Vltima qua.	9.	2.	11.	n. ſ.	capr.	14.	hum.
	Luna nova	16.	16.	30.	d. m.	tauro	22.	ſicc.
	Prima qua	23.	23.	51.	d. m.	leone	1.	temp.
	Luna plena	31.	1.	42.	n. ſ.	ſagitt.	8	temp.
J	Vltima qua.	7.	7.	51.	n. ſ.	piſc.	16.	temp.
	Luna nova	14.	1.	19.	n. ſ.	gem.	22.	temp.
	Prima qua.	22.	16.	25.	d. m.	virg.	29.	bon.
	Luna plena	30.	14.	21.	d. m.	ſagit.	7.	hum.

Anni

Anni currentes 1704. 1723. & 1741.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	7.	12.	12.	d. m.	ariet.	13.	temp.
	Luna nova	14.	11.	10.	d. m.	canc.	21.	temp.
	Prima qua.	22.	9.	16.	d. m.	libra	29.	hum.
	Luna plena	29.	0.	12.	n. ſ.	aquar.	5.	aqua.
A	Vltima qua.	5.	17.	6.	d. m.	taur.	11.	temp.
	Luna nova	12.	0.	37.	n. ſ.	leone	19.	hum.
	Prima qua.	20.	3.	34.	n. ſ.	ſcor.	26.	frig.
	Luna plena	27.	9.	34.	n. ſ.	piſce	3.	temp.
S	Vltima qua.	3.	0.	8.	n. ſ.	gem.	10.	ſicc.
	Luna nova	11.	15.	52.	d. m.	virg.	18.	hum.
	Prima qua.	19.	20.	2.	d. m.	ſagit.	25.	temp.
	Luna plena	26.	19.	5.	d. m.	ariete	2.	ſicc.
O	Vltima qua.	2.	10.	29.	n. ſ.	canc.	9.	hum.
	Luna nova	10.	9.	24.	n. ſ.	libra	17.	nub.
	Prima qua.	18.	10.	54.	n. ſ.	capr.	24.	temp.
	Luna plena	25.	4.	35.	n. ſ.	tauro	2.	ſicc.
N	Vltima qua.	1.	0.	33.	n. ſ.	leone	9.	hum.
	Luna nova	9.	3.	54.	n. ſ.	ſcorp.	17.	temp.
	Prima qua.	17.	23.	46.	d. m.	aqu.	24.	hum.
	Luna plena	24.	14.	45.	d. m.	gem.	1.	temp.
D	Vltima qua.	1.	18.	18.	d. m.	virg.	9.	hum.
	Luna nova	9.	22.	28.	d. m.	ſagit.	16.	ſicc.
	Prima qua.	16.	10.	1.	n. ſ.	piſc.	23.	temp.
	Luna plena.	23.	2.	18.	n. ſ.	canc.	1.	tem.
	Vltima qua.	31.	14.	25.	d. m.	libra	9.	ſicc.

Anni currentes 1655. 1674. & 1693.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
Mēſis J	Luna nova	8.	15.	12.	d. m.	capr.	17.	hum.
	Prima qua.	15.	18.	2.	d. m.	ariete	23.	temp.
	Luna plena	22.	15.	11.	d. m.	leone	1.	temp.
	Vltima qua.	29.	11.	8.	n. ſ.	ſcorp.	9.	ſicc.
F	Luna nova	6.	5.	16.	n. ſ.	aquar.	16.	hum.
	Prima qua.	13.	0.	48.	n. ſ.	tauro	23.	frig.
	Luna plena	20.	5.	31.	n. ſ.	virg.	1.	hum.
	Vltima qua.	28.	6.	59.	n. ſ.	ſagitt.	10.	ſicc.
M	Luna nova	7.	16.	34.	d. m.	piſce	10.	hum.
	Prima qua.	13.	7.	50.	n. ſ.	gem.	23.	hum
	Luna plena	21.	20.	59.	d. m.	libra	1.	temp.
	Vltima qua.	29.	0.	27.	n. ſ.	capr.	8.	hum.
A	Luna nova	5.	1.	30.	n. ſ.	ariete	15.	temp.
	Prima qua.	12.	16.	12.	d. m.	canc.	22.	temp.
	Luna plena	20.	13.	11.	d. m.	ſcor.	1.	ſicc.
	Vltima qua.	28.	14.	51.	d. m.	aqu.	8.	ſicc.
M	Luna nova	4.	5.	8.	n. ſ.	tauro	14.	hum.
	Prima qua.	11.	2.	54.	n. ſ.	leone	21.	temp.
	Luna plena	19.	4.	29.	n. ſ.	ſagitt.	29.	temp.
	Vltima qua.	27.	1.	38.	n. ſ.	piſce	6.	ſicc.
J	Luna nova	3.	16.	13.	d. m.	gem.	12.	hum.
	Prima qua.	10.	15.	51.	d. m.	virg.	19.	hum:
	Luna plena	18.	19.	20.	d. m.	ſagit.	27.	ſicc.
	Vltima qua.	26.	9.	33.	d. m.	ariet.	4.	temp.

Anni currentes. 1712. 1731. & 1750.

Menſis	Aſpectus.	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna nova	2.	24.	1.	n. ſ.	cancr.	10.	hum.
	Prima qua.	9.	7.	15.	n. ſ.	libra	18.	nubil.
	Luna plena	16.	9.	7.	n. ſ.	capr.	25.	ſicc.
	Vltima qua.	25.	15.	27.	d. m.	tauro	1.	hum.
	Luna nova	31.	9.	7.	n. ſ.	leone	9.	hum.
A	Prima qua.	8.	0.	34.	n. ſ.	ſcorp.	29.	nubil.
	Luna plena	16.	21.	52.	d. m.	aquar.	23.	temp.
	Vltima qua.	23.	20.	33.	d. m.	tauro	29.	temp.
	Luna nova	30.	20.	43.	d. m.	virg.	5.	hum.
S	Prima qua.	7.	19.	9.	d. m.	ſagit.	15.	hum.
	Luna plena	14.	9.	25.	n. ſ.	piſc.	22.	frigid.
	Vltima qua.	21.	2.	36.	n. ſ.	gem.	18.	hum.
	Luna nova	28	10.	36.	n. ſ.	libra	6.	ſicc.
O	Prima qua.	7.	14.	0.	d. m.	capr.	14.	hum.
	Luna plena	14.	20.	30.	d. m.	ariet.	21.	hum.
	Vltima qua.	20.	11.	0.	n. ſ.	canc.	28.	ſicc.
	Luna nova	28.	3.	30.	n. ſ.	ſcorp.	6.	hum.
N	Prima qua.	5.	7.	54.	n. ſ.	aquar.	13.	temp.
	Luna plena	12.	6.	48.	n. ſ.	tauro	20.	frig.
	Vltima qua.	19.	22.	47.	d. m.	leone.	27.	ſicc.
	Luna nova	27.	22.	26.	d. m.	ſagitt.	5.	temp.
D	Prima qua.	5.	23.	57.	d. m.	piſc.	13.	temp.
	Luna plena	12.	17.	8.	d. m.	gem.	16.	temp.
	Vltima qua.	19.	14.	4.	d. m.	virg.	27.	ſicc.
	Luna nova	27.	17.	50.	d. m.	capr.	5.	ſicc.

Anni

Anni currentes 1656. 1675. & 1694.

Mensis	Aspectus	di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gr.	qual.
J	Prima qua.	3.	12.	49.	n. ſ.	ariete.	13.	temp.
	Luna plena	10.	3.	38.	n. ſ.	canc.	20.	temp.
	Ultima qua.	17.	7.	36.	n. ſ.	libra	28.	ſicc.
	Luna nova	25.	11.	55.	n. ſ.	aquar.	6.	ſicc.
F	Prima qua.	2.	22.	20.	d. m.	tauro	12.	hum.
	Luna plena	9.	14.	47.	d. m.	leo.	20.	temp.
	Ultima qua.	16.	3.	15.	n. ſ.	ſcorp.	28.	temp.
	Luna nova	23.	3.	24.	n. ſ.	piſc.	5.	ſicc.
M	Prima qua.	3.	5.	6.	n. ſ.	gem.	12.	hum.
	Luna plena	10.	2	33.	n. ſ.	virg.	19.	ſicc.
	Ultima qua.	18.	22.	43.	d. m.	ſag.	hum.	frig.
	Luna nova.	26.	16.	55.	d. m.	ariete	4.	temp.
	Prima qua.	1.	10.	37.	n. ſ.	canc.	11.	hum.
A	Luna plena	9.	15.	44.	d. m.	libra	19.	nubil.
	Ultima qua.	17.	15.	55.	d. m.	capri.	27.	ſicc.
	Luna nova	24.	1.	35.	n. ſ.	taur.	4.	hum.
M	Prima qua.	1.	16.	27.	d. m.	leo.	10.	temp.
	Luna plena	8.	5.	37.	n. ſ.	ſcorp.	18.	hum.
	Ultima qua.	16.	8.	49.	n. ſ.	aquar.	26.	temp.
	Luna nova	24.	9.	31.	d. m.	gem.	2.	temp.
	Prima qua.	30.	0.	4.	n. ſ.	virg.	8.	hum.
J	Luna plena	7.	20.	27.	d. m.	ſag.	16.	frig.
	Vltima qua.	15.	22.	47.	d. m.	piſc.	24.	hum.
	Luna nova	22.	16.	31.	d. m.	canc.	1.	ſicc.
	Prima qua.	29.	10.	18.	d. m.	libra	7.	temp.

Anni currentes. 1713. 1732. & 1751.

Mensis	Aspectus.	di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gr.	qual.
J	Luna qlena	7.	11.	47.	d. m.	capr.	15.	nub.
	Vltima qua.	14.	9.	7.	n. s.	ariete	21.	sicc.
	Luna nova	21.	23.	56.	d. m.	leo.	28.	hum.
	Prima qua.	28.	23.	42.	d. m.	scorp.	6.	temp.
A	Luna plena	5.	3.	6.	n. s.	aqu.	12.	hum.
	Vltima qua.	13.	17.	34.	d. m.	taur.	19.	temp.
	Luna nova	19.	8.	37.	n. s.	virg.	26.	temp.
	Prima qua.	27.	16.	1.	d. m.	sagit.	4.	hum.
S	Luna plena	4.	18.	2.	d. m.	pisc.	11.	hum.
	Vltima qua.	11.	0.	27.	n. s.	gem.	18.	frig.
	Luna nova	18.	18.	31.	d. m.	virg.	25.	hum.
	Prima qua.	25.	10.	40.	n. s.	capr.	1.	sicc.
O	Luna plena	3.	8.	3.	n. s.	ariete	10.	hum.
	Vltima qua.	10.	6.	49.	n. s.	canc.	17.	hum.
	Luna nova	17.	7.	24.	n. s.	libra	25.	sicc.
	Prima qua.	25.	6.	47.	n. s.	aqu.	3.	hum.
N	Luna plena	2.	21.	8.	d. m.	taur.	10.	temp.
	Vltima qua.	9.	14.	29.	d. m.	virg.	16.	sicc.
	Luna nova	16.	23.	8.	d. m.	scor.	24.	sicc.
	Prima qua.	24.	2.	59.	n. s.	pisc.	2.	sicc.
D	Luna plena	1.	8.	51.	n. s.	gem.	9.	temp.
	Vltima qua.	8.	23.	38.	d. m.	virg.	16.	temp.
	Luna nova	16.	17.	12.	d. m.	sagit.	24.	sicc.
	Prima qua.	24.	21.	33.	n. s.	ariet.	2.	sicc.
	Luna plena	31.	19.	37.	d. m.	cancr.	9.	temp.

Anni

Anni currentes 1657. 1676. & 1695.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	6.	12.	2.	n. ſ.	libra	18.	temp.
	Luna nova	14.	12.	22.	n. ſ.	capr.	20.	ſicc.
	Prima qua.	22.	13.	0.	n. ſ.	tauro	2.	hum.
	Luna plena	29.	5.	30.	n. ſ.	leo.	9.	nub.
F	Vltima qua.	5.	2.	2.	n. ſ.	ſcorp.	17.	hum.
	Luna nova	13.	7.	8.	n. ſ.	aquar.	25.	frig.
	Prima qua.	21.	0.	39.	n. ſ.	gem.	2.	nub.
	Luna plena	28.	15.	2.	d. m.	virg.	9.	temp.
M	Vltima qua.	7.	19.	23.	d. m.	ſagit.	17.	hum.
	Luna nova	15.	23.	23.	d. m.	piſce	24.	nub.
	Prima qua.	22.	8.	41.	n. ſ.	canc.	1.	temp.
	Luna plena	29.	0.	56.	n. ſ.	libra	8.	hum.
A	Vltima qua.	6.	13.	53.	d. m.	cadr.	16.	ſicc.
	Luna nova	14.	13.	12.	d. m.	ariet.	24.	temp.
	Prima qua.	21.	14.	6.	d. m.	leo.	1.	hum.
	Luna plena	28.	11.	34.	d. m.	ſcorp.	7.	hum.
M	Vltima qua.	5.	7.	47.	n. ſ.	aqu.	15.	frig.
	Luna nova	13.	0.	11.	n. ſ.	tauro	22.	temp.
	Prima qua.	20.	18.	29.	d. m.	capr.	18.	ſicc.
	Luna plena	27.	23.	29.	d. m.	ſagit.	6.	temp.
J	Vltima qua.	4.	0.	45.	n. ſ.	piſc.	13.	hum.
	Luna nova	11.	9.	4.	n. ſ.	gem.	20.	temp.
	Prima qua.	18.	23.	48.	d. m.	virg.	26.	ſicc.
	Luna plena	26.	12.	54.	d. m.	cap.	4.	temp.

Anni currentes 1714. 1733. & 1751.

Mensis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	4.	16.	22.	d. m.	ariete	12.	bon.
	Luna nova	11.	71.	2.	d. m.	canc.	1.	bon.
	Prima qua.	17.	7.	31.	n. ſ.	libra	24.	temp.
	Luna plena	25.	3.	16.	n. ſ.	aqu.	3.	temp.
A	Vltima qua.	2.	6.	8.	n. ſ.	tauro	9.	hum.
	Luna nova	9.	0.	42.	n. ſ.	leone	16.	hum.
	Prima qua.	16.	18.	30.	d. m.	ſcorp.	23.	ſicc.
	Luna plena	24.	20.	7.	d. m.	piſc.	1.	temp.
S	Vltima qua.	1.	17.	56.	d. m.	gem.	8.	hum.
	Luna nova	7.	9.	0.	n. ſ.	virg.	14.	nubil.
	Prima qua.	14.	9.	6.	n. ſ.	ſagit.	22.	ſicc.
	Luna plena	23.	12.	43.	d. m.	ariet.	30.	hum.
	Vltima qua.	30.	3.	25.	n. ſ.	canc.	7.	temp.
O	Luna nova.	7.	17.	54.	d. m.	libra	13.	hum.
	Prima qua.	14.	2.	56.	n. ſ.	capr.	21.	temp.
	Luna plena	22.	5.	14.	n. ſ.	ariete	29.	temp.
	Vltima qua.	29.	11.	30.	n. ſ.	leone	5.	nubil.
N	Luna nova	5.	6.	18.	n. ſ.	ſcorp.	12.	frig.
	Prima qua.	13.	23.	48.	d. m.	aqua.	12.	hum.
	Luna plena	12.	20.	33.	d. m.	tauro	28.	ſicc.
	Vltima qua.	28.	18.	57.	d. m.	virg.	5.	hum.
D	Luna nova	5.	20.	22.	d. m.	ſagit.	13.	temp.
	Prima qua.	13.	20.	28.	d. m.	piſc.	21.	hum.
	Luna plena	20.	10.	5.	d. m.	gem.	28.	frig.
	Vltima qua.	27.	2.	57.	n. ſ.	libra	4.	temp.

Anni

Anni currentes 1658. 1677. 1696.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna nova	3.	12.	52.	n. ſ.	capr.	13.	temp
	Prima qua.	12.	16.	32.	d. m.	tauro	11.	frig.
	Luna plena	19.	21.	27.	d. m.	leo.	28.	hum.
	Vltima qua.	25.	12.	20.	n. ſ.	ſcorp.	5.	nubil.
F	Luna nova	2.	6.	34.	n. ſ.	aqua.	13.	hum.
	Prima qua.	10.	10.	13.	n. ſ.	tauro	20.	ſicc.
	Luna plena	17.	7.	24.	n. ſ.	virg.	27.	vento.
	Vltima qua.	24.	0.	1.	n. ſ.	ſagit.	5.	temp.
M	Luna nova	4.	0.	42.	n. ſ.	piſc.	13.	temp.
	Prima qua.	12.	0.	14.	n. ſ.	gem.	19.	temp.
	Luna plena	19.	16.	0.	d. m.	virg.	27.	hum.
	Vltima qua.	26.	13.	45.	d. m.	ſagit.	5.	ſicc.
A	Luna nova	3.	17.	33.	d. m.	ariete	12.	temp.
	Prima qua.	10.	10.	22.	n. ſ.	canc.	19.	temp.
	Luna plena	17.	0.	31.	n. ſ.	ſcorp.	26.	ſicc.
	Vltima qua.	24.	5.	28.	n. ſ.	aqua.	5.	ſicc.
M	Luna nova	2.	8.	22.	n. ſ.	tauro	17.	hum.
	Prima qua.	10.	16.	58.	d. m	ſcorp.	25.	temp.
	Luna plena	16.	9.	10.	n. ſ.	ſcorp.	25.	temp.
	Vltima qua.	24.	22.	3.	d. m.	aquar.	3.	ſicc.
J	Luna nova	1.	20.	55.	d. m.	gem.	9.	ſicc.
	Prima qua.	8.	21.	35.	d. m.	libra	6.	temp.
	Luna plena	15.	18.	59.	d. m.	capr.	24.	ſicc.
	Vltima qua.	23.	15.	15.	d. m.	ariete	1.	ſicc.
	Luna nova	30.	7.	31.	d. m.	canc.	7.	temp.

Anni currentes 1715. 1734. & 1753.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Prima qua.	7.	1.	50.	n. ſ.	ſcorp.	14.	ſicc.
	Luna plena	14.	6.	53.	n. ſ.	aquar.	22.	ſicc.
	Vltima qua.	22.	8.	21.	n. ſ.	ariet.	29.	temp.
	Luna nova	30.	16.	57.	d. m.	leo.	5.	temp.
A	Prima qua.	5.	7.	38.	n. ſ.	ſagit.	16.	frig.
	Luna plena	13.	22.	55.	d. m.	piſc.	20.	calid.
	Vltima qua.	21.	0.	48.	n. ſ.	gem.	27.	hum.
	Luna nova	28.	1.	52.	n. ſ.	libra	4.	nub.
S	Prima qua.	4.	15.	21.	d. m.	capr.	11.	frig.
	Luna plena	12.	13.	9.	d. m.	ariet.	19.	hum.
	Vltima qua.	20.	15.	52.	d. m.	canc.	25.	ſicc.
	Luna nova	26.	10.	36.	n. ſ.	libra	2.	ſicc.
O	Prima qua.	3.	4.	48.	n. ſ.	capr.	10.	temp.
	Luna plena	11.	6.	46.	n. ſ.	ariet.	18.	temp.
	Vltima qua.	19.	4.	40.	n. ſ.	canc.	25.	ſicc.
	Luna nova	26.	20.	5.	d. m.	ſcor.	2.	temp.
N	Prima qua.	2.	20.	50.	d. m.	aqu.	10.	hum.
	Luna plena	10.	1.	3.	n. ſ.	taur.	17.	temp.
	Vltima qua.	18.	15.	29.	d. m.	virg.	24.	temp.
	Luna nova	24.	0.	55.	n. ſ.	ſagit.	2.	hum.
D	Prima qua.	2.	16.	31.	d. m.	piſc.	10.	hum.
	Luna plena	10.	10.	33.	n. ſ.	gem.	17.	hum.
	Vltima qua.	17.	0.	9.	n. ſ.	libra	23.	temp.
	Luna nova	24.	19.	24.	d. m.	capr.	2.	temp.
	Prima qua.	31.	13.	10.	n. ſ.	virg.	17.	temp.

Anni

Anni currentes 1659. 1678. & 1697.

Menſis	Aſpectus	di.	ho. m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Luna plena	8.	9.53.	n. ſ.	capr.	17.	temp.
	Vltima qua.	15.	7.34.	n. ſ.	ſcorp.	24.	ſicc.
	Luna nova	22.	9.42.	n. ſ.	aqu.	2.	hum.
	Prima qua.	30.	9.53.	n. ſ.	gem.	10.	hum.
F	Luna plena	7.	22.29.	d. m.	virg.	17.	hum.
	Vltima qua.	14.	14.48.	d. m.	ſagit.	24.	hum.
	Luna nova	21.	1.25.	n. ſ.	piſc.	2.	hum.
	Prima qua.	29.	4.54.	n. ſ.	gem.	9.	ſicc.
M	Luna plena	7.	8.40.	n. ſ.	virg.	16.	temp.
	Vltim. qua.	14.	23.45.	d. m.	ſagit.	24.	temp.
	Luna nova	22.	18.2.	d. m.	ariete	2.	temp.
	Prima qua.	30.	20.52.	d. m.	leo.	9.	ſicc.
A	Luna plena	6.	17.6.	d. m.	ſcorp.	16.	temp.
	Vltima qua.	12.	9.43.	n. ſ.	aquar.	24.	temp.
	Luna nova	20.	10.43.	n. ſ.	tauro	1.	temp.
	Prima qua.	58.	9.15.	n. ſ.	virg.	7.	ſicc.
M	Luna plena	5.	0.33.	d. m.	ſagit.	14.	frig.
	Vltima qua.	12.	22.20.	d. m.	piſc.	22.	temp.
	Luna nova	20.	1.44.	n. ſ.	gem.	30.	bon.
	Prima qua.	28.	18.4.	d. m.	libra	7.	temp.
J	Luna plena	3.	8.5.	n. ſ.	capr.	13.	ſicc.
	Vltima qua.	11.	13.0.	d. m.	piſc.	21.	temp.
	Luna nova	19.	15.46.	n. ſ.	canc.	27.	temp.
	Prima qua.	26.	0.32.	n. ſ.	libra	4.	temp.

Anni currentes 1716. 1735. & 1754.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna plena	3.	16.	32.	d. m.	capr.	11.	temp.
	Vltima qua.	10.	5.	39.	n. ſ.	ariete	18.	ſicc.
	Luna nova	18.	4.	24.	n. ſ.	canc.	25.	temp.
	Prima qua.	25.	5.	5.	n. ſ.	libra.	2.	ſicc.
A	Luna plena	1.	2.	5.	n. ſ.	aqua.	9.	hum.
	Vltima qu.	9.	23.	25.	d.m.	tauro	17.	temp.
	Luna nova	17.	15.	59.	d.m.	leone	23.	ſicc.
	Prima qua.	23.	10.	9.	n. ſ.	ſagit.	2.	temp.
	Luna plena	31.	15.	37.	d m.	piſc.	7.	hum.
S	Vltima qua.	8.	17.	36.	d.m.	ſagit.	15.	ſicc.
	Luna nova	15.	2.	18.	n. ſ.	virg.	22.	ſicc.
	Prima qua.	22.	17.	8.	d. m.	gem.	29.	temp.
	Luna plena	29.	6.	59.	n. ſ.	piſc.	7.	hum.
O	Vltima qua.	7.	11.	18.	n. ſ.	canc.	14.	ſicc.
	Luna nova	14.	12.	20.	n. ſ.	libra	21.	temp.
	Prima qua.	21.	3.	34.	n. ſ.	capr.	28.	hum.
	Luna plena	29.	0.	49.	n. ſ.	tauro	6.	ſicc.
N	Vltima qua.	6.	3.	43.	n. ſ.	virg.	12.	frig.
	Luna nova.	13.	22.	21.	d. m.	ſcor.	20.	hum.
	Prima qua.	20.	17.	10.	d. m.	ariete	29.	temp.
	Luna plena	28.	20.	2.	d. m.	gem.	6.	ſicc.
D	Vltima qua.	6.	17.	29.	d.m.	virg.	13.	ſicc.
	Luna nova	12.	8.	48.	n. ſ.	ſagit.	21.	temp.
	Prima qua.	19.	10.	30.	n. ſ.	piſc.	29.	hum.
	Luna plena	28.	15.	54.	d.m.	canc.	6.	temp.

Anni

Anni currentes 1660. 1679. & 1698.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	4.	4.	20.	n. ſ.	ſcor.	22.	temp.
	Luna nova	11.	19.	47.	d. m.	capr.		nub.
	Prima qua.	18.	6.	2.	n. ſ.	aquar.	29.	ſicc.
	Luna plena	26.	6.	49.	n. ſ.	canc.	6.	frig.
F	Vltima qua.	2.	12.	2.	n. ſ.	ſagit.	13.	frig.
	Luna nova	9.	7.	47.	n. ſ.	aquar.	2.	hum.
	Prima qua.	17.	2.	5.	n. ſ.	tauro	29.	ſicc.
	Luna plena.	25.	25.	48.	d. m.	virg.	6.	ſicc.
M	Vltima qua.	4.	18.	36.	d. m.	ſagitt.	13.	frig.
	Luna nova.	11.	21.	11.	d. m.	piſc.	21.	hum.
	Prima qua.	19.	21.	26.	d. m.	gem.	29.	ſicc.
	Luna plena	26.	8.	51.	n. ſ.	ſcorp.	5.	hum.
A	Vltima qua.	2.	0.	44.	n. ſ.	capr.	12.	temp.
	Luna nova	10.	12.	35.	d. m.	ariete	21.	ſicc.
	Prima qua.	18.	14.	43.	d. m.	canc.	27.	frig.
	Luna plena	25.	17.	41.	d. m.	libra.	4.	ſicc.
M	Vltima qua.	1.	8.	2.	n. ſ.	aqu.	15.	ſicc.
	Luna nova	9.	2.	29.	n. ſ.	tauro	19.	temp.
	Prima qua.	17.	5.	11.	n. ſ.	virg.	25.	hum.
	Luna plena	24.	1.	4.	n. ſ.	ſagitt.	2.	temp.
	Vltima qua.	31.	17.	28.	d. m.	piſc.	10.	temp.
J	Luna nova.	8.	17.	54.	d. m.	gem.	8.	temp.
	Prima qua.	16.	16.	46.	d. m.	virg.	23.	ſicc.
	Luna plena	22.	8.	3.	n. ſ.	capr.	1.	temp.
	Vltima qua.	29.	5.	49.	n. ſ.	ariet.	9.	ſicc.

Anni currentes 1717. 1736. & 1755.

Mensis	Aspectus	Di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gra.	qual.
I	Luna nova	8.	9.	59.	d. m.	canc.	15.	temp.
	Prima qua	15.	1.	29.	n. s.	libra	22.	hum.
	Luna plena	23.	15.	45.	d. m.	capr.	29.	sicc.
	Vltima qua.	29.	20.	56.	d. m.	ariete	6.	bon.
A	Luna nova	6.	0.	22.	n s.	leo.	13.	temp.
	Prima qua.	13.	8.	16.	n. s.	scorp.	20.	sicc.
	Luna plena	20.	0.	57.	n. s.	aquar.	28.	hum.
	Vltima qua.	28	16.	23.	d. m.	taur.	5.	sicc.
S	Luna nova	5.	13.	19.	d. m.	virg.	12.	sicc.
	Prima qua.	13.	14.	4	d. m.	sagit.	18.	frig.
	Luna plena	19.	12.	18	d. m.	pisc.	26.	sicc.
	Vltima qua.	26.	9.	25.	n. s.	gem.	4.	sicc.
O	Luna nova	4.	2.	2.	n. s.	libra	10.	temp.
	Prima qua.	11.	20.	36.		sagit.	17.	temp.
	Luna plena	18.	2.	31.	n. s.	ariet.	15.	hum.
	Vltima qua.	26.	5.	14.	n. s.	leo.	3.	sicc.
N	Luna nova	3.	13.	50.	d. m.	scorp.	9.	temp.
	Prima qua.	9.	4.	52.	n. s.	aquar.	17.	sicc.
	Luna plena	17.	19.	35.	d. m.	taur.	25.	frig.
	Vltima qua.	25.	0.	8.	n. s.	leo.	2.	sicc.
D	Luna nova	2.	0.	46.	d. m.	sagit.	9.	frig.
	Prima qua.	9.	16.	13.	d. m.	pisc.	12.	temp.
	Luna plena	17.	14.	36.	d. m.	canc.	20.	hum.
	Vltima qua.	25.	17.	1.	d. m.	lib.	2.	temp.
	Luna nova	31.	11.	6.	n. s.	capr.	9.	temp.

Anni currentes 1661. 1680. 1699.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Prima qua.	7.	6.	43.	n. ſ.	piſc.	18.	frig.
	Luna plena	15.	9.	13.	n. ſ.	cancr.	26.	hum.
	Vltima qua.	23.	6.	17.	n. ſ.	ſcorp.	2.	nub.
	Luna nova	30.	21.	5.	d. m.	aqua.	9.	hum.
F	Prima qua.	6.	23.	35.	d. m.	taur.	17.	hum.
	Luna plena	14.	3.	47.	d. m.	leo.	26.	hum.
	Vltima qua.	22.	16.	1.	d. m.	ſcorp.	2.	ſicc.
	Luna nova	28.	7.	24.	n. ſ.	piſc.	10.	nub.
M	Prima qua.	8.	17.	57.	d. m.	gem.	18.	frig.
	Luna plena	16.	19.	10.	d. m.	virg.	25.	hum.
	Vltima qua.	23.	21.	23.	d. m.	capr.	2.	ſicc.
	Luna nova	30.	18.	40.	d. m.	ariet.	10.	hum.
A	Prima qua.	7.	12.	44.	d. m.	cancr.	17.	temp.
	Luna plena	14.	7.	37.	n. ſ.	libra	23.	bon.
	Vltima qua.	21.	3.	34.	n. ſ.	capr.	1.	frig.
	Luna nova	28.	6.	29.	n. ſ.	taur.	8.	hum.
M	Prima qua.	6.	6.	10.	n. ſ.	leo.	18.	ſicc.
	Luna plena	14.	16.	56.	d. m.	ſcorp.	22.	ſicc.
	Vltima qua.	20.	8.	23.	n. ſ.	ariet.	29.	hum.
	Luna nova	28.	19.	10.	d. m.	gem.	7.	temp.
J	Prima qua.	5.	22.	10.	d. m.	leo.	10.	ſicc.
	Luna plena	12.	0.	40.	n. ſ.	ſagit.	20.	nub.
	Vltima qua.	19.	14.	48.	d. m.	piſc.	28.	temp.
	Luna nova	27.	9.	45.	d. m.	canc.	6.	bon.

Anni.

Anni currentes 1718. 1738. & 1757.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	mi.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Prima qua.	5.	12.	36.	d. m.	libra	12.	bon.
	Luna plena	11.	8.	36.	n. ſ.	canc.	19.	frig.
	Vltima qua.	18.	0.	55.	n. ſ.	arie.	6.	hum.
	Luna nova	26.	1.	23.	n. ſ.	leone	3.	ſicc.
A	Prima qua.	3.	0.	30.	n. ſ.	ſcorp.	10.	ſicc.
	Luna plena	10.	16.	14.	d. m.	aqu.	17.	frig.
	Vltima qua.	17.	14.	8.	d. m.	tauro	24.	hum.
	Luna nova	25.	17.	27.	d. m.	virg.	1.	bon.
S	Prima qua.	1.	10.	14.	n. ſ.	ſagit.	8.	frig.
	Luna plena	8.	0.	52.	n. ſ.	piſc.	16.	hum.
	Vltima qua.	15.	6.	28.	n. ſ.	gem.	1.	ſicc.
	Luna nova	23.	9.	18.	n. ſ.	libra	1.	bon.
O	Prima qua.	1.	18.	9.	d. m.	capr.	8.	ſicc.
	Luna plena	7.	11.	14.	n. ſ.	ariete	14.	temp.
	Vltima qua.	15.	1.	17.	n. ſ.	canc.	22.	hum.
	Luna nova	23.	0.	20.	n. ſ.	libra	28.	ſicc.
	Prima qua.	30.	1.	11.	n. ſ.	aquar.	6.	bon.
N	Luna plena	6.	0.	9.	n. ſ.	tauro	14.	temp.
	Vltima qua.	14.	22.	4.	d. m.	leone	22.	hum.
	Luna nova	22.	14.	26.	d. m.	ſagit.	28.	frig.
	Prima qua.	28.	8.	41.	n. ſ.	piſc.	16.	ſicc.
D	Luna plena	6.	15.	41.	d. m.	gem.	16.	frig.
	Vltima qua.	14.	18.	51.	d. m.	virg.	21.	temp.
	Luna nova	21.	1.	42.	n. ſ.	ſagit.	29.	hum.
	Prima qua.	28	1.7	43:	d. m.	ariete	6.	temp.

Anni

Anni currentes 1662. 1681. & 1700.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gra.	qual.
J	Luna plena	4.	9.	29.	n. ſ.	cancr.	15.	nub.
	Vltima qua.	11.	13.	50.	n. ſ.	libra	22.	frig.
	Luna nova	19.	13.	22.	n. ſ.	aqu.	1.	temp.
	Prima qua.	26.	5.	3.	n. ſ.	tauro	6.	ſicc.
F	Luna plena	3.	4.	5.	n ſ.	leo.	14.	hum.
	Vltima qua.	11.	5.	31.	n. ſ.	ſcorp.	21.	frig.
	Luna nova	18.	0.	52.	n. ſ.	aquar.	28.	temp.
	Prima qua.	25.	18.	42.	d. m.	gem.	6.	ſicc.
M	Luna plena	5.	23.	8.	d. m	virg.	14.	ſicc.
	Vltima qua.	13.	17.	26.	d. m.	ſagit.	11.	temp.
	Luna nova	19.	7.	44.	n. ſ.	piſc.	28.	hum.
	Prima qua.	26.	9.	33.	n. ſ.	canc.	6.	frig.
A	Luna plena	14.	14.	19.	d. m.	libra	10.	frig.
	Vltima qua.	11.	1.	30.	n. ſ.	capr.	20.	temp.
	Luna nova	18.	16.	45.	d. m.	ariet.	27.	hum.
	Prima qua.	25.	3.	33.	n. ſ.	leo.	5.	ſicc.
M	Luna plena	3.	3.	58.	n. ſ.	ſcorp.	11.	hum.
	Vltima qua.	10.	6.	48.	n. ſ.	aqu.	18.	temp.
	Luna nova	17.	2.	33.	n. ſ.	tauro	26.	ſicc.
	Prima qua	25.	20.	49.	d. m.	virg.	4.	bon.
J	Luna plena	2.	15.	11.	d. m.	ſagitt.	10	temp.
	Vltima qua.	9.	11.	0.	d. m.	piſc.	27.	frig.
	Luna nova	26.	13.	39.	d. m.	gem.	25.	ſicc.
	Prima qua.	24.	13.	56.	d. m.	libra	2.	nubil.

Anni

Anni currentes 1719. 1738. & 1757.

Menſis	Aſpectus	di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Luna plena	1.	0.	33.	n. ſ.	capr.	8.	bon.
	Vltima qua.	8.	15.	53.	d. m.	ariet.	15.	nub.
	Luna nova	15.	2.	51.	n. ſ.	canc.	23.	frig.
	Prima qua.	23.	6.	10.	n. ſ.	ſcorp.	1.	ſicc.
	Luna plena	30.	0.	2.	n. ſ.	aqua.	6.	bon.
A	Vltima qua.	6.	23.	18.	d. m.	taur.	14.	ſicc.
	Luna nova	14.	17.	5.	d. m.	leo.	2.	temp.
	Prima qua.	22.	21.	10.	d. m.	ſcorp.	28.	hum.
	Luna plena	29.	17.	24.	d. m.	piſc.	16.	hum.
S	Vltima qua.	4.	10.	0.	n. ſ.	gem.	13.	ſicc.
	Luna nova	12.	10.	36.	n. ſ.	virg.	19.	frig.
	Prima qua.	20.	10.	1.	n. ſ.	ſagit.	26.	hum.
	Luna plena	27.	2.	3.	n. ſ.	ariet.	4.	temp.
O	Vltima qua.	4.	0.	25.	n. ſ.	canc.	11.	frig.
	Luna nova	12.	4.	7.	n. ſ.	libra	19.	temp.
	Prima qua.	20.	22.	59.	d. m.	canc.	25.	hum.
	Luna plena	27.	12.	58.	d. m.	taur.	3.	ſicc.
N	Vltima qua.	3.	18.	20.	d. m.	leo.	10.	frig.
	Luna nova	11.	21.	32.	d. m.	ſcor.	18.	hum.
	Prima qua.	18.	5.	55.	n. ſ.	aqu.	25.	temp.
	Luna plena	25.	23.	40.	d. m.	gem.	3.	temp.
D	Vltima qua.	3.	14.	51.	d. m.	virg.	11.	frig.
	Luna nova	10.	13.	40.	n. ſ.	ſagit.	18.	hum.
	Prima qua.	17.	13.	48.	n. ſ.	piſc.	25.	hum.
	Luna plena	24.	13.	27.	n. ſ.	canc.	3.	temp.

Anni currentes 1663. 1682. & 1701.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Vltima qua.	1.	12.	4.	n. ſ.	libra	11.	bon.
	Luna nova	9.	3.	29.	n. ſ.	capr.	18.	hum.
	Prima qua.	16.	20.	34.	d. m.	ariet.	25	ſicc.
	Luna plena	23.	5.	19.	d. m.	leo.	3.	temp.
	Vltima qua.	31.	8.	14.	n. ſ.	ſcor.	6.	temp.
F	Luna nova	8.	15.	6.	d. m.	aqu.	18.	hum.
	Prima qua.	14.	5.	46.	n. ſ.	taur.	25.	temp.
	Luna plena	22.	22.	11.	d. m.	virg.	3.	temp.
M	Vltimu qua.	1.	1.	51.	n. ſ.	ſagit.	11.	temp.
	Luna nova	8.	0.	21.	n. ſ.	piſc.	17.	frig.
	Prima qua.	15.	17.	3.	d. m.	gem.	25.	ſicc.
	Luna plena	23.	15.	21.	d. m.	gem.	25.	ſicc.
	Vltima qua.	31.	15.	57.	d. m.	capr.	10.	hum.
A	Luna nova	6.	8.	32.	n. ſ.	ariet.	17.	temp.
	Prima qua.	13.	4.	34.	n. ſ.	canc.	25.	hum.
	Luna plena	21.	7.	45.	n. ſ.	ſcorp.	2.	ſicc.
	Vltima qua.	30.	12.	13.	d. m.	aqu.	8.	ſicc.
M	Luna nova	6.	16.	14.	d. m.	taur.	9.	ſicc.
	Prima qua.	12.	19.	5.	d. m.	leo.	23.	temp.
	Luna plena	20.	22.	27.	d. m.	ſcor.	29.	temp.
	Vltima qua.	27.	9.	13.	n. ſ.	piſc.	6.	hum.
J	Luna nova	4.	0.	32.	n. ſ.	gem.	14.	temp.
	Prima qua.	12.	11.	9.	d. m.	virg.	22.	nub.
	Luna plena	20.	11.	21.	d. m.	ſagit.	28.	ſicc.
	Vltima qua.	27.	13.	56.	d. m.	ariet.	4.	ſicc.

Anni

Anni currentes. 1720. 1739. & 1758.

Mensis	Aspectus.	di.	ho.	mi.	temp.	sig.	gr.	qual.
J	Luna nova	4.	6.	54.	d.m.	cancr.	12.	nubil.
	Prima qua.	11.	4.	20.	n.s.	libra	19.	hum.
	Luna plena	19.	22.	41.	d.m.	capr.	26.	temp.
	Vltima qua.	26.	18.	33.	d.m.	tauro	3.	temp.
A	Luna nova	2.	22.	31.	d.m.	leone	10.	hum.
	Prima qua.	10.	22.	2.	d.m.	scorp.	18.	hum.
	Luna plena	17.	8.	55.	n.s.	aquar.	24.	frig.
	Vltima qua.	24.	23.	38.	d.m.	gem.	2.	temp.
S	Luna nova	1.	11.	34.	d.m.	virg.	9.	sicc.
	Prima qua.	9.	15.	32.	d.m.	sagit.	16.	temp.
	Luna plena	16.	18.	32.	d.m.	pisc.	23.	hum.
	Vltima qua.	22.	8.	54.	n.s.	gem.	30.	hum.
	Luna nova	30.	4.	3.	n.s.	libra	8.	temp.
O	Prima qua.	6.	8.	32.	n.s.	capr.	15.	frigid.
	Luna plena	13.	4.	34.	n.s.	ariet.	22.	temp.
	Vltima qua.	21.	7.	45.	n.s.	leone	1.	hum.
	Luna nova	30.	12.	13.	d.m.	scorp.	7.	temp.
N	Prima qua.	6.	16.	14.	d.m.	aquar.	13.	sicc.
	Luna plena	13.	9.	5.	d.m.	tauro	22.	sicc.
	Vltima qua.	21.	22.	27.	d.m.	leone.	30.	hum.
	Luna nova	27.	9.	13.	n.s.	sagitt.	7.	temp.
D	Prima qua.	4.	0.	32.	n.s.	pisc.	13.	hum.
	Luna plena	12.	11.	9.	n.s.	gem.	22.	temp.
	Vltima qua.	20.	11.	21.	n.s.	virg.	30.	temp.
	Luna nova	27.	13.	56.	n.s.	capr.	6.	hum.

Anni

Anni currentes 1664. 1683. 1702.

Menſis	Aſpectus	Di.	ho.	m.	temp.	ſig.	gr.	qual.
J	Prima qua.	5.	19.	36.	d. m.	ariete	13.	hum.
	Luna plena	11.	12.	45.	n. ſ.	canc.	22.	nub.
	Vltima qua.	19.	4.	34.	n. ſ.	libra	30.	temp.
	Luna nova	27.	2.	38.	n. ſ.	aquar.	7.	frig.
F	Prima qua.	3.	1.	53.	n. ſ.	taur.	14.	temp.
	Luna plena	10.	2.	10.	n. ſ.	leo.	22.	temp.
	Vltima qua.	18.	0.	55.	n. ſ.	ſcorp.	30.	ſicc.
	Luna nova	26.	15.	14.	d. m.	piſc.	6.	frig.
M	Prima qua.	4.	8.	23.	n. ſ.	gem.	14.	ſicc.
	Luna plena	12.	16.	42.	d. m.	virg.	22.	temp.
	Vltima qua.	20.	19.	14.	d. m.	ſcorp.	29.	temp.
	Luna nova	27.	1.	16.	n. ſ.	ariet.	6.	temp.
A	Prima qua.	3.	15.	45.	d. m.	canc.	13.	temp.
	Luna plena	10.	8.	26.	n. ſ.	libra.	21.	ſicc.
	Vltima qua.	19.	11.	33.	n. ſ.	aquar.	28.	temp.
	Luna nova	25.	9.	26.	d. m.	taur.	3.	temp.
M	Prima qua.	2.	0.	47.	n. ſ.	leo.	12.	ſicc.
	Luna plena	10.	0.	5.	n. ſ.	ſcor.	20.	hum.
	Vltima qua.	18.	0.	8.	n. ſ.	aqu.	27.	hum.
	Luna nova	25.	26.	29.	d. m.	gem.	3.	temp.
J	Prima qua.	1.	12.	27.	d. m.	virg.	11.	hum.
	Luna plena	9.	15.	16.	d. m.	ſagit.	18.	temp.
	Vltima qua.	17.	9.	37.	d. m.	piſc.	24.	ſicc.
	Luna nova	23.	23.	45.	d. m.	canc.	2.	nub.
	Prima qua.	30.	2.	37.	n. ſ.	libra	10.	temp.

Anni currentes 1721. 1740. 1759.

Mensis	Aspectus	Di.	ho.	m.	temp.	sig.	gr.	qual.
J	Luna plena	8.	5.	55.	n.	s. capr.	15.	sicc.
	Vltima qua.	16.	16.	40.	d.	m. ariet.	23.	hum.
	Luna nova	22.	8.	5.	n.	s. leo.	30.	temp.
	Prima qua.	30.	18.	59.	d.	m. scorp.	7.	nubil.
A	Luna plena	7.	19.	19.	d.	m. aqua.	14.	hum.
	Vltima qua.	14.	22.	7.	d.	m. taur.	21.	sicc.
	Luna nova	21.	18.	16.	d.	m. leo.	28.	nubil.
	Prima qua.	29.	13.	15.	d.	m. sagit.	2.	hum.
S	Luna plena	5.	7.	40.	n.	s. pisc.	12.	frig.
	Vltima qua.	12.	3.	38.	n.	s. gem.	10.	temp.
	Luna nova	19.	7.	1.	n.	s. virg.	29.	temp.
	Prima qua.	27.	8.	8.	n.	s. capr.	5.	hum.
O	Luna plena	5.	19.	11.	d.	m. ariet.	11.	temp.
	Vltima qua.	11.	10.	42.	n.	s. canc.	18.	temp.
	Luna nova	29.	22.	40.	d.	m. libr.	26.	sicc.
	Prima qua.	27.	3.	0.	n.	s. aqua.	3.	hum.
N	Luna plena	3.	5.	57.	n.	s. taur.	0	temp.
	Vltima qua.	10.	20.	42.	d.	m. leo.	18.	frig.
	Luna nova	28.	16.	46.	d.	m. scorp.	26.	sicc.
	Prima qua.	26.	21.	27.	d.	m. pisc.	3.	hum.
D	Luna plena	3.	16.	24.	d.	m. gem.	10.	temp.
	Vltima qua.	9.	10.	13.	n.	s. virg.	18.	sicc.
	Luna nova.	17.	12.	12.	n.	s. sagit.	26.	temp.
	Vltima qua.	25.	11.	23.	n.	s. ariet.	4.	hum.

Anni

CAPUT III.

In quo ſigno Zodiaci ſit Luna.

Hoc ſimili modo illi quem dedimus pro tabulis antecedentibus, colligetur ex ſequentibus.

Anno 1645. 1664. 1683. &c.

Jan. 1. aqu. 3. piſc. 4. ar. 6. taur. 8. gem. 11. canc. 13. le. 15. vir. 17. li. 20. ſco. 22. ſag. 25. cap. 25. aqu. 29. piſc.

Febr. 1. ar. 3. taur. 5. gem. 7. canc. 9. leo. 11. virg. 14. libr. 16. ſco. 19. ſag. 21. cap. 25. aqu. 26. piſc. 28. ar.

Mart. 1. ar. 2. tau. 4. gem. 6. canc. 8. leo. 11. virg. 13. lib. 16. ſco. 18. ſag. 20. cap. 23. aq. 25. piſ. 27. ar. 29. ta. 31. ge.

April. 1. ge. 2. canc. 4. leo. 7. virg. 9. lib. 12. ſco. 14. ſa. 17. capr. 19. aqu. 21. piſc. 24. ar. 26. tau. 28. gem. 30. canc.

Mai. 1. canc. 2. leo. 4. virg. 6. lib. 9. ſco. 12. ſag. 14. capr. 17. aqu. 19. piſc. 21. ar. 23. ta. 25. ge. 27. canc. 29. leo.

Jun. 1. virg. 3. lib. 5. ſco. 8. ſag. 10. cap. 13. aqu. 15. piſc. 17. ar. 19. tau. 21. gem. 23. canc. 25. leo. 28. virg. 30. lib.

Jul. 1. libr. 3. ſcorp. 5. ſagit, 7. capr. 10. aquar. 12. piſc. 15. ar. 17. taur. 19. gem. 21. canc. 23. leo. 25. virg. 27. lib. 30. ſcorp.

Auguſt. 1. ſagit. 4. capr. 6. aquar. 9. piſc. 11. ar. 13. taur. 15. gem. 17. canc. 19. leo. 22. virg. 24. lib. 26. ſcorp. 29. ſagit. 31. capr.

Septemb. 1. capr. 3. aquar. 5. piſc. 7. ar. 9. taur. 11. gem. 13. canc. 16. leo. 18. virg. 20. libr. 23. ſcorp. 25. ſagit. 27. capr. 30. aquar.

Octob. 1. aquar. 2. piſc. 4. ar. 7. taur. 9. gem. 11. canc. 13. leo. 15. virg. 17. libr. 20. ſcorp. 22. ſagit. 25. capr 27. aquar. 30. piſc.

Novemb. 1. ar. 3. ta. 5. ge. 7. can. 9. le. 11. virg. 14. libr. 16. ſc. 19. ſag. 21. cap. 24. aq. 26. piſc. 28. ar.

Decemb. 1. taur. 2. gem. 5. canc. 7. leo. 9. virg. 11. libr. 13. ſcorp. 16. ſagit. 18. capr. 21. aquar. 23. piſc, 26. ar. 28. taur. 30. gem.

Anno 1646. 1665. 1684. &c.

Jan. 1. canc. 3. le. 5. virg. 7. lib. 10. ſc. 12. ſag. 15. cap. 17. aqu. 20. piſ. 22. ar. 24. taur. 26. gem. 28. canc. 30. leo.

Febr. 1. le. 2. vi. 4. li. 6. ſc. 8. ſag. 11. cap. 13. aq. 16. pi. 18. ar. 21. ta. 23. ge. 25. can. 27. le.

Mart. 1. vi. 3. li. 5. ſc. 8. ſa. 10 ca. 13 aq. 15. pi. 17. ar. 20. ta. 22. ge. 24. can. 26. le. 28. vi. 30. libr.

April. 1. li. 2. ſc. 4. ſa. 7. cap. 9. aq. 11. pi. 14. ar. 16. ta. 18. ge. 20. can. 22. le. 24. vi. 27. li. 29. ſcor.

Mai. 1. ſcorp. 2. ſagit. 4. cap. 7. aquar. 9. pi. 11. ar. 13. taur. 15. gem. 17. can. 20. le. 22. vir. 24. lib. 26. ſcor. 29. ſag. 31. cap.

Jun. 1. cap. 2. aq. 5. pi. 8. ar. 10. ta. 12. ge. 14. canc. 16. le. 18. vi. 20. li. 22. ſc. 25. ſa. 28. cap. 30. aq.

Jul. 1. aq. 2. pi. 5. ar. 7. ta. 9. ge. 11. can. 13. leo. 15. vi. 17. li. 20. ſc. 22. ſa. 25. cap. 27. aq. 30. piſ.

Auguſt. 1. ar. 3. taur. 6. gem. 8. can. 10. leo. 12. virg. 14. lib. 16. ſcorp. 19. ſagit. 21. cap. 23. aq. 26. piſc. 28. ar. 31. taur.

Septemb. 1. taur. 2. gem. 4. can. 6. leo. 8. virg. 10. libr. 13. ſcorp. 15. ſagi. 17. capr. 20. aquar. 22. pi. 25. ar. 27. taur. 29. gem.

Octob. 1. can. 3. le. 5. vi. 8. li. 10. ſco. 12. ſa. 15. cap. 17. aq. 20. pi. 22. ar. 24. ta. 26. ge. 29. can. 31. le.

Nov. 1. le. 2. vir. 4. li. 6. ſc. 9. ſa. 11. cap. 14. aq 16. pi. 18. ar. 21. ta. 23. ge. 25. can. 27. le. 29. virg.

Decemb. 1. libr. 3. ſcorp. 6. ſag. 8. capr. 11. aqua. 13. piſc. 16. ar. 18. taur. 20. gem. 22. can. 24. le. 26. virg. 29. libr. 31. ſcorp.

Anno 1647. 1666. 1685. &c.

Januarius 1.scorp. 2.sagi. 5.capr. 7.aquar. 10.pisc. 12.ar. 14.taur. 17.gem. 19.canc. 21.leo. 23.vir. 25.li. 27.sc. 29.sa.

Febr. 1.cap. 3.aq. 6.pi. 9.ar. 11.ta. 13.ge. 15.can. 17.le. 19.vir. 21.li. 23.sc. 26.sa. 28 cap.

Mart. 1.cap. 3.aq. 5.pi. 8.ar. 10.ta. 12.ge. 15.canc. 17.le. 19.vi. 21.li. 23.sc. 25.sa. 27.cap. 30.aqu.

April. 1.pi. 4.ar. 6.ta. 9.ge. 11.can. 13.le. 15.virg. 17.li. 19.sc. 21.sa. 24.cap. 26.aq. 29.pisc.

Mai. 1. ar. 3. taur. 6.gem. 8.canc. 10.leo. 12.vir. 14.libr. 16.scorp. 19.sagit. 21.capr. 24.aquar. 26.pi. 29.ar. 31.ta.

Iun. 1.pisc. 2.gem. 4.canc. 6.leo. 8.virg. 10 lib. 13.scorp. 15.sagit. 17.cap 20.aq. 22.pisc. 25.ar. 27.tau. 29.gem.

Jul. 1.ge. 2.can. 4.le. 6.vi. 8.li. 10.sc. 12.sa 15.cap. 17.aq. 20.pi. 22.ar. 25.ta. 27.ge. 29.can. 31.li.

Aug. 1.le. 2.vir. 4.lib. 6.sc. 8.sag. 11.cap. 12.aquar. 16.pi. 18.ar. 21.ta. 23.ge. 25.can. 27.le. 30.vi.

Septemb. 1. lib. 3.scorp. 4.sag. 5.capr. 10.aquar. 12.pisc. 15.ar. 17.taur. 20.gem. 22.can. 24.le. 26.virg. 28.lib. 30.scorp.

Oct. 1.sc. 2.sa. 5.cap. 7.aqu. 9.pi. 12.ar. 14.tau. 17.ge. 19.can. 21.le. 23.vi. 25.li. 27.scorp. 30.sag.

Nov. 1.cap. 3.aq. 6.pi. 8.ar. 11.ta. 13.ge. 15.canc. 17.le. 20.vi. 22.lib. 24.scorp. 26.sag. 28.cap.

Decemb. 1.aquar. 3.pisc. 6.ar. 8.taur. 10.gem. 13.canc. 15.le. 17.virg. 19.libr. 21.sc. 23.sag. 26.capr. 28.aquar. 31.pisc.

Anño 1648. 1667. 1686. &c.

Januar. 1.pisc.2.ar.5.taur.7.gem.9.canc.11.le. 13.virg.15.libr.17.scorp.20.sagit.22.capr. 24.aquar.27.pisc.30.ar.

Februar. 1.ta.3.ge.5.can.8.le.10.vi.12.li 14.sc. 16.sag.18.cap.21.aqu.23.pis.26.ar.28.taur.

Mart. 1.taur.2.gem.4.canc.6.leo.8.virg.10. libr.12.sco.14.sagit.26.capr.19.aquar.21. pisc 24.ar.26.taur.29.gem.31.canc.

April. 1.can.2.le.4.vi.6.li.8.sc.11.sag.13.capr. 15.aq.18.pi.20.ar.23.ta.25.ge.27.cā.30.le.

Mai. 1.le.2.vi.4.li.6.sc.8.sa.10.cap.13.aq.15.pi. 17.ar.20.ta.22.ge.25.can.27.le.29.vi.31.lib.

Jun. 1.libr.6.scorp.4.sagit.7.capr.9.aquar. 11.pisc.14.ar.16.tau.19.gem.21.canc. 23.leo.25.vir.27.lib.29.scorp.

Jul. 1.sco.2.sag.4.cap.6.aq.9.pi.11.ar.14.taur. 16.gem.18.canc.21.leo.23.virg.25.libr.27. scorp.29.sagit.31.capr.

Aug. 1.cap.2.aq.5.pi.7.ar.10 ta.12.ge.15.can. 17.le.19.vi.21.li.23.sc.25.sa.27.cap.30.aq.

Septēb. 1.pi.4.ar.6.ta.9.ge.11.can.13.le.15.vir. 17.li.19.sc.22.sa.24.cap.26.aquar.28.pisc.

Octob. 1.ar.3.ta.6.ge.8.can.11.le.13.vi.15.li. 17.sc.19.sa.21.cap.23.aq.26.pi.28.ar.31.ta.

Novemb. 1.taur.2.gem.5.canc.7.leo.9.virg. 11.libr.13.scorp.15.sagit.17.capr.20.aqu. 22.pisc.25.ar.27.taur.30.gem.

Decemb. 1.ge.2.can.4.le.7.vi.9.li.11.sc.14.sa. 15.cap.17.aq.19.pis.22.ar.24.ta.27.ge.29. canc.

Anno

Anno 1649. 1668. 1687. &c.

Januar. 1. leo. 3. virg. 5. libr. 7. ſcorp. 9. ſagit. 11. capr. 14. aq. 16. piſc. 18. ar. 21. taur. 23. gem. 26. canc. 28. le. 30. virg.

Febr. 1. lib. 3. ſc. 5. ſa. 7. cap. 10. aq. 12. piſ. 15. ar. 17. ta. 19. ge. 22. canc. 24. le. 26. vir. 28. libr.

Mart. 1. li. 2. ſc. 4. ſa. 7. cap. 9. aq. 11. piſc. 14. ar. 16. ta. 19. ge. 22. can. 24. le 26. vi. 28. li. 30. ſc.

April. 1. ſa. 3. cap. 5. aq. 8. pi. 10. ar. 13. ta. 15. gem. 18. can. 20. le. 22. vi. 24. li. 26. ſc. 28. ſa. 30. cap.

Mai. 1. cap. 3. aq. 5. pi. 7. ar. 10. ta. 12. ge. 15. canc. 17. le. 20. vi. 22. li. 24. ſc. 26. ſa. 28. cap. 30. aq.

Jun. 1. pi. 4. ar. 6. ta. 9 ge. 11. can. 14. le. 16. virg. 18. li. 20. ſc. 22. ſag. 24. cap. 26. aquar. 29. piſc.

Jul. 1. ar. 3. ta. 6. ge. 8. can. 11. le. 13. virg 15. libr. 17. ſc. 19. ſa. 22. cap. 24. aq. 26. pi. 28. ar. 31. ta.

Auguſt. 1. taur. 2. gem. 5. canc. 7. leo. 9. virg. 12. libr. 14. ſcorp. 16. ſagit. 18. capr. 20. aquar. 22. piſc 25. ar. 27. taur. 30. gem.

Septēb. 1. can. 3. le. 6. vi 8. li. 10. ſc. 12. ſa. 14. cap. 16. aq. 19. piſc. 21. ar. 23. ta. 26. ge. 28. can.

Octob. 1 leo. 3. virg. 5. libr. 7. ſcorp. 9. ſagit. 11. capr. 14. aquar. 16. piſc. 18. ar. 21. taur. 23. gem. 26. canc. 28. leo. 31. virg.

Novemb. 1. virg. 2. libr. 4. ſcorp. 6. ſag. 8. cap. 10. aquar. 12. piſc. 14. ar. 17. taur. 19. gem. 22. canc. 25. leo. 27. virg. 29. libr.

Decemb. 1. ſcorp. 3. ſagit. 5. cap. 7. aquar. 9. pi. 12. ar. 14. taur. 17. gem. 19. canc. 22. leo. 24. virg. 26. lib. 28. ſcorp. 31. ſagit.

Año 1650. 1669. 1688. &c.

Januarius 1.sag. 2.capr. 4. aquar. 6. pisc. 8. ar. 11. taur. 13. gem. 16. canc. 18. leo. 20. virg. 23. libr. 25. sc. 27. sag. 29. can. 31. aqu.

Febr. 1. aq. 2. pi. 4. ar. 6. ta. 9. ge. 12. can. 14. le. 16. vi. 19. li. 21. sc. 23. sag. 25. capr. 27. aq.

Mart. 1. aquar. 2. pisc. 4. ar. 6. taur. 9. gem. 11. canc. 14. leo. 16. virg. 18. libr. 20. scorp. 22. sag. 24. capr. 27. aquar. 29. pisc. 31. ar.

April. 1. ar. 3. ta. 5. ge. 8. can. 10. le. 12. vir. 15. lib. 17. sc. 19. sag. 21. ca. 23. aq. 25. pi. 27. ar. 30. ta.

Mai. 1. ta. 2. ge. 5. can. 7. le. 10. vi. 12. lib. 14. scor. 16. sa. 18. cã. 20. aq. 22. pi. 25. ar. 27. ta. 30. ge.

Jun. 1. can. 4. le. 6. vir. 8. lib. 11. sc. 13. sa. 15. cap. 17. aq. 19. pi. 21. ar. 23. ta. 26. ge. 28. canc.

Jul. 1. leo. 3. virg. 6. libr. 8. scorp. 10. sagit. 12. capr. 14. aquar. 16. pisc. 18. ar. 21. taur. 23. ge. 26. canc. 29. leo. 31. virg.

August. 1. vi. 2. li. 4. sc. 6. sa. 8. cap. 10. aq. 13. pi. 15. ar. 17. ta. 19. ge. 22. can. 24. le. 27. vi. 29. libr.

Sept. 1. sc. 3. sa. 5. cap. 7. aq. 9. pi. 11. ar. 13. tau. 16. ge. 18. can. 20. le. 23. vi. 26. li. 28. sc. 30. sag.

Oct. 1. sa. 2. ca. 4. aq. 6. pi. 8. ar. 11. ta. 13. ge. 16. cã. 18. le. 21. vi. 23. li. 23. sc. 27. sa. 29. cap. 31. aq.

Novemb. 1. aquar. 2. pisc. 5. ar. 7. taur. 9. gem. 12. can. 15. le. 17. virg. 19. lib. 21. scorp. 24. sa. 26. cap. 28. aqu. 30. pi.

Decemb. 1. pisc. 2. ar. 4. taur. 7. gem. 9. canc. 12. leo. 14. vir. 17. libr. 19. sc. 21. sag. 23. cap. 25. aquar. 27. pisc. 29. ar. 31. taur.

Anno 1651. 1670. 1689. &c.

Januarius 1. taur. 3. gem. 5. canc. 8. leo. 11. virg. 13. libr. 15. ſcorp. 17. ſagit. 19. capr. 21. aquar. 23. piſ. 26. ar. 28. taur. 30. gem.

Febr. 1. ge. 2. can. 4. le. 7. vi. 9. li. 12. ſc. 14. ſag. 16. cap. 18. aq. 20. pi. 22. ar. 24. ta. 27. gem.

Mart. 2. canc. 3. leo. 6. virg. 8. libr. 11. ſcorp. 13. ſag. 15. capr. 17. aquar. 19. piſc. 21. ar. 23. taur. 26. gem. 28. canc. 31. leo.

April. 1. le. 2. vi. 5. li. 7. ſc. 9. ſa. 11. cap. 13. aq. 16. pi 18. ar. 20. ta. 22. ge. 25. can. 27. le. 30. virg.

Mai. 1. virg. 2. libr. 4. ſcorp. 7. ſagit. 9. capr. 11. aquar. 13. piſc. 15. ar. 17. taur. 20. gem. 22. can. 25. leo. 27. virg. 29. lib.

Jun. 1. ſco. 3. ſag. 5. cap. 7. aq. 9. pi. 11. ar. 13. taur. 16. ge. 18. can. 21. le. 23. vi. 26. li. 28. ſc. 30. ſag.

Jul. 1. ſa. 2. cap. 4. aq. 6. pi. 9. ar. 11. tau. 13. ge. 16. can. 18. le. 21. vi. 23. li. 26. ſc. 28. ſa. 30. cap.

Aug. 1. aq. 3. pi. 5. ar. 7. ta. 9. ge. 12. can. 14. leo. 17. vir. 19. li. 22. ſc. 24. ſa. 26. cap. 28. aq. 30. pi.

Septẽb. 1. ar. 3. ta. 6. ge. 8. can. 11. le. 13. vi. 16. lib. 18. ſc. 20. ſa. 23. cap. 25. aq. 27. piſ. 29. ar.

Octob. 1. ta. 3. ge. 6. can. 8. le. 10. vi. 13. li. 15. ſco. 18. ſa. 20. ca. 22. aq. 24. pi. 26. ar. 28. ta. 30. ge.

Novemb. 1. gem. 2. canc. 4. le. 7. virg. 9. libr. 12. ſcorp. 14. ſagit. 16. capr. 18. aquar. 20. piſc. 22. ar. 24. taur. 27. gem. 29. capr.

Decemb. 1. can. 2. leo. 4. virg. 7. libr. 9. ſcorp. 11. ſagit. 13. capr. 15. aqu. 18. piſc. 20. ar. 22. taur. 24. gem. 26. canc. 29. leo.

Anno 1652. 1671 1690. &c.

Januar. 1. virg. 3. libr. 5. scorp. 7. sagit. 10. cap. 12. aquar. 14. pisc. 16. ar. 18. taur. 20. gem. 23. canc. 25. leo. 28. virg. 30. libr.

Febr. 1. li. 2. sc. 4. sa. 6. cap. 8. aq. 10. pi. 12. ar. 14. ta. 17. ge. 19. can. 21. le. 24. vi. 27. li. 29. scor.

Mart. 1. scorp. 2. sagit. 5. capr. 7. aquar. 9. pis. 11. ar. 13. taur. 15. gem. 17. canc. 20. leo. 22. virg. 25. libr. 27. scorp. 30. sagit.

April. 1. capr. 3. aquar. 5. pisc. 7. ar. 9. taur. 11. gem. 14. canc. 16. leo. 18. virg. 21. lib. 24. scorp. 26. sagit. 28. capr. 30. aq.

Mai. 1. aq. 2. pi. 4. ar 7. ta. 9. ge. 11. can. 13. le. 16. vi. 18. li. 21. sc. 23. sa. 25. cap. 28. aquar. 30. pis.

Iun. 1. ar. 3. ta. 5. ge. 7. can. 10. le. 12. vi. 15. li. 17. sc. 19. sa. 22. capr. 24. aq. 26. pis. 28. ar. 30. taur.

Iul. 1. taur. 2. gem. 5. canc. 7. leo. 10. virg. 12. libr. 14 scorp. 17. sagit. 19. capr. 21. aq. 23. pisc. 25. ar. 27. taur. 30. gem.

August. 1. canc. 3. leo. 6. virg. 8. lib. 11. scor. 13. sagit. 16. capr. 18. aqu. 20 pisc. 22. ar. 24. taur. 26. gem. 28. canc. 31. leo.

Sept. 1. le. 2. vi. 5. li. 7. sc. 10. sa. 12. cap. 14. aq. 16. pi. 18. ar. 20. ta. 22. ge. 24. can. 27. le. 29. virg.

Oct. 1. vi. 2. li. 4. sc. 7. sa. 9. cap. 11. aq. 14. pis. 16. ar. 18. ta. 20. ge. 22. can. 24. leo 27. vi. 29. li.

Novẽb. 1. sc. 3. sa. 5. ca. 8. aq. 10. pi. 12. ar. 14. tau. 16. ge. 18. can. 21. le. 23. vi. 25. li. 28. sc. 30. sa.

Decẽb. 1. sa. 3. cap. 5. aq. 7. pi. 9. ar. 11. ta. 13. ge. 16 can. 18 le. 20. vi. 23. li. 25. sc. 28. sagit. 30. cap.

Anno

Anno 1653. 1672. 1691 &c.

Januar. 1. aquar. 3. pisc. 5. ar. 8. taur. 10. gem. 12. canc. 15. leo. 17. virg. 20. libr. 22. scor. 25. sagit. 27. cap. 29. aquar. 31. pisc.

Febr. 1. pi. 2. ar. 4. ta. 6. ge. 8. can. 11. le. 14. vi. 16. lib. 19. sc. 21. sa. 23. ca. 25. aq. 27. pisc.

Mart. 1. ar. 3. taur. 5. gem. 8. canc. 10. leo. 13. virg. 15. libr. 18. scorp. 20. sagit. 22. cap. 24. aquar. 26. pisc. 29. ar. 31. taur.

April. 1. taur. 2. gem. 4. canc. 7. leo. 9. virg. 12. libr. 14. scorp. 16. sagit 19. capr. 21. aquar. 23. pisc. 25. ar. 27. taur. 29. gem.

Mai. 1. ge. 2. can. 4. le. 6. vi. 9. li. 11. sc. 14. sag. 16. capr. 18. aquar. 20. pisc. 22. ar. 24. taur. 27. gem. 29. canc. 31. leo.

Iun. 1. le. 3. vi. 5. li. 8. sc. 10. sa. 12. ca. 14. aq. 16. pi. 18. ar. 21. taur. 23. ge. 25 can. 28. le 30. virg.

Iul. 1. vi. 3. li. 5. sc. 7. sa. 10. cap. 12. aq. 14. pisc. 16. ar. 18. ta. 20. ge. 22. can. 25. le. 27. vir. 30. libr.

August. 1. sc. 4. sa. 6. cap. 8. aq. 10. pi. 12. ar. 14. ta. 16. ge. 19. can. 21. le. 24. vi. 26. li. 29. sc. 31. sa.

Septēb. 1. sa. 2. cap. 4. aq. 6. pi. 8. ar. 11. ta. 13. grm. 15. can. 17. le. 20. vi. 22. li. 25. sc. 27. sa. 30. cap.

Octob. 1. cap. 2. aq. 4. pi. 6. ar. 8. ta. 10. ge. 12. canc. 16. leo. 18. virg. 20. libr. 22. scorp. 25. sagit. 27. cap. 29. aquar. 31. pisc.

Nov. 1. pi. 2. ar. 4. ta. 6. ge. 9. can. 11. le. 13. vi. 16. li. 18. sc. 21. sa. 23. capr. 25. aqu. 28. pisc. 30. ar.

Decēb. 1. ar. 2. taur. 4. gem. 6. can. 8. leo. 11. virg. 13. libr. 16. scorp. 18. sagit. 20. capr. 23. aq. 25. pi. 27. ar. 29. ta. 31. ge.

Anno

Anno 1654. 1673. 1692. &c

Januarius 1.gem. 2.canc. 5.leo.7.virg.10.libr. 12.scorp.15.sagit.17.capr.19.aquar.21.pisc. 23.ar. 25.taur.27.gem.30.canc.

Febr. 1.le.4.vi.6.li.8.sc.11.sa.13.capr.15.aq.17. pi.19.ar.21.ta.23.ge.26.can.28.le.

Mart.1.le.3.vi.5.li.8.sc.10.sa.12.capr.15.aquar. 17.pi.19.ar.21.ta.23.ge.25.can.27.le.30.vi.

Apr.1.vi.2.li.4.sc.6.sa.9.cap.11.aq.13.pi.15.ar. 27.ta.19.ge.21.can.24.le.26.vir:29.li.

Mai. 1.scorp. 4.sagit. 6.canc. 8.aquar.10.pisc. 12.ar.14.taur.17.gem.19.canc. 21.leo.23. virg.26.lib.28.scorp.31.sagit.

Iun. 1.sagit. 2.capr.4.aquar.7.pisc.9.ar. 11.ta. 13.gem.15.canc.17.leo.19.virg.22.libr.25. scorp.27.sag.29.capr.

Iul. 1.ca.2.aq.4.pi.6.ar.8.ta.10.ge.13.can.15. le.17.vi.20.li.22.sc.24.sa.27.ca.29.aq.31.pi.

August.1.pi.2.ar.4.tau.6.ge.9.can.11.le.13.vir. 16.li.18.sc.21.sa.23.cap.25.aq.28.pi.30.ar.

Septemb. 1.taur. 3.gem.5.canc.7.leo.10.virg. 12.libr.15.scorp.17.sagit. 20.capr.22.aqua. 24.pisc.26.ar.28.taur.30.gem.

Oct.1.ge.2.can.5.le.7.vi.9.li.12.sc.15.sa.17.ca. 19.aq.21.pi.23.ar.25.ta.27.ge.30.canc.

Novemb.1.le.3.v.6.li.8.sc.11.sa.13.cap.15.aq. 18.pi.20.ar.22.ta.24.ge.26.can.28.le.

Decemb. 1.virg.3.libr.6.scorp.8.sag.10.capr. 13.aquar.15.pisc.17.ar.19.tau.21.gem.23. canc.26.leo.28.vir.30.libr.

Anno

Anno 1655. 1674 1693. &c.

Jan. 1.li.2. sc.4.sc.7.cap.9.aq.11.pi.14.ar. 15.ta. 18.ge.20.can.22.le.24.virg.27.li.30.sc.

Febr.1.sa.3.cap.5.aq.8.pi.10.ar.12.ta.14.ge.16. can.18.le.21.vi.23.li.26.sc.28.sag.

Mart. 1.capr.4.aquar.6.pisc.8.ar.10.taur. 12. gem.14.canc.17.leo.19.virg.21.lib.24.scor. 26.sag.29.cap.31.aq.

April.1.aq.2.pi.4.ar.6.ta.8.ge.11.can.13.le.15. vir.18.li.20.sc.23.sa.25.cap.28.aqu. 30.pis.

Mai. 1.pisc.2.ar.4.taur.6.gem.8.canc. 10.leo. 12.virg.15 libr. 17.scorp. 20. sagit. 22.capr. 24.aq.27.pisc.29.ar.

Iun.1.ta.2.ge.4.can.6.le.9.virg.11.lib.14.scorp. 16.sa.19 ca.21.aq.23.pi.26.ar.28.ta.31.ge.

Iul. 1. ge. 3.can. 4.le.6.vi. 8.li.11.sc.13.sag.16. cap.18.aq.21.pi.23.ar.25.ta.27.ge. 29. can.

Aug.1.le.3.vi.5.li.7.sc.10.sag.12. cap. 14.aquar. 17.pi.19.ar.21.ta.23.ge.25.ca.28.le.30. vi.

Septēb.1.li.3.sc.6.sa. 8.ca.11.aq.13.vi.pi.15.ar. 17.tau.20.ge.22.can.24.le.26.virg.28lib.

Octob. 1.scorp.3.sagit.6.capr.8.aquar.10.pis. 13.ar.15.taur.17.gem.19.can.21.le.23.vir. 26.lib.28.sc.31.sag.

Novemb. 1.sagit.2.capr. 5.aquar.7.pi.9.ar.11. taur.13.gem.25.canc.17.leo.19.virg, 22. lib. 24.scorp.27.sag. 30.capr.

Decemb. 1.capr.2.aquar.4.pisc.6.ar.9.tau.11. gem.13.canc.15.leo.17.virg.19.lib. 22.scor. 24.sag.27.capr.29.aquar.

Anno

Anno 1656 1675. 1694. &c.

Jan. 1.pi.3.ar.5.ta.7.ge.9.canc.11.le.13.vi.16.
li.28.sc.20.sag.23.capr.25.aqu.28.pis.30.ar.
Febr. 1.ta.3.ge.5.can.8.le.10.vi.12.lib.14.scor.
27.sagit.19.capr.22.aquar.24.pisc.26.ar.
Mart. 1. taur. 3. gem. 5. canc. 7. leo. 9. virg.
12. libr. 14. scorp. 16. sagit. 19. capr. 21.
aquar. 23. pisc. 26. ar. 28. taur. 30. gem.
April. 1.can.3.le.5.vi.8.li. 10.sc.12.sa.15.capr.
17.aq20.pi.22.ar.24.ta.26.ge.28.can.
Mai. 1.le.2.vi.5.li.7.sc.10.sag.12.cap. 15.aquar.
17.pi. 19.ar.21.ta.24.ge.26.ca.28.le.30. vi.
Jun. 1.li.3.sc.6.sag.8.capr.11.aqu.13.pi.16.ar.
18.taur.20.gem.22.can.24.le.26.vir.28.libr.
Jul. 1. scorp.3. sagit 6. capr. 8. aquar. 11. pis.
13. ar. 15. taur. 17. gem. 19. canc. 21. le.
24. virg. 26. libr. 28. scorp. 30. sagit.
Augult. 1. sagit. 2. capr. 4. aquar. 7. pisc. 9.
ar. 12. taur. 14. gem. 16. canc. 18. le. 20.
virg. 22. libr. 24. scorp. 27. sagit. 29. cap.
Septēb. 1.aq.3.pi.6.ar.8.ta.11.ge.12.can.14.le.
16.vi.18.li.21.sco.23.sag.25.capr.28. aquar.
Octob. 1.pi.3.ar.5.ta.7.ge.9.can. 11.le. 14. vir.
16.li.18.sc.20.sa.22.cap.25.aq.28.pi.20. ar.
Novemb. 1. ar. 2. taur. 4. gem. 6. canc. 8.le.
10. virg. 12. libr. 14. scorp.17.sag 19.cap.
22. aquar. 24. pisc. 27. ar. 29. taur.
Decemb. 1. gem. 3. canc. 5. leo. 7. virg. 9.
libr. 11. scorp. 14. sag. 16. capr. 19.aquar.
21. pisc. 24. ar. 26. taur. 28. gem. 30. can.

Anno 1657. 1676. 1695. &c.

Januar. 1. canc. 2. leo. 3. vir. 6. libr. 8. ſcorp. 10. ſagit. 13. capr. 15. aq. 18. piſc. 20. ar. 23. taur. 25. gem. 27. canc. 29. le. 31. vir.

Februar. 1. virg. 2. libr. 4. ſcorp. 7. ſagit 9. capr. 11. aquar. 14. piſc. 16. ar. 19. taur. 21. gem. 23. canc. 25. leo. 27. virg.

Mart. 1. li. 4. ſc. 6. ſa. 8. ca. 11. aq. 13. pi. 16. ar. 18. tau. 20. ge. 22. can. 25. le 27. vir. 29. lib. 31. ſc.

Apr. 1. ſc. 2. ſa. 5. cap. 7. aq. 9. pi. 12. ar. 14. ta. 17. ge. 19. can. 21. le. 23. vi. 25. li. 28. ſc. 30. ſagit.

Mai. 1. ſagit. 2. capr. 4. aquar. 7. piſc. 10. ar. 12. ta. 14. gem. 16. can. 18. leo. 20. virg. 22. libr. 24. ſcorp. 27. ſagit. 29. capr.

Jun. 1. aq. 3. pi. 6. ar. 8. ta. 10. ge. 12. canc. 14. leo. 17. vi. 19. li. 21. ſcor. 23. ſag. 26. capr. 28. aqua.

Jul. 1. piſc. 3. ar. 5. taur. 8. gem. 10. canc. 12. leo. 14. virg. 16. libr 18. ſcorp. 20. ſagit. 23. capr. 26. aquar. 28. piſc. 30. ar.

Auguſt. 1. ar. 2. taur. 4. gem. 6. canc. 8. leo. 10. vir. 12. lib. 14. ſcorp. 17. ſagit. 19. cap. 21. aq. 24. piſc. 27. ar. 29. taur.

Sept. 1. ge. 3. can. 5. le. 7. vi. 9. li. 11. ſc. 13. ſa. 16. cap. 18. aq. 20. pi. 23. ar. 25 ta. 28. ge. 30. can.

Octob. 1. can. 2. le. 4. vi. 6. li. 8. ſc. 10. ſa. 12. ca. 15. aq. 17. pi. 20. ar. 23. ta. 25. ge. 27. canc. 29. leo.

Nov. 1. vi. 2. li. 5. ſc. 7. ſa. 9. cap. 11. aquar. 14. piſc. 16. ar. 19. ta. 21. ge. 23. can. 26. le. 28. vi. 30. lib.

Dec. 1. li. 2. ſc. 4. ſag. 6. cap. 9. aq. 11. piſ. 14. ar. 16. ta. 18. ge. 21. can. 23. le. 25. vi. 27. lib. 29. ſcor.

Anno 1658. 1677. 1696. &c.

Januarius. 1.sagit.3.capr.5.aquar.8.pisc.10.ar.13.ta.15.ge.17.canc.19.le.21.virg.23.libr.25.sc.28.sag.30.capr.

Febr. 1.cap.2.aq.4.pisc.6.ar.9.ta.11.ge.13.canc.16.le.18.vir.20.lib.22.sc.24.sag.26.capr.

Mart. 1.aquar.3.pisc.6.ar.8.tau.11.ge.13.ca.15.leo.17.vir.19.lib.21.scorp.23.sagit.25.capr.28.aq.30.pisc.

April.1.pis.2.ar.4.ta.7.ge.9.can.11.le.13.virg.15.li.18.sc.20.sag.22.ca.24.aq.27.pi.29.ar.

Mai. 1.ar.2.ta.4.ge.6.can.9.le.11.vi.13.libr.15.sc.17.sa.19.cap.22.aq.24.pi.26.ar.29.ta.

Jun. 1.ge.3.can.5.le.7.vi.9.li.11.sc.13.sa.16.ca.18.aq.20.pi.23.ar.25.ta.28.ge.30.canc.

Iuli. 1.can.2.le.4.vi.6.lib.8.sc.11.sa.13.cap.15.aq 18.pi.20.ar.23.ta.25.ge.27.can.30.leo.

August. 1. virg. 3.libr.5.scorp.7.sagitt. 9.capr.12.aquar.14.pisc.17.ar.19.taur.21.gem.24.canc.26.leo.28.vir.30.lib.

Septemb.1.sc.3.sa.5.cap.8.aq.10.pi.13.ar.15.ta.18.ge.20.can.22.le.24.vi.26.lib.28.scorp.

Octob. 1. sagit. 2.capr. 5.aquar. 8.pisc.10.ar.13.taur.15.gem.18.canc.20.leo.22.virg.24.lib.26.scorp.28.sagit.30. capr.

Novēb.1.aq.4.pi.6.ar.9.ta.11.ge.14.can.16.le.18.vir.20.lib.22.sc.14.sag.27.cap.29.aq.

Decemb. 1.pisc.4.ar.6.ta.9.ge.11.can.13.leo.15.virg.17.libr.20.scorp.22.sagit.24.capr.26.aq.28.Pisc.31.

Anno

Anno 1659. 1678. 1697. &c.

Januarius. 1. aries. 2. tau. 5. gem. 7. canc. 9. leo. 12. v. 14. lib. 16. ſcorp. 18. ſa. 20. cap. 22. aq. 25. pi. 27. ar. 30. taurus.

Februarius. 1. ge. 4. can. 6. leo. 8. vir. 10. lib. 12. ſcor. 14. ſag. 16. cap. 19. aq. 21. pi. 23. ar. 26. ta. 29. ge.

Martius 1. ge. 2. ca. 4. leo. 6. v. 8. lib. 10. ſcor. 12. ſa. 15. cap. 17. aq. 19. pi. 22. ar. 24. ta. 27. ge. 29. can.

Aprilis. 1. le. 3. v. 5. lib. 7. ſcor. 9. ſag. 11. cap. 13. aqu. 16. piſ. 18. ar. 21. tau. 23. gem. 26. canc. 28. leo.

Majus. 1. vir. 2. lib. 4. ſcorp. 6. ſag. 7. can. 11. aqu. 13. piſc. 15. arc. 18. taur. 20. gem 23. canc. 25. leo. 37. virgo 30. libra.

Junius. 1. ſcorp. 3. ſagit. 5. cap. 7. aq. 9. piſc. 12. ar. 14. taur. 17. ge. 19. canc. 22. leo. 24. v. 26. l. 28. ſc.

Jul. 1. ſag. 2. cap. 4. aqu. 7. piſ. 9. ar. 11. tau. 14. gem. 16. can. 17. le. 21. vir. 23. li. 25. ſco. 27. ſa. 29. cap.

Auguſt. 1. aq. 3. piſ. 5. ar. 8. ta. 20. ge. 13. can. 14. leo. 17. vir. 19. lib. 22. ſco. 24. ſag. 26. ca. 28. aq. 30. piſ.

Septemb. 1. piſc. 2. ar. 4. tau. 7. gem. 8. can. 11. leo. 14. virg. 16. lib. 18. ſcorp. 20. ſagitt. 22. cap. 24. aquar. 26. piſc. 27. ar.

Octob. 1. ta. 4. ge. 7. can. 9. leo. 11. v. 13. lib. 15. ſcor. 17. ſag. 19. cap. 21. aq. 24. piſc. 26. ar. 29. taur.

Novemb. 1. ge. 3. can. 5. leo. 8. vir. 10. lib. 12. ſco. 14. ſagit. 16. cap. 18. aquar. 20. piſc. 23. ar. 25. tau. 28. gem.

Decemb. 1. canc. 3. leo. 5. virg. 7. lib. 9. ſcorp. 11. ſag. 13. cap. 15. aquar. 17. piſc. 20. arc. 22. taur 25. gem. 27. can. 30. leo.

Anno. 1660. 1679. 1698. &c.

Januarius. 1. vir. 3. lib. 5. scorp 7. sagitt. 9. cap. 12. aquar 14. pisc. 16. ar. 19. taur. 21. ge. 24. canc. 26. leo. 28. virg. 31. libra

Februar. 1. lib. 2. scor. 4. sag. 6. cap. 8. aq. 10. pisc. 13. ar. 15. ta. 17. ge. 20. can. 22. leo. 25. v. 27. lib.

Mart. 1. sc. 3. sag. 5. cap. 7. aq 9. pis. 12. ari. 14. ta. 17. ge. 19. can. 22. leo. 24. vir. 26. lib. 28. sc. 30. sa.

April. 1. cap. 3. aq. 6. pi. 8. ari. 11. ta. 13. ge. 16. can. 18. le. 20. vir. 23. lib. 25. sco. 27. sa. 29. cap.

Majus. 1. aquar. 3. pisc. 5. ar. 8. taur. 10. gem. 13. canc. 15. leo. 18. virg. 21. libr. 22. scorp. 24. sag. 26. cap. 28. aquar. 30. pisc.

Junius. 1. pisc. 2. ari. 4. taur. 7. gemin. 9. canc. 12. leo. 14. virg. 16. libr. 19. scorp. 21. sagitt. 23. cap. 25. aquar. 27. pisc. 29. ar.

Jul. 1. ta. 4. gem. 6. can. 9. le. 11. vir. 14. lib. 16. scor. 18. sag. 20. cap. 22. aq. 24. pi. 26. ar. 29. taur.

August. 1. ge. 3. can. 5. leo. 8. vir. 10 lib. 12. sc. 14. sa. 26. cap. 18. aq. 20 pi. 23. ar. 25. ta. 27. ge. 30. can.

Septemb. 1. leo. 4. vir. 6. lib. 8. sc. 11. sa. 13. ca. 15. aq. 17. pi. 19. ar. 21. ta. 24. ge. 26. can. 29. leo.

Oct. 1. vi. 3. lib. 6 sc. 8. sag. 10. cap. 12. aq. 14. pis. 16. ar. 19. ta. 21. ge. 24. can. 26. leo. 29. vi. 31. lib.

Novemb. 1. lib. 2. scorp. 4. sag. 6. cap. 8. aquar. 10. pis. 13. ar. 15. ta. 17. gem. 20. can. 23. leo. 25. virg. 27. lib. 29. scorp.

Decemb. 1. scor. 2. sag. 4. ca. 6. aqu. 8. pis. 10. ar. 12. tau. 15. ge. 17. can. 20. leo. 22. virg. 25. lib. 27. scor. 29. sag. 31. cap.

Anno. 1661. 1680. 1699. &c.

Jan. 1. cap. 2. aq. 4. pi. 6. ar. 8. ta. 11. ge, 13. can. 16. le. 19. v. 21. li. 23. sc. 25. sa. 27. ca. 29. aq. 31. pi.

Febr. 1. pi. 3. ar. 5. ta. 7. ge. 10. can. 12. leo. 14. vir. 16. lib. 19. scor. 22. sag. 24. cap. 26. aq. 28. pi.

Mart. 1. pi. 2. ar. 4. ta. 7. ge. 9. can. 12. le. 14. vir. 16. lib. 19. sc. 21. sa. 23. ca. 25. aq. 27. pi. 29. ar.

April. 1. ta. 3. ge. 5. can. 8. le. 10. v. 13. li. 15. scor. 17. sa. 19. ca. 21. aq. 23. pi. 26. ar. 28. taur.

Majus. 1. gem. 3. can. 5. leo. 8. vi. 10. li. 12. sc. 15. sagit. 17. cap. 19. aquar. 21. pisc. 23. ar. 25. taur. 28. gem. 30. can.

Jun. 1. can. 2. le. 4. vir. 7. lib. 9. scorp. 11. sag. 13. cap. 15. aqu. 17. pisc. 19. ar. 31. tau: 24. ge. 26. can. 29. leo.

Jul. 1. vir. 5. lib. 6. scorp. 8. sag. 10. cap. 12. aquar. 14. pisc. 16. ar. 19. taur. 21. ge. 24. can. 26. leo. 29. virg. 31. lib.

August. 1. libr. 3. scorp. 5. sagitt. 7. cap. 9. aquar. 11. pis. 13. ar. 15. tau. 17. ge. 20. can. 22. le. 25. v. 27. lib. 30. scorp.

Sept. 1. sag. 3. cap. 5. aq. 7. pi. 9. ar. 11. taur. 14. gem. 16. can. 19. le. 21. virg. 24. li. 26. scorp. 28. sag.

Oct. 1. ca. 2. aq. 5. pis. 7. ar. 9. tau. 11. gem. 13. can. 16. le. 18. vi. 21. lib. 23. sc. 26. sa. 28. ca. 30. aq.

Nov. 1. pi. 3. ar. 5. ta. 7. ge. 10. can. 12. le. 15. vi. 17. li. 20. sc. 22. sag. 24. cap. 26. aq. 28. pi. 30. ar.

Decemb. 1. ar. 2. taur. 5. gem. 7. canc. 10. leo. 12. virg. 15. lib. 17. scorp. 19. sagit. 21. cap. 23. aquar. 25. pi. 27. ar. 30. taur.

Anno. 1662. 1681. 1700. &c.

Januarius. 1. gem 3. canc. 6. leo. 9. virg. 11. libr. 13. ſcorp. 16. ſag. 18. cap. 20. aquar. 22. piſ. 24. ar. 26. taur. 28. gem. 31. canc.

Febr. 1. can. 2. leo. 5. virg. 7. lib. 10. ſcorp. 12. ſag. 14. cap. 16. aq. 18. pi. 20. ar. 22. ta. 25. ge. 27. cap.

Mart. 1. le. 4. v. 7. li. 9. ſc. 11. ſa. 24. ca. 16. aq. 18. pi. 20. ar. 22. taur. 24. ge. 26. can. 29. le. 31. vir.

Aprilis. 1. virg. 3. lib. 5. ſcorp. 8. ſa. 10. cap. 12. aq. 14. piſc. 16. ar. 18. tau. 20. gem. 23. canc. 25. le. 28. virg. 39. lib.

Majus. 1. lib. 2. ſcorp. 5. ſagitt. 7. cap. 9. aquar. 11. piſc. 13. ar. 16. taur. 18. gem. 20. canc. 22. le. 25. vir. 27. lib. 30. ſcorp.

Jun. 1. ſa. 3. ca. 5. aq. 7. piſ. 10. ar. 12. ta. 14. gem. 16. can. 19. le. 21. vir. 24. lib. 16. ſc. 29. ſa.

Jul. 1. ca. 3. aq. 5. piſ. 7. ar. 9. tau. 11. gem. 14. canc. 16. le. 19. vi. 21. li. 24. ſc. 26. ſag. 28. ca. 30. aq.

Auguſt. 1. piſc. 3. arie. 5. taur. 8. gem. 10. canc. 12. le. 15. vir. 18. lib. 20. ſcorp. 22. ſag. 25. cap. 27. aq. 29. piſc. 31. ar.

Sept. 1. ar. 2. ta. 4. ge. 6. can. 9. le. 11. vi. 14. li. 16. ſc. 19. ſa. 21. ca. 23. aq. 25. pi. 27. ar. 29. tau.

Oct. 1. ta. 2. ge. 4. can. 6. leo. 8. vi. 11. li. 14. ſcorp. 16. ſa. 19. ca. 21. aquar. 23. piſ. 25. ar. 27. taur. 29. gem. 31. can.

Nov. 1. can. 3. le. 5. vi. 8. lib. 10. ſc. 13. ſag. 15. cap. 17. aq. 19. pi. 21. ar. 23. ta. 25. ge. 28. ca. 30. leo.

December. 1. leo. 2. vi. 5. lib. 7. ſcor. 10. ſag. 12. ca. 14. aq. 16. piſ. 18. ar. 21. ta. 23. ge. 25. can. 27. le. 30. virg.

Anno.

Anno. 1663. 1682 1701. &c.

Januar. 1. lib. 4. ſcorp. 6. ſagit. 8. cap. 11. aquar. 13. piſ. 15. ar. 17. ta. 19. ge. 21. can. 24. le. 27. vir. 26. lib. 31. ſcorp.
Februar. 1. ſcor. 2. ſag. 5. cap. 7. aqua. 9. piſ. 11. ar. 13. taur. 15. gem. 18. can. 20. leo. 22. virg. 24. lib. 27. ſcorp.
Martius. 1. ſag. 3. cap. 5. aqu. 8. piſc. 9. ar. 11. taur. 13. gem. 16. canc. 18. leo. 20. virg. 23. lib. 26. ſcorp. 28. ſagittar 30. cap.
April. 1. cap. 2. aq. 3. piſc. 6. ar. 8. tau. 10. ge. 12. can. 14. le. 17. vir. 19. lib. 22. ſcorp. 24. ſag. 27. cap. 29. aq.
Majus. 1. piſc. 2. ar. 5. taur. 7. gem. 9. canc. 12. leo. 14. virg. 17. lib. 19. ſcorp. 24. ſagitt. 27. cap. 26. aquar. 28. piſc. 31. ar.
Jun. 1. ar. 2. taur. 4. ge. 6. can. 8. leo. 10. virg. 13. lib. 15. ſcorp. 18. ſag. 20. cap. 22. aquar. 25. piſ. 27. ar. 29. taur.
Jul. 1. gem. 2. can. 5. leo. 8. virg. 10. lib. 13. ſcorp. 15. ſagitt. 17. cap. 20. aquar. 22. piſc. 24. ar. 26. taur. 28. ge. 30. can.
Auguſtus. 1. canc. 2. leo. 4. virg. 7. lib. 9. ſcorp. 12. ſagitt. 14. cap. 16. aquar. 18. piſc. 20 ar. 22. taur. 24. gemin. 27. can. 29. leo.
September. 1. virg. 3. lib. 5. ſcorp. 8. ſag. 10. cap. 13. aquar. 15. piſc. 17. ar. 19. taur. 21. gem. 23. canc. 25. leo. 28. virg. 30. lib.
Oct. 1. lib. 3. ſc. 5. ſag. 8. cap. 10 aq. 12. piſc. 14. ar. 16. taur. 18. gem. 20. can. 23. leo. 25. virg. 27. lib. 30 ſcorp.
Novemb. 1. ſag. 4. cap. 6. aq. 9. piſ. 11. ar. 13. taur. 15. ge. 17. canc. 19. leo. 21. vir. 24. lib. 26. ſcorp. 29. ſagitt.
December. 1. cap. 4. aquar. 6. piſc. 8. ar. 10. taur. 12. ge. 14. canc. 16. leo 19. virg. 21. libr. 23. ſcorp. 26. ſagitt. 28. cap. 31. aq.

Poſtquam huc perventum reditur ad principium.

SECTIO X.

De Sanitate hominum Agrariorum retinenda ac reparanda.

SEquimur in hoc Scriptores Agrarios, qui hanc rem inter ſuas numerant, & inprimis dabuntur remedia domeſtia: deinde ex Apotheca: demùm morbi cum ſuis remediis per ordinem Alphabeti. Et hoc quidem ut mos eorum ſervetur qui de Oeconomia ſcripſerunt, in quo conſuluimus Medicos.

SUBSECTIO I.

De remediis domeſticis.

Hæc remedia ſunt probata, & ex parte excerpta ex theſauro Pauperum Petri Hiſpani.

1. Hydrops curatu difficilis, hoc modo tamen in aliquibus perdomitus. Naſturtium purga, & conciſum in cantharo cerviſiæ depone, & tege ne evaporet, hoc potu æger utatur. Res probata, ſed non aliud bibat æger, & aſſis veſcatur.

2. Dyſſenteria. Rec. cotulam fœtidam folia querna, plantaginem, in aqua bene calida detine, ac labro impone quod etiam

cingu-

cingulo tenus ingredere. Vel bibe lac in quo eſt coctum ferrum vel fac emplaſtrum ex fimo columborum cum aceto forti, & umbilico applica. Vel coque poma acida ſylveſtria & calida umbilico applica, ſemper nova calida applicando.

3. Vulneri, vetus lardum, pingvem tedam, & avenam ſimul incende ſupra aquam tenendo, ut defluat, quod eſt liquefactum, in aquam, & erit ungventum. Cera etiam nigra quæ in alvearibus reperitur ſanat omnia vulnera.

4. Febrilis antequam paroxiſmus veniat, ſumendum ſudoriferum, & hoc pro gelida. Vel, ſimili tempore detur pulvis in cerviſia pellicularum ex ventriculo gallinæ detractarum, & in ſole ſiccatarum, deinde jaceat æger bene coopertus. Calidæ febri ardentisſimæ. Rec. Millii quadrantem ollæ, ollam & dimidiam aquæ, coquatur non diutius quùm crepare incepe-rit millium, percoletur aqua & ſaccaro indulcoretur, refrigeretur, & ægro quàm copioſisſimè propinetur, deinde tegatur ut ſudet.

5. Tertianæ, fiat emplaſtrum de antiquo raphano cum farina ſiliginis & um-

 bilico

bilico ægri tam diu applicetur donec tormina senserit. Vel succum rapastri melle mixtum inungatur ægri temporibus.

6, Quartana. Bibat æger decoctum rapastri in vino generoso, cocti. Vel Salviam, Rosmarinum, Lavendulam in vino cocta bibat. Vel carnem ursi comedat.

7. Podagra. Ungatur pes calido sangvine leporis, mitigatur dolor. Vel, pedes involvantur non elaboratâ vulpium pelle.

8. Tussis. Coquantur pultes hordeaceæ, illorumque jusculum bibatur. Si tussis procedat ex inflammatione, & præsertim exacerbatione orificii ventriculi deglutitur unum & aliud frustum sevi, præcipuè caprini, & hoc aliquoties iterandum, nam sevum ea vulnera persanat.

9. Colica. Tabulæ ex vase in quo sal fuit calefactæ continuò ventri applicentur. Vel, emplastrum ex fimo columbino trito apponatur. Vel, ruta cocta in oleo & butyro per enema injiciatur.

10. Epilepsia. Cingulus ex corio lupino in nudo corpore gestetur. Vel, cor lupi comedatur. Vel, in pulverem redactum

biba-

bibatur. Vel propinetur ciconiæ fimus in aqua. Vel pulvis ex jecore milvi.

11. Ulcus ut rumpatur, appone emplaſtrum ex melle, farinâ triticeâ, ac ſtercore anſerino.

12. Ulceris intra ungvem dolor miteſcit, ſi digitus circumponatur fimo anſerino.

13. Verruca tollitur. Veterum ſcoparum virgam accende & accenſam ſtanneo orbi obverte, fumus vertetur in quoddam oleum quo ſæpiùs eſt ungenda verruca. Vel cepam diviſam bene ſale conſperge, & ſæpiùs applica.

14. Capitis dolor, furfures triticeos ſiccos optimè calefactos applica. Vel, fabas decortica, coque, atque per modum emplaſtri adhibe. Inveteratus autem dolor ſanatur, applicato ſynapi inſtar emplaſtri.

15. Dolor oculorum. Vitellum ovi recentis coque in aqua, & coctum aquâ roſaceâ ſubige, vel ſi iſta deſit, cum lacte. Rubentes oculos ſanat calidus fimus ovillus applicatus.

16. Dolor dentium lenitur herbâ caninâ applicata. Vel pulvis cornu cervi triti coquatur in aqua, & hoc decoctum in ore teneatur

17. Dolor in osſibus. Serpillum in ſacculo clauſum coquatur, & calens loco dolenti apponatur.

18. Congelatio membri. Imponatur hoc membrum in aquam gelidam donec albor ex illo receſſerit, tum piſa cruda maſticata applicentur. Ad faciem autem læſam nix aut glacies admovenda. Vel membro læſo poma putria adhibenda.

19. Membrum igni vel re ignitâ peruſtum admovendum igni quantum ſuſtineri poteſt, tum ungendum cremato.

20. Sangvinem vulneris ſiſtere. Pulverem fabæ ſiccatæ inſperge, vel ipſam fabam apertam. Vel argillam ſubactam aceto, & aquâ roſarum applica fronti, dum ſangvis è naſo fluit: vel ſuillus fimus calidus naſo apponitur.

21. Lumbricos è ventre pellit ſemen braſſicæ bibitum. Vel cornu cervi tritum in potu ſumptum.

22. Morſui venenato, locus ſalivâ propriâ fricetur. Vel applica vulneri cor aut cerebrum gallinæ; vel fimum hirci cum melle emplaſtra. Vel apes, ac muſcas tritas coctas in vino admove. Vel allium tritum. Vel ſerpillum. Qui frequenter bac-

cis

cis juniperi veſcitur liber eſt à veneno.

23. Ignis ſacer. Tela madefacta oleo ſubacto cum ſtercore ſuillo applicetur.

24. Calculus rumpitur potato ſucco limonum. Vel raphanus conciſa madeat in vino per noctem, & manè vinum bibatur. Vel locus in quo eſt calculus ungatur crebrò ſangvine vulpino, hic enim ſangvis rumpit calculum. Item gummi ceraſinum, vel pyrorum in potu ſumatur.

25. Sciathica. Stercus leporis cum vino ad locum affectum applica. Vel locum perūge piſcium pingvedine. Si dolori acceſſit tumor, quatuor drachmas farinæ fabaceæ cum ovorum vitellis quinq; commiſce, fac emplaſtrum. Vel folia fabarum cum axungia porci coque, leniet id ungventum dolorem ſi calidum applicetur.

26. Aſarum tritum in potu ſumptum calido ciet vomitus, doſis eſt quantum dimidia teſta juglandis capere poteſt.

27. Singultus ceſſàt ſumpto ſternutatorio vel cremato forti ſupra umbilicum affuſo.

28 Murmur in capite. Aniſum à jejuno edatur. Idem faciendum ſi fœtor è capite per nares prodeat.

29. Sangvinem è naſo fluentem ſiſtit urticæ ſuccus vel ruthæ, naſo immiſſus. Vel ſangvinis combuſti cinis nare attractus, idem & vulnera ſtringit, ſicut & ſuccus urticæ ſanat.

30. Puſtulæ capitis. Urſibrancâ cum ovis caput lavetur.

31. Memoriæ perditæ. Lactuca in cervifia coquatur, & capiti applicetur.

32. Guſtui deperdito. Decoctum abſynthii ſerò & manè bibatur.

33. Aſthma. Folia reſicca tiliæ, coque in aqua fluminis, tum percola, ac melle indulcora, manè & ſerò bibatur.

34. Luxationi vel percuſſuræ. Millium quod antè non fuit in aqua coque, denſum ſit, cum butyro, & calidum applica.

35. Vulneri recenti applicatur pingve lardum, ſiſtetur ſangvis, & vulnus albeſcet.

36. Icterus. Lini piſces parui plantis applicentur.

37. Scabies. Lavetur caput lixivio, tum calido vino. Demum adipe leporis ungatur.

38. Fiſſuræ labiorum ac manuum. Fiat ungventum, ex cera virgine, ſevo hirci, & oleo oliv. vel butyro recente. 39. Phty-

39. Phtyſis. Manè & ſerò cum melle unum allium ſumatur.

40. Aduſtioni ab igne & ignitis prodeſt furfures ſiligineos in nova olla exurere, & applicare.

41. Dolori dentium. Piper cum zingibere in aceto coque ut bulliat. Ac denti affecto quàm calidisſimum applica. Vel, urentis urticæ radicem mande, & applica.

42. Dyſſenteriæ cruentæ. Flores roſarum in aqua coque, & manè ac ſerò decoctum bibatur.

43. Scabiei. Urticam cum vitello ovi contere & in balneo corpus unge.

44. Conſtipationi. Aqua cum ſale coquatur, & manè bibatur.

45. Epilepſia. Poſt aurem ſiniſtram cutis ad ſangvinem ungulâ alcis. Vel: Muſtella fluviatilis coquatur donec à ſpina caro receſſerit. Tum ſpinæ colligantur & in vitreo vaſe exurantur, & hic pulvis crebrò bibatur.

46. Lepram non timeat qui jejunus rutam comedit.

47. Tusſis. Jejunus aliquot partes allii devoret.

48. Cholera ſicca. Pomum vel alius fructus.

49. Den-

49. Dentium dolori ſi ſit cum ardore, camphora in cremato ſoluta, & goſſypio excepta applicetur. Si ſit cum frigore, applicetur ſimili modo oleum garyophillorum.

50. Inſomniis. Tempora ungantur felle leporis. Vel cortices papaverum in potu coquantur.

51. Herniæ. Semina lini donec disſiliant coquantur in ſacculo, & quàm calidisſima applicentur.

53. Scabies capitis. Lavetur lixivio facto ex ſtercore gallinarum uſto, poſt unctio fiat ſtercore columborum mixto cum lixivio.

54. Vertigini. Artemiſia cum optimo aceto coquatur, & hoc decócto calido caput abluatur.

55. Hydropi incipienti. Allium cum raphano contere & ſuccus eorum bibatur.

56. Lingvæ dum rumpitur, juſculum quod eſt in butyri vaſe illinatur, & ex eodem unum cochlear bibatur.

57. Plica ut erumpat. Fiat maſſa è farina hordeacea, cui addatur urſibranca trita, aſarum, ſerpillum, lybiſtica, fiat panis, & coquatur in furno. Deinde in aqua fon-

fontana madeat per dies aliquot Lunâ decreſcente, ut aqua fermentetur. Addantur aquæ herbæ ſupradictæ ut in ea macetur, hâc infuſione ſæpiùs caput laverentur, hâc infuſione ſæpiùs caput lavetur cavendo ne aqua pertingat ad oculos.

58. Ulcus manans in capite puerorum. Canabes cum cerviſia terantur, & ubi ſubſederint, illâ cerviſia locus abluatur.

59. Accenſio, ſeu igniculus puerorum. Balneent in aqua decoctionis corticum tiliæ.

60. Letargicus excitatur. Cepæ cum ſynapi albo & aceto terantur addito pauco roſarum oleo, hoc ungvento caput raſum leniter per horam confricetur.

61. Epilepſia. Vivæ perdici reſecti pedes ſiccantur & comburuntur; hic cinis propinatur cum raſo cornu alcis. In paroxiſmo autem ſuccus rutæ cum ſulfure naribus infundatur.

62. Paralyſi. Album ſynapi teratur cum cumino æqualiter ſumptis. doſis, quarta pars unciæ. Olfaciat etiam æger ſæpiſſimè cæpas.

63. Colicæ. Circiter 27. grana cardui benedicti æger cum vino calido bibat. Vel, cochlear olei lini cum aqua, vel avenam

cum

cum lupulo in aceto coctam lateri ægri applica. Vel, semen millii conspergendo aceto, torre, & inclusum sacculo bene calefactum applica. Vel hordeum in leni aceto coctum calidum admove.

64. Inflatione ventris cum colica ex causa frigida. Avenam tostam in lebete cum sale calidissimam applica.

65. Capitis dolori coquatur in cervisia fæniculum, & capiti applicetur. Vel succo menthæ caput ungatur. Vel, radix fæniculi Italici cocta cum farina hordeacea fronti applicetur. Vel, absynthium contusum in aqua coctum emplastretur. Vel abrotanum cum ruta æqualiter sumptum & aceto dilutum admoveatur.

66. Albugo. Panis siligineus vilis calidus scindatur, & intra scutellas, ne illas tangat appendatur, claudanturque exactè scutellæ, & inveniatur aqua albugini immittenda.

67. Scabies capitis. Postquam extracti sunt pili noxii, & caput ablutum lixivio. Sumatur quarta pars ollæ mellis, illi addatur dimidius libræ quadrans viridis æris, & tantundem aluminis. Terantur, & misceantur simul, & in olla nova clausa combu-

burantur in cineres. Tum cineri addatur mel, & oleum juglandium, &fiat unctio.

68. Vomitum ſiſtit allium commeſtum.

69. Cùm ſe primò aperit betula baccæ ſeu gemmæ colligantur, atque ſiccentur, & terantur, ac cum pane ſiligineo comedantur contra vomitum.

70. Phreneſi. Cranium hominis violentè mortui teratur & in vino bibatur.

71. Artriti illinitur oleum lumbricorum.

72. Morſui canis rabidi. Synapi tritum cum aceto quamprimùm emplaſtretur, & poſtquam aruit renovetur. Valet etiam ad alios morſus venenatos.

73. Canino morſui, pili canis in mortario conterantur optimè, & albumine ovi ſubacti in canabe extenſi applicentur. Deinde illa emplaſtra quæ alia ſanant vulnera admoveantur.

74. Tibiæ fluenti. Cera alba emplaſtretur & poſt 24. horas mutetur.

75. Capitis dolori acidum lac circumponatur, quæ ſequuntur expertus eſt eſſe vera Dominicus Manfredi, & impresſit Romæ anno 1654.

76. Podagra. Rec. drachmam ſemis her-

bæ gratiolæ & unciam mellis rosati soluti-vi, sumatur continuis diebus quinque durante malo.

77. Plagis inveteratis. Rec. aq. rosarum, & aq. hordei impone in illas vitriolum cyprium, & lapidem Turcicum Turchin, in ista infusione tinge linteolum manè ac vesperè, & plagæ applica.

78. Vulneribus. Ceram lento igni solve, adde butyrum, & terpentinam, & ol. oliv. æqualiter, & si corrupta sit caro, dimidiam dr. mercurii præcipitati, fiat ungventum.

79. Accensioni urinæ. Coque malvam sine sale, adde succum citrinorum & saccarum.

80. Fluxui sangvinis è naribus. Lanam quæ innascitur rosis sylvestribus, estque lanugo quædam, cum vino rubro bibat.

81. Calli pedum, laventur lixivio, tum acu aperiantur ut gutta fluat sangvinis, deinde herba cimbalaria decies applicetur.

82. Herniæ puerorum. Limaces cum sua crusta contunduntur, & applicantur. Hactenus Manifredi.

83. Omnia mala interna sanat. Rec. bene

bene eluti hordei dimidiam menſuram, hanc pone in duabus ollis aquæ fluvialis, additâ radice cicoreæ ſylveſtris, coquantur lento igni per tres horæ quadrantes, tum ad datur ſemuncia ſalis prunellæ,& tria vel 4. cochlearia mellis optimi, & coquatur per horam dimidiam, tum per linteum percoletur, ac in loco frigido ponatur. Ex hoc jejunus ſumat diſtinctis vicibus manè duo pocula,& tantundem poſt prandium. Et ſi eſſet corpus repletum datur aliquod lene purgans. Similem effectum facit tenerum gramen vino infuſum.

84. Ungvium pulvis ſumptus potenter laxat.

85. Podagram lenit. Rec. albumina ovi. Aq. roſarum, acetum, ſalem, ſaliginem, miſce fac emplaſtrum. Si podagra ſit ex humore calido minus detur ſalis & minùs aquæ roſarum, & aceti. Imò ſi ex frigido, ſolum caput allii contuſu applica. Alter ſolâ pice in linteo applicatâ, leniebat malum.

86. Calculo. Recip. teſtas ovorum ex quibus pulli prodierunt, repurga ab interiore cuticula, & lava in albo vino, ac ſicca. Et hoc repetatur ter aut quater, ad-

datur zinziber, radices capparorum orientalium, rubia tinctorum, omnia in pulverem reducantur, sint singulorum partes æquales. Servetur pulvis bene clausus, & in dimidio poculo vini exhibeatur quantum bis potest capere apex cultri, sit vinum album & calidum, æger primò per horam jaceat in lecto, & postea deambulet per tres horas ante prandium. Et si dolor redierit, altera dosis sumatur.

87. Hernia. Cicuta calida ter in diem loco per 15. dies applicetur. Sed æger decumbat.

88. Dolor dentium, si sit in parte dextra, tene manu sinistra herbam dentariam: & si sit in sinistra tene dextrâ, aut mastices tabacam.

89. Urinam movet radix herbæ muralis trita cum albo vino pota.

90. Podagra. Rosmarinus ponitur in cremato, & ex eo quotidie aliquid bibitur.

91. Dolori dentiũ. Cera miscetur cum tritis garyophillis, & vertici apponitur, sudat.

92. Calculum frangit. Rosarum sylvestrium baccas à granis & lanugine interna repurga, & in vino rubro ad spissitudinem coqu.

eoque. Dosis unum cochlear. Sumendum donec nulli amplius calculi prodierint.

93. Caput. Si à Sole accendatur, caput vino generosissimo abluatur. Imò ne accendatur abluendum. Juvat etiam semen papaveris albi cum aqua rosacea temporibus applicare.

94. Ardori stomachi. Cavendum imprimis à comestione rerum pingvium. Tum aqua calida manè bibatur. Imo post prandium panis frigidâ tinctus comedatur. Juvat & thuris albi grana aliquot sumere, juvat & diatraganthum dum liquescat in ore tenere.

95. Caduco. In accessu propinatur balsami purissimi semel ac iterum drach. I.

96. Calculo. Semen lappæ Lunâ decrescente collectum, cum brodio sumatur dr. I.

97. Tumori pedum. In vas aliquod pedes imponantur, sint ibidem lapides candefacti qui rigentur, ac cineres straminis papaveris superspergantur,

98. Bili ad guttur ascendenti. Thuris optimi granum mastica.

99. Fatigati pedes ungantur oleo oliv. cum aqua.

100. Calculum frangit terebinthina cubitum

bitum eundo in cremato ſumpto. Aut mane aliquod grana juniperi devorata, omnem arenam pellunt conchæ repertæ in ripis & exuſtæ ac cum potu ſumptæ. Vel, interiorem pelliculam ventriculi gallinæ cum omnibus quæ continet ſicca, pulveriſa, tum ſumpto uno & altero bolo carnis, pulverem dictum in aqua calida ſume.

101. Dentium dolori ſvadent, bufonem in veru ligneo ſiccare, & oſſe gingivam usque ad ſangvinem fricare.

102, Dyſſenteriam ſiſtit internæ pelliculæ ex caſtanea tritæ pulvis. Deinde panis toſtus comedatur.

103. Punctura in latere. Accipiat jejunus aliquot grana cumini.

104. Colicæ. Stramine avenaceo circumdetur corpus in labro.

105. Conſtipationi ſerum lactis. Fortius eſt ſtercus paſſeris in potu ſumptum, vel ſerum de lacte capræ.

106. Vulnera modica, balſamo ſanantur. Vel ex folio tabaci ſuccum inſtilla & ipſum folium tritum applica, vel ſaltem pulveres inſperge.

107. Ulcera, puſtulæ. Folia liliorum alborum in oleo oliv. madefacta, per aliquot

dies

dies applica, poſtquam pus eſt extractum eadem folia admove in aqua madefacta.

108. Icterus pellitur ſumptâ cereviſiâ in qua coctum tabacum. Valet contra quasvis febres. Sed cautè agendum cùm ſit res violenta.

109. Capillorum tineæ. Rec. Geniſtæ unc. 1. Myrrhæ dr. 2. Aceti quantum opus. Coque modice & percola, atque capillos ablue. Vel, ſemen urticæ contere, atque in aceto macera, & capillos lava, vel decoctum fænigræci cum foliis ſalviæ. Vel fel bubulum. Vel urticam coque in lixivio.

110. Dentium dolori theriacam recentem impone: vel Mithridatico, aut Philonio Romano dentem illine. Vel oleo hyoſciami unge.

111. Si nimiùm purget medicina, modicum theriacæ cum cerviſia ſumatur.

112. Purgans. Ovo imponatur ſaccarum quantitate dimidiæ juglandis & tantundem foliorum ſenæ, vel radicum avellanæ con, tritarum & ſumantur.

113. Gonorheæ. Millefolii drachma cum drachma boli armeni orientalis ſumitur.

114. Epilepticis pilulæ. Rec. Myrrhæ

ſcrup.2.Croci unciam, Aloës hepaticæ un.4. ſubige vino, fiant pilulæ.

116. Sciathicæ. In lecto calido decumbat per diem, & loco affecto ſaccus in quo ſervabatur farina triticea inverſus & optimè calefactus applicetur.

117 Enſipelati petroſelinum quod aqua non attigit contuſum applicetur.

118 Gingivis Conchas ranarum munda & contunde, hunc pulverem inſperge.

119. Colicæ. Oleum cumini in cremato vel cerviſia calida bibatur.

120. Oculis. Strophiolum tinctum in gelida, cervici applica.

121. Extaſi. Ambræ ſpiritum in vino.

122. Scabiei capitis Tabacam contuſam, recens butyrum ſine ſale, unge hoc mixto mane & veſpere & liga bene.

123. Timori. Saphirus ſupra cor, vel lapis Edminus ponitur.

124. Podagræ. Pellem leporinam elaboratam alliga, vel ſtercus pavonum, vel ex teſta nova fiat pulvis, applica.

125. Doloris impedit ſenſum Cnicos herba, vel comedia manu teneatur.

126. Morſum canis rabidi auro exure. Vel folia roſarum campeſtrium in aceto macera.

127. Mentagra. Cretam, ſuccum Citrinorum, Unge.

128. Febri. Macera 9. aut plures lumbricos in modico cremato illudque ter de die bibe. Item integram tabacam coque in cerviſia, & exprime & bibe, calidum & ſupra vinum generoſũ bibe ante paroxiſmum

129. Stomacho. Spiritum Tartari manè & veſpere in cerviſia aut juſculo carnium guttas 12.

130. Catharro in collo. Pilulas ex croco quoties vis & quando.

131. Catharro in capite. Rec. pulverem viridem qui dicitur Sternutatorius, & ſume permodum tabacæ.

132. Catharro qui impedit comeſtionem. Alumen coque in aqua & eo gargariza. Vel in os ſuccini fumum copiosè accipe te ſuffumigando clauſis naribus.

133. Congelationi membrorum. Farina ſiliginis cum furfure & frigida aqua, emplaſtrum hoc triduo porta.

134. Combuſtioni. Strophium atramento tinctum applica.

135. Serpentis morſui. Allium cum cortice, bibe, comede.

136. Verrucis. Ficus immaturas, nitrum, farina, ana, miſce, unge. Uu 5 137 Stru-

137. Strumis. Easdem ficus immaturas.

138. Catharro auditum impedienti. Coque lac caprinum tectum, & per fistulam in aurem ejus vaporem recipe.

139. Scabiei capitis. Cornu cervi ustum sesquiducati pondere in vino, vel cervisia, sudet, & cum tabaco caput lavetur.

140. Tumori splenis. Signum ejus pallor, & tactum latus non fert. Thus cum oleo lini in charta applica.

141. Dissenteriæ. Funde ovum in cineres ardentes sic cum illis comede. Vel, vitellum supra ardentem laterem assa, comede cum pulveribus cerasorum.

142. Caducis. Percas subnigras punctis notatas ex eis lapillos in collo, & ex carpionibus qui supra oculos in forma ossium, item ex cancris, pulverisa, in aqua florum lilii bibatur. Ad tertiam, potionem cessat.

143. Febri, massam hordeaceam cum sale arterii applica in manibus, pedibus, temporibus, & quietissimè jace.

144. Pesti. Bufonem per pedes suspende supra massam farinæ prope ignem, ut evomat virus, hanc massam ulceribus applica. Si non sint ulcera, vel catum cordi, vel bufonem per telam applica. Vel columbi

lumbi anum deplumatum ulceribus, mutando columbos.

145. Dissenteriæ. Ex libo fac tabellam consperge nuce myristicâ contusâ, pipere, gariophyllis, cremato optimo pertunde, comede aliquoties, hæ aspersiones ut nux ponderat quæ tota debet impendi.

146 Febri. Cape in Martio ejusdem mensis leporem, ejus sangvine telam intinge, deinde pro usu per horas 12. in vino vel cremato pone, & ebibe. Vel capto aliquando lepori caput vivo amputa, contunde cum toto in massam, emplastra in tela, & nudum corpus præcinge.

147. Spasmo. Præcinge locum cortice tiliæ, madefacto, si sit siccus.

148. Quartanæ. Ante accessionem sume agarici aliquantum jejunus in cervisia calida, si non prosit, duplica dosim, dein triplica.

149. Kuroslep. Ante ortum Solis jecur pecoris assum ede.

150. Calculo. Jejunus quantitate avellanæ devora butyrum recens, sine sale, post medium quadrantem semicalicem vini Rhenani vel Francici bibe.

151. In febri, ovis abstine, & rebus habentibus sangvinem, item salsis, & calidis.

152. Dentibus. In Septembri querna folia cum piretro, aloë, myrrha, in clausa olla in aqua coque bene, serva pro usu, ut os abluas in dolore.

153. Podagræ. Unicornu tuâ salviâ jejuna madefac, & emplastra locum.

154. Dolori capitis. Lanâ de uberibus ovis aures obtura.

155. Spasmo. Oleo vulpis, perunge.

156. Gallico. Tysanna te lava, 2. surculos teneros alni coque 24. horis in aqua vase clauso, quotidie bibe jejunus per dies 14. medium calicem & te lava.

157. Regio morbo. Idem quod proximè.

158. Pesti. Mane & serò vinum sulfuratum vel crematum bibe.

159. Catharro. Rumienu duas manus, papaveris capitum cum papavere, salis, foliorum salicis partes æqu. sulfuris modicum. coque optimè, & in tepidissima genuum tenùs pedes detine.

160. Colicæ. Stercus equi non castrati pulverisatum bibe.

161. Peste infectus in propria urina contusum allium bibat, sudet, vomat. Prodest ante

ante nares oleo ſuccini ungere.

162. Hydropi ne cor petat abſynthium um cum butyro in cerviſia ollâ clausâ coque, jejunus quotidie mediumcalicem ſumat.

163. Caſui gravi. Lumbricos combure, in aceto vini, ſaccaro, cinnamomo addito bibe.

164. Pediculari. Sal, thus, in aqua pone: his te lava, eodem veſtes ſuffumiga.

165. Petocii. Variolæ ſi non prodeant vel intrent corpus, Piſa cocta ut ad carnes dantur, cochlear unum vino aut mulſo ſuffunde, ede & in calore mane.

166. Hydropi. Purgatum naſturtium in cerviſia pone, claude ne evaporet, hoc potu utere & ſiccis, asſis, veſcere.

167. Osſium dolori. Serpillum in ſacculo coque, applica calidè.

168. Sangvinem ſiſtit pulvis fabarum inſperſus. Vel argillam cum aceto, aqua roſarum fronti emplaſtra.

169. Lumbrici in ventre. Semen brasſicæ bibe vel pulverem cornu cervi.

170. Variolæ ut prodeant, ſemen raparum bibe.

171. Morſus virulentus. Locum tuâ ſali-

vâ

vâ unge vel cerebrum gallinæ applica. Vel ſtercus capræ cum melle. Vel Muſcas, apes cum melle contere coque, applica.

172. Ignis Sacer. Stercus columbi cum oleo emplaſtra.

173. Calculo. Succum limoniæ bibe. Jejunus raphanum per noctem in vino poſitam bibe. Virgam ſangvine vulpis tinge. Vel gummi ceraſinum bibe cum potu.

174. Sciaticæ. Stercus leporis cum vino calido emplaſtra. Vel pingvedine piſcis. Si adſit tumor farinam fabarum drachmas 4. quinque vitellos emplaſtra. Vel folia fabarum cum pingvedine porci emplaſtra cocta.

175. Dyſenteriæ cruentæ. Perdicum pedes ad genu combure, quantitate avellanæ bibe.

176. Vomitum promovet. Nucem vemicam pulveriza, bibe.

177. Vires ex morbo reſtituit lac pro potu ſumptum vaccæ unius vituli optimis pratis utentis.

178. Morſui venenato folia fraxini applica.

179. Catharro. Juſculū coctarum raparum cum ſaccaro bibe. Vel ſuccum raphani cum ſaccaro.

181. Lum-

180. Lumbricis in ventre. Unum eorum combure, ebibe.

181. Dissenteriæ. Gummi cerasorum ede. Vel fungum cerasorum, in vase clausum fictili concremo, hujus pulveris cum cochleari aceti quotidie bibe quantum apex cultri capit.

182. Calculo. Crematum ex avena sola distilla ut solet, & dein nasturtium contritum ad medietatem vasis pone per triduum ante Novilunium & post, tum fraga rubra ad hanc aquam semoto nasturtio ad dimidium vasis pone, adde saccarum, quotidie unum calicem bibe.

183. Inflammationi gutturis. Decocto hordei cum saccaro gargariza. Vel totâ hyeme guttur involve telâ ex gossipio.

184. Dissenteriæ. Vitellum cum cremato contusum bibe.

185. Dentium dolori. Radicem urticæ mortuæ applica.

186. Calculo. Oleum absynthii quotidie in potu sumptum.

187. In aure ulcus. Percæ adipem instilla.

188. Contusioni gravissimæ. Catus solas carnes edat per mensem, sine ullo potu. Hunc

Hunc cum toto concide, anserem farci, aſſa, pingvedo defluens erit, ungventum.

189. Diſſenteriæ. Per cineres betulæ lac transmitte, bibe. Si tumor accedat, bibas cerviſiam cum naſturtio.

190. Calculo. Semen cæparum coquatur in vino, & bibatur.

191. Quartanæ curatio. Accipe quantum media juglandis capere mellis poteſt, araneos quinque, aliquid piperis, aliquid fuliginis, hæc omnia miſce pulſibus alliga in acceſſu febris, & per triduum alligata relinque.

192. Febribus gravibus probatum. Rec. Vini Ungarici aut Gallici unam quartam, fæniculi pugnum. Coque ſimul bene percola, deinde ſtrophiolo intincto ſpinam dorſi unge incipiendo à capite, item reliquas partes, contege ægrum ut ſudet. Ruthæ eſus mane cum butyro, contra Scorbutum, morbum Caducum, & Calculum valet.

193. Amentiæ prodeſt. Coque juniperi baccas in vino generoſisſimo Hiſpanico Peterſiment clausâ ollulâ donec in maſſam redigatur, eâ caput quàm calidisſimâ circumpone.

196. Ul-

194. Ulcus maturatur dum foliis nasturcii fovetur.

195. Hordeolo in palpebra. Coquatur leniter lac caprinum, & in eo tingatur medulla panis triticei, & intra linteolum palpebræ pro nocte applicetur, & maturabit, & sanabit.

SUBSECTIO II.

Medicinæ ex Apotheca.

Remittemus hic ad Pharmacopæam Augustanam impressam in Octavo majore Roterodami anno 1653. ibi invenietur quomodo aliquod medicamentum conficiendum, & numeros paginarum adnotabimus.

Apoplexiæ remedium pag. 802. Species contra apoplexiam, est præservativum. 528. Aqua mirabilis Langii.

Asthmati 496. aqua asthmatica.

Auditum reparat aqua acovistica 490.

Aperturæ 693. ceratum diachalciteos Galeni, seu diapalmæ.

Ambustioni ab igne 614. Ungventum ad membra ab igne combusta.

Cosmeticum seu mundans faciem 578. Oleum è vitellis. 525. Lac virgineum.

Colicæ oleum ruthæ in clystere 568.

Cicatrices emollit 560. oleum liliorum alborum.

Cerebrum roborat 531. aqua odorifera. Odoratur, & pulsibus illinitur. 523. Aqua hirundinum composita major. Sed modicè danda idque adultis. Et 521, aqua hirundinum usitata.

Capitis dolori 587. Ungv. de Alabastro.

Cancrosos 634. Ungv. de Tutia. 685. Ungv. Ægyptiacum.

Comitiales excitat 469. Oleum. Philoph. inunctum.

Capitis frigido affectui 817. Syrop. de Betonica compositus, seu Cephalicus.

Cor roborat 283. Pulvis pro epithemate cordis.

Calculo 530. aqua nephritica. 328. Lithontribon Nicolai.

Casui ex alto 282. pulv. ad casum drach. 1. cum vino adstringente.

Caput expurgant 204. pilul. cochiæ Rasis a scrup. 2. ad 4. cum vino lymphato.

Cælibum morbos sanat 280. Pulvis cacheticus Quercetani.

Dissenteriæ 567. ol. rosarum vulgare potum. 283. pulv. dissentericus.

Debiles roborat 509. aqua confortativa usitata.

Den-

Dentium dolori 471. Sotirella parva dentium cavernis imponitur. 469. oleum Philoſoph.

Epilepſiæ 517. aqua epileptica Langii. 514. Elixir vitæ Matthioli. 862. pulv. epilepticus. Species contra epilepſiam.

Febri omni 519. aqua pro epithemate cordis.

Febri malignæ 827. ſyr. de ſcordio.

Herniæ 915. empl. pro Herniis.

Hepati & hypocondriæ 845. Pil. de Eupatorio hepaticæ.

Hydropi 741. Sp. ſalis. 660. empl. ad hydropem. 664. empl. de baccis lauri.

Igni ſacro 631. Ungv. rubeum.

Inflammationibus 912. empl. de ſpermate ranarum, & empl. album coctum 906. & 904. Ungv. ſaturninum. 901. Ungv. album.

Lingvæ ariditati 78. ſyr. de ſempervivo.

Melancholiæ 493. aq. antimelancholica. 269. Hydromel laxativum. 131. ſyr. ſpleneticus.

Malignis morbis. 806. Bezoarticum cervinum.

Oſſibus fractis 646. empl. catagmaticum.

Obſtructioni hepatis 913. ſyr. de abſynthio ab unc. 1. ad 2.

Præservat contra omnes morbos, ſed in hectica non exhibeatur. 550. Acetum ſcylliticum à drach. 1. ad unc. 1. manè cum aliquo liquore.

Phtyſicis 304. lohoch è pulmone vulpis à drach. 3. ad 6.

Parturientibus 500. Balſamum embryonum. 365. trochiſci de myrrha Phaſi in decocto granorum juniperi.

Paralyſi 565. ol. nardi ſimplex. 566. ol. de piperibus.

Podagram lenit 909. empl. oxycroceum, ib. d. nervinum. 573. Ol. de floribus verbaſci.

Peſti 774. Balſamum Loimicum. 753. Elixir.

Peſtilentiale 662. empl. magenticum. 658. empl. de fuligine. 536. aq. theriacalis Bezoardica. 534. aqua Stapediana prima. 505. aq. Bardana compoſita. 454. conſerva hederæ terreſtris compoſita. 333. elect. Ferdin. contra peſtem tribus horis datur ante prandium & poſt cœnam quotidie à dr. 1. ad dr. 2. 219. Pilul. peſtilentiales, manè num. v.

Pleuritidi 576. ol. ſemin. lini bibatur à 3. ad 4. unc manè. 207. pulvis pleuriticus.

Sangvini ſiſtendo 370. Trochiſci de terra ſigill. vel intus ſumpti, vel illiti.

Suc-

Succus tollit 435. aqua ſtomachica.

Spleni 913 empl. ſpleneticum. 569 oleum rutæ.

Stomachum juvat 909. empl. de cruſta panis. 566. ol. de piperibus Meſve. 462. Philonium Tarſenſe. 905. empl. de baccis lauri.

Scorbuto 827. ſyr. ſpleneticus. 494. aq. antiſcorbutica. 75. ſyr. ſcelotyrbicus.

Spaſmo 16. ol. liliorum convall. illinitur. 559. ol. Irinum Meſve.

Stomachi dolori in pueris 554. ol. anagallidis inungitur.

Stomachum roborat 16. ſyr. de abſynthio ab unc 1. ad 2.

Stomachi ardori 124. ſyr. roſatus ſolutivus. ab unc. 1. ad 2. 48. ſyr, de endivia compoſitus ab unc. 2. ad 4.

Tusſi 760. eſſentia ſaccarina quantitate avellanæ.

Viſcera omnia roborant 198. Pil. Angelicæ à ſcrup. ſs. ad 2.

Veneno ex fungis contracto 559. ol. Irinum Meſve.

Venenis aliis 570. oleum ſcorpionum magnum illinitur cordi & per os ſumitur. 492. aq. antidotalis alexipharmaca.

Vulnera egregiè ſanat 902. ungv. Baſilicum,

ſilicum. 897. Balſamum vulnerarium. 671. empla, oppodeltoch. 670. empl. nigrum. 555. Balſ. vulnerarium Mindereri.

Ventriculum & caput roborant 845. Pil. maſtichinæ à dr. 1. ad 4. 572. oleum ſtomachale Cratonis.

Vertigini 758. Eſſentia ambræ Mindereri.

Univerſale remedium 754. Elixir proprietatis. 747. ſp. diatrion. 245. extr. marcoſtinum. 236. extract. Catholicum.

Utero 698. Ceratum matricale.

Vermes in ſtomacho necat 634. Ungv. ad vermes.

Ulceribus malignis 586. ung. Ægyptiacum.

SUBSECTIO III.

Morbi ordine Alphabeti cum facilibus remediis.

Quibus in fine adjecta ſunt quædam rara ſecreta Medica.

Ambuſtio.

1. Ambuſtio ſanatur, ſi pili leporini minutim inciſi inſpergantur.

2. Oleum nucis & ceram æqualiter miſce & inunge calcem vivam novies in aqua ablue, & ultimam aquam oleo

oleo communi miſce, & fortiter agitatam inunge.

3. Pellis muris recens imponatur aduſtioni, donec ſanetur.

4. Fimus bovinus recens imponatur aduſtioni.

5. Albumen ovi crudi & oleum olivarum tamdiu agitentur donec fiat ungventum, quo illiniatur.

6. Pomum elixatum appoſitum.

Anus.

1. Exitus ani curatur ſi pulvis cornu cervini ano aſpergatur.

2. Fiat ſuppoſitorium de lana intincta in ſucco pomi remotis foliis, calidumque apponitur. Calefiatque denuo ter aut quater juvat.

Apoſtema.

1. Nuces & mel ſimul trita, & emplaſtrata, apoſtema melancholicum, ſive phlegmaticum mirè diſſolvit.

2. Nuces cum ſuis corticibus tritæ & ſuper umbilicum poſitæ, apoſtemata omnia intrinſecus fixa deſtruunt.

3. Nucleus nucis magnæ tritis cum foliis rutæ ſupponatur mane & veſperi.

4. Emplaſtrum factum de ſtercore pavonis impoſitum curat.

 5. Sca-

5. Scabiosa cum vino potui data, vel comesta, apostemata interiora & exteriora educit, ac insensibili evacuatione solvit.

6. Accipiatur succus sambuci, succus caulium & rutæ cum melle butyri drachma farinæ siliginis. Fiat emplastrum.

7. Herba consolida cocta in cervisia & potata, vel etiam ab extra applicata, apostemata curat & ossa consolidat.

Auris.

1. Aurium dolorem tollit cepæ succus cum lacte mulieris mixtus.

2. Succus betonicæ injectus.

3. Tinitum auriumadeps ranarum auribus instillatus.

4 Urina calida pueri auribus infusa humores sanat. Idem præstat quævis alia.

5 Succus absinthii auribus calidus immissus vermes necat.

6. Lac mulieris mixtum cum lacte capræ, putredinem aurium mirè curat.

7. Succus hederæ mixtus cum oleo, aurium vitiis medetur.

8. In causa calida multum valet lactuca emplastrata, sicut & canabis intincta in album ovi. In causa frigida, sola aqua calida cum lacte mulieris.

9. Oleum

9. Oleum confectum cum cinnamomo ſummum remedium eſt ad ſanandum aurium dolorem.

10. Fumigium aceti aperit aurem & juvat.

11. Succus rutæ cum ſangvine angvillæ, immiſſus auri quemlibet dolorem ſanat.

12. Vermes ex auribus elicit pomum dulce ſuper prunas modicè aſſum, tum diviſum ſi auri apponatur: exibunt in pomum vermes.

13. Contra ſaniem fluentem ſuccus ſalis efficax & ultimum remedium.

14. Si lapis aut aliquid aliud in aurem inciderit. Fortiter in aurem inſpirandum & ſpiritus reſorbendus, aut cucurbita apponatur.

15. Ulcus curatur, ſi butyrum nonies ablutum & lento igne liquefactum in aurem mittatur & ſtuppa occludatur.

16. Carduus benedictus in vino decoctus & paſtus addita modica farina, omnia auris apoſtemata curat.

Calculus.

1. In vinum Renanum mitte ſtercora columbarum, & ſtet biduò triduove, & clarificetur. Deinde allii accipe partem unã aut aliam, & ſciſſum vino imponatur ad tri-

 duum.

duum, Lunâ deficiente bibatur. Certum remedium.

2. Contra calculum in lumbis urtica ardens contusa cum vino bibe:

3. Sangvis vulpis aut renes, si his ungatur rumpetur.

4. Petroselini semina contusa & cum cervisia mane & vespere bibita, juvant. Item cum aqua petroselini.

5. Chalybs ignitus in Bastart immergatur donec calefiat, & bibatur.

6. Olei juniperi guttæ 5 vel 6. bibitæ cum aqua petroselini mane & vesperi, pellunt arenam, addantur item grana aliquot juniperi.

7. Sinapi potatum cum aceto pellit lapidem.

8. Folia tiliæ lixata & potata pellunt calculum.

Capilli.

1. Ut pili nunquam renascantur, evelle illos, & unge sangvine vespertilionis vel sangvine ranæ parvæ.

2. Sangvisugæ tritæ cum aceto forti si superponantur sicut etiam cinis stipitis caulis, ortum capillorum impediunt.

3. Farina lupinorum apposita facit pilos cadere.

Caput.

1. Caput puſtuloſum lavetur aqua cum camomilla cocta quantò crebriùs tantò meliùs.

2. Folia violarum cum melle trita citò ſanant.

3. Aqua cum foliis quercus & medio ejus cortice cocto.

4. Hepar porci crudum capiti imponatur per dies 20. deinde lavetur aquâ frigidâ.

5. Aluminis unc. 8. cum ſalis unc. 2. ſolvatur in aceto forti & caput inungatur.

6. Abſynthium tritum & capiti appoſitum.

7. Pulvis de formica cum oleo mixtus & ad ſolem inunctus ſcabiem capitis potenter curat.

Dolor.

1. Raphanus minutatim conciſus vertici imponatur & ſub plantis ponatur, dolorem capitis tollit.

2. Accipiat tres pilulas ad inſtar fabæ ex aloe & ſucco caulis.

3. Optimum emplaſtrum ex ſinapi pro dolore capitis tollendo.

4. Faba excoriata cocta & emplaſtrata.

5. Hiſopus torrefactus & capiti appoſitus ubi dolor.

6. Succus plantaginis & ipſa herba trita & cum urina patientis emplaſtrata. Idem de Bugloſſa.

7. Unctio dialiſia in fronte & temporibus longum dolorem capitis ſanat.

8. Fimus columbinus, ſynapi, mentaſtrum, & ſemen ruthæ torreantur, & applicentur. Vel ſemen Draconty corpori apponatur.

Colica.

1. Decoctum mentæ ad tres dies exhibitum prodeſt.

2. Fimus putridus ex ſtabulo, ubi plurimum mingunt torrefactus & cum oleo mixtus dolorem mirè ſedat.

3. Stercus columborum coctum emplaſtratumq́ue.

4. Caro gallinæ vel ueteris galli, cum multo ſale bene coquatur, & per totam noctem in juſculo ſervetur, mane detur calidum.

5, Cornu cervinum uſtum & potatum juvat.

6, Allium cum modico pane ſumptum contra ventoſitatem,

7. Pul-

8. Pulvis coralli cum aqua pluvia ſumptus ante omnia utilis.

8. Succus mentæ, piperis grana octo, & parum mellis mixta bibantur.

9. Umbilicus qui à puero, abſcinditur, ficus quemcunque ventris cruciatum tollit.

10. Succus ex radice lappæ bibatur.

Conſtipatio.

1. Ceraſa dulcia cum ſuis nucleis jejuno ſtomacho comeſta.

2. Circumunge ventrem dicto rorastrum purgabitur.

3. Lardum tritum cum atramento appone ventri.

4. Teſtam mediam nucis reple butyro & pro nocte impone umbilico. Cave tamen diutius imponatur, ne retẽtione deſtruatur.

5. Granum ſalis ſuppoſitum ſolvit.

6. Aqua decoctionis antiqui galli ſolvit.

7. Succus ellebori cum pulvere farinæ è molis mixtus ſiccetur parum cum butyro, ſi umbilico imponatur ſolvit, ſi ſtomacho vomitus ciet.

Dens.

1. Succum papaveris cum vitello ſemi cocto distemperatum appone.

2. Succo ceparum ſi quotidie dentes inungas non dolebunt.

3. Sal-

3. Saltum paſta confectum, & ad ignem combuſtum denti apponatur.

4. Herba dens caninus appoſita denti affecto.

5. Calida ſtercora vaccæ inter linteum appoſita ab extra.

6 Hiſopus bulliat in aceto, & eo dens fomentetur.

7. Radice raphani fricentur dentes & gingivæ.

8. Radix millæfolii masſicata jejuno ore.

9. Dente mortui, tangatur dens.

10. Cornu cervinum combuſtum & contritum inſtaurat gingivas & dentes.

11. Gingivarum dolori medetur ruta in vino cocta & ſuper emplaſtrata.

12. Dentes perforatos ſanat furina nigellæ impoſita.

13. Dens tactus lacte cervinè citius extrahitur.

14. Crematum, piper, abſynthium, mixta apponuntur denti.

15. Dentes corroſos maſtyx jejunè maſticata firmat, purgat & vocis arterias mundat frequenter.

16. Si dentes fricentur radice paſtinacæ, & dolor & vermes tolluntur.

17. Fis-

17. Fissuras labiorum sanat mastyx cum albo ovi crudo mellificato apposita.

18. Cavo denti impleto theriaca lignum fraxini accensum imponitur.

Dissenteria.

1. Lac in quo serum caprinum coctum sit.

2. Theriaca fluxui omni confert.

3. Lac caprinum coctum & bibitum stringit.

4. Lac vaccinum cum ferro aut lapide coctum.

5. Amigdala decorticata & cum melle usque ad nigredinem cocta & jejuno ventre sumpta.

6. Fuligo camini cum flavo ovi mixta, sangvineam curat.

7. Ovum sorbile cum modico sale jejuno stomacho sumatur & ab alio cibo per aliquot horas abstineatur, & sequenti die duo similiter edat. Est certum remedium.

8. Fimus columbinus tritus ac cum fortissimo aceto super umbilicum positus fluxum sistit.

9. Fabæ coctæ & in aceto sumptæ idem præstant. Sedere nudo corpore in lapide calefacto conducit. Cortices glandium coctæ, si bibatur decoctio. 10. po-

10. Poma acerba & agrestia cocta si calidè super ventrem & renes ponantur, & removentur, etiam desporatos dissenteria, aut lienteria sanabunt.

11. Hepar cujuscunq; animalis coctum in aceto vehementer stipat.

12. Panis hordeaceus comestus juvat, maximè si dissipetur cum aliqua aqua constrictiva. Item membrana interior castaneæ cum vino nigro.

13. Semen coriandri potatum juvat.

14. Crematum bonum cum flavo ovi benè mixtum & bibitum.

15. Crematum cum pipere bibatur.

16. Albumen unius ovi agitetur, modicum rasuræ æris addatur & nux moscata, & hoc in vasculo supra calidos cineres frixetur, tum comedatur.

Ebrietas.

1. Hæc impeditur si pulmonem ovis ante cibum assumas.

2. Cinerem hirundinum combustarum bibens non inebriatur.

Epilepsia.

1. Cornu cervi pulverizatum & cum vino bibitum caducos sanat. Sic & cor cervi cum aqua bibitum.

2. Fel

2. Fel ursi cum aqua calida sumptum, sic etiam testiculi ursi comesti.

3. Lac equæ bibitum ad idem valet.

4. Testiculi galli triti cum aqua calida potati.

5. Ova corvi bibita valent.

6. Fimus ciconiæ potatus in aqua.

7. Cingulus de corio lupi gestatus.

8. Pili albi canis à collo suspensi.

9. Stercus cati cum vino potum.

10. Hirundines comestæ epilepsiam tollunt.

11. Cum ceciderit, canis occidatur & calidum fel ejus propinetur.

12. Pulvis muscæ vivæ combustæ.

Facies.

1. Impetiginem tollit ex facie si radicem plantaginis cum aceto & sale teras & coleturâ fricetur locus.

2. Sangvis tauri illinitus facit faciem albam & limpidam.

3. Hepar ovis recens calidum applicatum. Faciem coloratam reddit.

Febris.

1. Grana juniperi in vase fictili novo clauso pane in bono vino coquātur & bene cocta bibentur jejuno stomacho.

2. Stercora anserina in panno lineo ligata coquantur in vase novo fictili cum aqua, & bene cocta bibantur.

Febris continua & aliæ.

1. Oleum rosaceum acetum & album ovi misce fortiter agitando & unge totum corpus exceptis plantis pedum, volis manuum, & vertice capitis.

2. Galli vel gallinæ stomachi pellicula interior, assetur deturque infirmo cum saccaro.

3. Semen sinapis comestum aufert febres si sumatur ante accessionem, pellit quotidianam.

4. Abrotanum tritum & cum aqua temperatum ac bibitum.

5. Cortex sambuci cum aqua calida potus.

6. Semen sinapis tritum cum mulso sumptum hora ante accessionem. Vel semen pæoniæ cum aqua calida.

7. Jecur leporis tritum detur in aqua fæniculi.

8. Stercus caninum tritum & cum aceto sumptum.

9. Urtica minor in sicco ac calido loco nata

nata emplastretur cum sale trita super pulsus brachiorum 6. die accessionis tertianæ.

10. Radix rafani trita cum farina siliginis & emplastrata super umbilicum, donec torsio aut dolor aliquis sentiatur omnem tertianam tollit.

11. Succus pimpinellæ, vel cicoriæ, vel appii in vino ante accessionem sumptus.

12. Tria folia verbenæ, & tres ejus radices in aqua resolutæ datæ ante accessionem.

13. Allium capiti alligatum tollit tertianam & quotidianam trahendo materiam ad exteriora & membra principalia corroborando.

14. Tria grana coriandri in ovo sorbili epota ante Solis ortum post tertium aut quartum paroxismum.

Quartana.

1. Carnes ursi comestæ.

2. Vinum fortissimum in quo cocta fuit agrimonia.

3. Succus artemisiæ, si per triduum tepidus propinetur.

4. Succus plantaginis cum aqua tepida, aut mulso aut melle bibitus duabus horis ante accessionem.

5. Vinum decoctionis salviæ, rosmarini & lavendulæ, piperis grana 40. cum aqua calida omnes febres tollit.

Infixa corpori.

1. Abrotanum tritum cum axungia extrahit omnia.

2. Fimus anserinus appositus lignum & ferrum extrahit.

3. Cinis vermium terrestrium cum melle crudo appositus extrahit ossa minuta.

4. Idem prestat cinis lumbricorum tritus & cum melle coctus si apponatur.

5. Cinis himnænis ustæ cum aceto temperatus.

Juncturæ.

1. Semen & folia urticæ cum adipe ursi tollunt dolorem.

2. Stercus caprinum cum farina hordei & aceto, appositum.

3. Radix altheæ coctæ & cum adipe anatis mixta.

4. Si vermis sit in junctura lumbricum vivum alliga, pellitur vermis moriente lumbrico.

Laterum dolor.

Avenæ pugillum misce cum lupulo & salis aliquid impone & coquantur non multum.

multum, in facculum imponantur & ſupra affectum ponatur latus. Idem poteſt repeti bis, aut ter.

Letargus.

1. Capilli uſti proprii cum aceto inficiantur & modico picis & naribus imponantur.

2. Fumus uſtorum capillorum letargum excitat.

3. Pulmo porcinus calidus capiti applicatus.

4. Fumus galbani cum cornu cervino naribus immiſſus ſuper omnia confert.

5. Fumigium factum de corio hædi, letargicos, epilepticos, mulieres ſuffocatas excitat.

6. Semen ſinapis teratur cum aceto & cum hoc fortiter fricentur pedum plantæ.

7. Tota pellis leporina cum ungvibus comburatur & auribus, & pulvis detur in aqua letargica.

Lumbrici.

1. Semen caulis potatum tollit lumbricos.

2. Si os ſtomachi rodant pone favum mellis in ore jejuno ſtatim aſcendent, ad os.

7. Succus mentæ cum lacte caprino eos necat.

4. In lacte ac melle tinctus bombix fiet suppositorium.

5. Semen portulacæ copiosè sumptum interficit.

Hemoroides.

1. Millefolium bibitum retinet fluxum, & dolores non fluentium sedat.

2. Semen aneti ustum & cum melle appositum curat.

3. Cinis corticum ovorum de quibus pulli exclusi sunt, cum vino datus jejuno stomacho.

4. Salvia inuncta.

5. Si hemor. multum eminent ac dolent, fiat emplastrum super pannum lineum ex pice super inspersо pulvere radicis appii & masticis statim liberat.

6. Inflatas curant folia rosmarini apposita.

Hydropicis.

1. Radix sambuci elixata & bibita.

2. Linimentum de luto communi sanat.

3. Urina propria bibita aut leporis.

4. Adeps delfini marini liquefactus & cum vino bibitus.

5. Pulvis quoq; cum lacte magnetis potatus.

Mor-

Morsus venenosorum.

1. Creber esus ceparum & pororrum venena ejicit.

2. Cerebrum gallinæ sive cor ejusdem appositum. vel assumptum præ omnibus efficax est.

3. Sputum proprium contra venenosa valet.

4. Ungulæ bovinæ elixæ & cum sinapi comestæ omni veneno resistunt, ut opus alio non sit.

5. Stercus capræ cum melle temperatum, & appositum mirè curat omnem morsum venenosum.

6. Semen plantaginis cum vino sumptum.

7. Testa ovi cum succo agrimoniæ potatum, per os educit venenum facilitate mira ex morsu.

8. Agrimonia cum vino potata valet contra morsum serpentis, canis rabidi, vel etiam hominis.

9. Grana juniperi contra morsum serpentis juvant & contra venena multum valent.

Nausea.

Betonica confecta cum melle & sumpta

præ ad quantitatem fabæ, vomitum aufert, nauſeam tollit, curat digeſtionem cibi poſt cænam.

Oculi.

1. Ex fæniculo, verbana, roſis, chelidonia, ruta, facta aqua lumina reddit acuta.

2. Vitelli ovi in aqua cocti, & cum aqua roſacea.

3. Ad dolorem fortem compeſcendum, accipe cinerem caulium foliorum & vitellum ovi coctum, & lac mulieris, & parum mellis oculisque appone.

4. Pulmo leporis citò tollit dolorem.

5. Omne lac mixtum cum vitello ovi & oleo roſaceo emplaſtratum.

6. Betonica trita & emplaſtrata ſanat ictus oculorum.

7. Albumen ovi tepidum oculis appoſitum, dolores extrahit.

8. Oculi cornicis de collo ſuſpenſi ſanant infirmitatem oculorum.

9. Fel perdicis & turturis appoſitum oculis caliginem tollit.

10. Succus rutæ mixtus cum melle deſpumato, caliginem antiquam tollit.

11. Succus abſinthii, lac mulieris, aqua roſa-

rosacea mixta & emplastrata superque oculos posita dolorem mitigat, & maculam aufert.

12. Sangvineum oculorum ruborem de quocunq; humore fuerit tollit absinthium recens tritum cum albo ovi.

13. Pulmo ovis calidus citò sangvinem curat.

14. Oculorum lachrimas exsiccat Betonica, & radices fœniculi si elixentur & aquâ illa laventur oculi.

15. Guttæ urinæ patientis potenter lachrimas desiccant.

16. Fistulam oculi sanat succus plantaginis cum bombice oculis immissus. Si per 9. dies fiat.

17. Malva agrestis masticata cum modico salis, & apposita oculis, fistulas mundificat & carnem crescere facit.

18. Albuginem oculi urina omnis cum melle temperata tollit.

19. Vesicatorium post aures appositum cantharides, aut allium.

20. Argilla apposita capiti aut oculis per lineum pannum juvat, item cervici applicatæ carnes crudæ bubulæ.

Phre-

Phrenesis.

1. Opii, semen lactucæ, & saccarum mixtum cum succo lactucæ emplastretur super frontem.

2. Aperiatur vena quæ est in in medio frontis ut multum sangvinis effluat, dolor certò cessabit. Eodem remedio amentes sanantur.

3. Spongia in calido vino madefacta, mamillæ sinistræ apponatur.

4. Pulegium agreste bulliat in aqua, & capiti raso apponatur, efficaciter materiam furoris extrahit.

5. Castoreo si inungatur facit ægrum quiescere.

6. Calidus pulmo pecoris capiti alligatus prodest.

7. Sic pulmo Hirci in vino.

8. Inungatur frons oleo rosato & sangvisugæ frontis venis apponantur, juvat multum.

Pedum dolor.

1. Violas contunde & sub pede liga.

2. Flavum sulfur lixa in vino forti valde bene, hoc super tumorem & pedis affecti plantam liga.

3. Sordes ciconiæ misce pingvedini porcorum

corum & liga ad pedem vel manum ſi chyragra eſt vel podagra.

Roſa.

Accipe ex canali platearum ſordes eriſipelas fætidas & inter duo lintea extende, linteum hoc applica Roſæ donec ſiccetur inſtar lapidis, hoc ſi ter feceris roſæ calorem extrahes.

2. Sperma ranarum valet, aut diſtillatio ejus ſpermatis, item ſangvis de cauda felis inunctus.

Regius morbus. Icterus.

1. Crocus diſſolutus in aqua & potatus ſanat.

2. Fimus capræ ſylveſtris potatus per triduum curat.

3. Ciceris nigri cocti & comeſti & aqua decoctionis bibita conducit.

4. Succus plantaginis potatus multos curavit.

Sacer ignis.

1. Sal cum oleo toſtum appoſitum ignem extingvit

2. Pili leporini aduſti & appoſiti.

3. Lucii vivi decorticationem ſeu ſquammam applica probatum repetitis vicibus donec ſanetur.

For-

Sermo.

1. Loquelam ſubitò amiſſam ſtatim reſtituit pulegium cum aceto tepido potui datum & naribus applicatum.

2. Pultes ſiliginis cum aceto & ruta decoctæ ſi aperto ore ſorbeantur.

3. Cochlear ſinapi in cerviſia veſperi ſumptum.

Somnus.

1. Ad ſomnum conciliandum valet oleum violarum cum lacte muliebri mixtum.

2. Succus Chelidoniæ naribus infuſus caput purgat.

3. Cinis cornu uſti cervi cum oleo roſaceo fronti inunctus ſvavem ſomnum inducit, & dolorem capitis tollit.

Splenetici.

1. Vinum decoctionis corticum ſalicis duritiem ſplenis mollit.

2. Agrimonia in cibo ſumpta, & pulegium cum ſale tritum & appoſitum.

3. Folia ſalicis cum modico ſale trita & ſpleni appoſita.

4. Decoctio ſambuci radicis uſque ad tertiam partem ſpleneticos curat.

5. Caules crudi cum aceto ſumpti proſunt.

6. Scer-

7. Stercus vaccæ ſiccum, braſica, ovum oleum optimum & ſulphur miſceantur & fiat emplaſtrum.

8. Corallus cum aqua bibitus exſiccat ſplenem.

9 Spleni tumenti applicatur in ſacculo toſta avena.

Squinantia.

1. Radix chelidoniæ trita bulliat in vino, de quo fiat gargariſmus, qui ſiccando juvat, & caput purgat.

2. Verbena trita calideque emplaſtrata, ſæpisſimè deſperatam ſquinantiam curat. Imò experientia docuit ſi verbena ſupra tumores ligetur, illos aperire.

3. Terra hirundinis emplaſtrata tumores faciei & maxillarum diſſolvit.

4. Squinantiam periculoſam himænos veteres in olla rudi combuſti fiant pulvis & cum melle miſceantur ac gula interius ungatur, penna aliqua.

5. Inſtante periculo extrahatur ſangvis inter ſcapulas cum ventoſis, qui multum minuit materiam & oppoſitumrevellit.

Stranguria.

1. Stercus paſſerum cum capillamentis ceparum combuſtus ſimul & epotus.

2. Fimus

2. Fimus bovis cum melle mixtus calefactus & pectori appositus conducit.

3. Pili leporis usti pulverisati & in potu sumpti urinam eliciunt.

4. Ova tepida comesta dolorem renum & vesicæ in tali morbo mire sanant.

5.. Folia vel radices plantaginis omnes vesicæ labores sanant.

6. Radix Rafani efficacissima est, præsertim si coquatur in vino albo, cui admixtus sit pulvis pilorum leporis.

7. Accipe plantaginem minorem cum radice & foliis, contunde & liquorem exprime, hunc mixtum vino, bibe, statim urgebit urina.

8. Accipe rafanum & minutum contunde & liquorem ex eo exprime, & unum aut tria cochlearia ejus liquoris bibe.

9. Accipe album succinum ac minutum in pulverem bibe in vino urinam & calculum expellet.

10. Accipe cepas, has cum calidis cineribus contunde & facto emplastro, applica bene calide inferiori parti veneris ubi vesica est, succedet urina.

Stomachus.

1. Contra dolorem stomachi furfures coquan-

coquantur cum optimo vino albo. Bulliti ſacco includantur & tam calidum ut ferre poſſit imponatur ſtomacho. Tegula calida impoſita rurſus ſaccus calefiat & denuo imponatur præſertim dormienti.

2. Corallium tritum & bibitum dolorem ſtomachi tollit.

3. Menta cum vino calido prodeſt ſumpta.

4. Ciminum bulliat in aceto & acetum bibatur & ciminum edatur.

Tuſſis.

1. Si quis pectus, ſtomachum, nec non & plantas pedum ungat pinvgvedine Lucii & ad ignem ſiccetur tollit tuſſim.

2. Ad tuſſim ſiccam ſanandam accipe ungulam caballi & in rotulas ſcinde, & horum calefactorum fumum patiens bene coopertus per os recipe donec exſudes. Et hoc ſæpius fiat.

3. Contra humidam tuſſim. Sedant avellanæ aſſatæ tritæ & cum mulſo aſſumptæ.

4. Si in aqua bullita cum cineribus aut lixivio pedes teneantur donec tepeſcat, idque ter aut quater fiat.

5. Cremato infunde oleum oliv. & accende miſcendo, & inunge plantas pedum ſemel ac iterum.

Vo-

Vomitus.

1. Betonica confecta cum melle, & sumpta quantitate fabæ sistit vomitum, nauseam tollit, juvat digestionem cibi post cœnam.

2. Artemisiæ radix , folia absynthii & fæniculi simul trita & cum melle tepido potata, vomitum statim continet.

Vulnera.

1. Plantago minor cum millefolio contusa valet ad vulnera recentia & antiqua.

2. Recens vulnus citissimè sanat vitellus ovi cum furfuribus triticeis additis quantũ testa ovi capere potest, sanat & succus urticæ instillatus qui etiam lenit podagram.

Contra pestem. Rec. Rad. Angelicæ, Carlinæ, Zedona, Scordii, Dyctamni Cret. Scorcyoneræ.Sing. dr. 1. Myrrhæ, Mastyches, Aloës Succocitrini, boli armeni.sing. drachmam ß. Lapidis Bezoartici Orientalis cinam. Croci triti sing. Scr. 1. misce fiat pulvis subtilissimus. dosis drachmam 1. cum unc. 1. limonum uniatur. Deinde cum unc. tribus acetosæ aut. card. benedicti. Recens correpti ante somnum sumunt, & iteretur dosis si quis primam evomuerit.

Defluxui in oculos. Rec. Tritici Manipu-

pulos duos,ſalis unam, infundantur vino albo in vaſe cupreo, ut vinum ad duos digitos ſupernatet, tegatur vas, & relinquatur per 6. vel 7. dies donec liquor colorem viridem acquirere incipiat, ſæpiùs autem de die commoveatur ſpatulâ ligneâ, tum liquor per chartam bibulam coletur. Hujus gutta una inſtillatur oculo.

Loquelam ex lapſu amiſſam reſtituit pulvis de Enula ſupra nucham poſitus.

Palpitationi cordis bibat, tres unc. aquæ Bugloſſæ.

Emplaſtrum pro ſplene affecto. Rec. Flores Geniſtæ recentium manip. tres. coquantur in ſufficiente aqua chalybata clauſo vaſe donec molleſcant. Poſtea per ſetaceum trajiciantur, & adde. Gummi Ammoniaci in aceto ſoluti unc. ſſ. ungv. dialtheæ unc. 1. Mucilag. ſem. Lini, Fænigræci, ſing. cum aqua violar. extract. unc. 1. ceræ novæ q.ſ. fiat maſſa.

Pilulæ purgantes caput ac ſpeciatim oculos. Rec. Maſſ. pil. lucis Maj. Ol. de ſuccino Crat. Res. Scamoneæ, ſing. dr. ſſ. Extract. Hellebori nigri Trochiſc. Alhhãdul. Succini præparati ſing. ſcr. 1. Pulv. Zedoar. Valerian. ſing. dr. ſſ. Ol. fæniculi per diſtill.

gutt. 12 ſp. fænic. fiant pil. ex ſcrup. ſeptem doſis 9. vel 11.

Paralyſi album ſynapi cum camphora in cremato miſcetur, & fit unctio ſpinæ dorſi, & occiput in bibulæ chartulis integatur. Corrupto ſemine dum pars quæ illud continet tumeſcit & febrim inducit. Priùs pars affecta foveatur per triduum calidisſimo vino Italico in quo rubræ roſæ decoctæ, videatur deinde ne pondere attrahat humores, tum ungatur æqualiter ſumptis oleis myrtillorum & cydoniorum, effluet cum urina ſanies fætida.

Tumori pudendi apponitur empl. ex balſamo vulnerario quod deſcribit Pharmacopæa Auguſtana.

Colicæ prætens lapillos auratæ fluviatilis contere ac quantum capit apex cultri in cerviſia calida exhibe.

Læſo ventriculo cùm accidit dyſſenteria ſumatur cum cremato dimidium cochlear eſſentiæ trium piperum, quæ ſic paratur Rec. piperis, albi, nigri. longi, ſing. unc. duas Fl. roſar. unc. ſſ. Fl. Lavendulæ dr. duas. Cinnamomi dr. 1. concidantur, & in quarta cremati infundantur, atque in loco calido maneant. Eadem eſſentia conſumit ſi quid crudi devoratum. Empl.

Empl. contra calculum in renibus, arenas. Rec. Mucilag. ſem. alth. Cin. Fænigræci ſing. dr, ſſ. Medull. crur. vitul. pingved. gallin. ſuill. taxi anatis ſing. dr. tres. Reș. pini, terebint. ſing. unc. ſſ. Ol. ſcorp. amygd dulc. ſing. ſeſqui unc. chamomill. unc. duas ceræ q.s. fiat empl. molle renibus applicandum ne tangat ſpinam.

Debilitati lienis. Laterculum bene igni calefacias, & fortiſſimo perfunde aceto, raphanumque nigrum in orbiculos conciſum ſuperpone, ac lieni applica.

Tibiarum & pedum vulneribus, imò & aliis. Recipe. Ol. lini. lib. 1. Minii lib. ſſ. coque ad conſiſtentiam ac ubi refrixit, adde camphoræ dr. 6. fiat emplaſtrum.

Pomum caſtitatis. Rec Recentem Rutham, mentham, criſpam. Fl. nymphææ albæ, ſem. agni caſti. Rad. ireos ſatyrionis flaccidiores quæ decreſcere ſolent decreſcente Lunâ (Duo enim bulluli adnaſcuntur ſatyrioni, qui plenior & humidior, hoſtis eſt caſtitatis: qui minor, flavidior, aridior, eſt amicus) Santali albi pulveres ſing. unc. ſſ. camphoræ dr. 4. Herbæ & radices collectæ ſiccentur in umbra, pulveriſentur, & cum ſufficienti ſucco ruthæ in quo

prius camphora est dissoluta in massam crassam reducatur, quæ postea cum mucilagine tragoganthi formetur in pilam.

Pilulæ Francofurtenses. Rec. Aloës succocitr. pulverisetur, affunde aquam ex flor. violarum ad eminent. digitorum 4. pone in calido BM. & claude vas optimè maneat sic per triduum donec aqua tingatur, & sic procede cum nova aqua, priorem decantando, donec totam tincturam extrahas. Aquas deinde tinctas evapora ad spissitudinem mellis, tandem adjice par pondus succi violarum, & fiat inspissatio ad pillularum consistentiam, formantur ex drach. pil. 60. & sumuntur initio cœnæ cum jusculo vel cervisia 30. vel plures, plurimis malis sunt utiles.

Emplastrum Norinberg. pro ulceribus, vulneribus. Rec. minii, ol. oliv. sing. lib. ß. Gummi galbani, ammoniaci, bdellii. sing. unc. 2. mastichis, myrrhæ, olibani unc. 1. Herbæ, & radicis consolidæ majoris, sing. unc. sex. Camphoræ unc. 2. ß. fiat empl.

Aridis membris. Rec. Pyretri unc. 4. coque in bono vino donec dimidium exhalet, adde ol. oliv. lib. 1. coque oleum novum affundendo, fiat unctio. Vel adipem canis,

canis, hirci, ursi, dialtheæ, partes æqv. solve ad ignem & unge.

Febris tertiana sanatur. Conchulæ Stagnorum in aceto fortissimo per triduum vel ampliùs jaceant, tum setaceo aurifabrorum pars nigra abradatur, & siccentur, ponanturque in novo fictili & sepeliantur in carbonibus donec albescant instar nivis, & in porphyrite conterantur, dosis. Pro robustis drachma : pro debilibus semis. dimidiâ hora vel ampliùs ante febris accessum.

SECTIO XI.

Examen & Revisio rei Agrariæ.

Agetur. 1. De Visitatione prædii. 2. De Revisione rerum juxta Inventarium. 3. Examen Factoris. 4. Examen Fructuum.

SUBSECTIO I.

De Visitatione prædii.

1. An juxta inventarium omnia sint integra ?

2. An ædificia salva, hara, stabulum, aula, horreum, &c.

3. An benè agri stercorentur, arentur, seminentur ?

4. An

4. An ſeminatio ſuo tempore fiat, in terra culta, quantum ex quovis ſeratur, an in locis depresſis ductæ ſint foſſæ, quis ſeminationi attendit?

5. Olera quæ, quantum eorum, an ſuo tempore ſata, purgata, collecta, ſervata, ſeminaria facta, quantum ſeminum. Olera an in foliis ſiccis & arenoſis depoſita?

6. Prata an ſuo tempore & ſereno ſecta, ſiccata, quantum collectum &c. quæ de pratis diximus. Quibus operariis, an aliqua elocata.

7 Coloni an ſuum munus impleant, cenſum an reddiderint, an laborent extraordinariè, an alibi, an pro pretio,, an benè res ſuas domeſticas adminiſtrent, araverint, ſeminaverint, habeant pro his inſtrumenta, domum bonam, horreum, hortum, pomaria, agros elocent, damnificent res Domini, prata, hortos, ſylvas, ſtagna. An cuſtos aulæ ſit diligens?

8. Quantum ex quovis frumento creverit, quid trituratum, quid expenſum, quæ probatio facta?

9. Rationes recipiantur ex oleribus, ſeminibus, pomario, braxatorio, cremato, caupona, porcis, bobus, ovibus, coriis, ſevo,

vo, ſiliquis, fece. vellere, equis, melle, cerâ, lupulo, filis, tela, trajectu, glandibus, reditibus Reipubl. quid ex præteritis rationibus reſiduum?

10. Quæratur an Factor diligens, ſobrius, an mercator, ludis & amoribus deditus, familiaris in taberna ruſticis, dimittat illis labores, ſylvas viſitet, vaſtet?

11. In pomariis an ſemper aliquid de novo plantetur, an in Mart. vermes collecti, ſiccati fructus facti ſicci. Sepes quomodo ſe habeât?

12. Lupulus an plantatus, collectus, ſervetur clauſus, quantum ſit illius?

13. Braxatorium an continuò ſuppeditet tabernæ, cerviſia ſit nimis tenuis, quot cocturæ factæ, quantum ex illis ad aulam & tabernam datum, an braſium in Martio, Caupo aquam cerviſiæ affundat, menſuras falſas habeat. An braſium clauſum ſervetur ne evaporet, idem eſt de cremato? Conferantur impenſæ cum expenſis.

14. Porci altiles quot ſint, quam pridem clauſi, & aſſignandum qui vendi debeant.

15. Quot vaccæ, ſenes, juvenes, an macreſcant præcipuè circa adventum. Quando pepererunt. Vituli quot ſunt, an caſtrati, an ablactati ante ſeptem hebdomadas, ſi qui mortui ubi pelles?

16. Oves an purgentur herbis decrescente Lunâ, agni quot castrati, an tonsi suo tempore, quantum velleris, qui vendendi.

17. Cujusque loci ac personæ relegendæ leges & videndum an observentur?

18. Galli, Anseres, Indici, numerandi. videndo quid accesserit, item qui dati ex censu quorsum devenerunt?

19. Filatio an opportunè distributa, quantum cujusque rei textum, dealbatum?

20. In sylvis an fiat damnum, quo loco, qualia ligna, in cujus usum cæduntur?

21. Molæ. An seminet molitor agrum, an reparet aggeres, tecta, palos, cataractas, mensuræ an clausæ habeantur, quot porci aluntur, quanti proventus? An aqua cum periculo defectûs dimittatur, an piscetur, capiat castores, lutras, glaciem hyeme aperiat? An supellectilem necessariam habeat.

22. Videnda etiam in aula spectans ad agrum supellex, an sit omnis, an integra, & quantum in eam expositum: tum quid hyeme factum?

23. Stramen, paleæ, an alicui donatæ, venditæ?

24. Alvearia an in vere purgata, cera ubi ſit quæ erat mellis vacua. An alvearia pro hyeme in alium locum tranſlata, quæ examina & quâ diligentiâ collecta, an ſereno tempore lectum mel, quantum, quid apibus relictum eſt inſpiciendum, an fuerit cuſtodia, quantum ceræ ?

25 Circa equorum gregem quæ cura, quot hinnuli, quot gravidæ, ſi mortui, ubi pelles, an ſignati, an hyeme ſeorſim ab equabus ?

26. Audiendæ querelæ publicæ, damna, debita, vaſtationes in agro, ſylvis, horreo, pomario, hortis, apiariis. Circa ſtagna, prata, ædificia, ſepes, itinera, vias, pontes, labores, tributa, cenſus, & negligentiam ſubditorum circa ſuos agros.

27. Limites revidendi, prata, lacus, pagi, homines, familiæ an ſolutum, an totum detur, & quomodo illa ſatisfacit ;

28. Conferendus præſens annus cum præterito an augmentum vel diminutio facta in horreo, hortis, pomario, hara, ſtabulo, avibus, & quare diminutio ? Si error factus quomodo illi deinceps occurendum: ſi augmentum factum, notetur ea induſtria quâ factum eſt.

29. Interrogandi seorsim singuli subditi circa Factorem, sed non facilè credendum, quomodo se gerat, an occultè aliqua transferat aliò aut divendat, hospites frequentes habeat, sit ebriosus, frequenter absit? quoties & quò vecturas imponat, ubi laborent, & quid? An alii subditi sunt vitiosi, damnificent, quæ damna fiant? quæ commoda possint esse, an recursus ad Dominum impediatur?

30. Industriæ circa Oeconomiam. Examina an sint justæ? an satis muniti loci in quibus res asservantur? quis modus in pœnis. An Factor officialibus attendat. An aliqui ex subditis valdè sint egentes?

SUBSECTIO II.

De Revisione juxta inventarium.

1. Aula. An talis ut inscripta, in ingressu porta, portulæ, sepes, cardines, unci, seræ, pessuli, catenæ? &c.

2. Hypocausta quæ ex muro, ex dolatis, aut non dolatis trabibus, cameræ, cancelli sive clathri, dispensa, fenestræ cum plumbo vel sine, valvæ, camini, almana, portæ arculario opere, fibulæ murorum, pessuli, seræ, unci, catenæ, repagula, scamna, fornaces, pavimentum, tabulatum &c. An omnia integra.

3. For-

3. Fornix, culina & ejus ſupellex, piſtrinum cum ſingulis ſuis partibus.

4. Puteus qualiter munitus, qualis ciconia, urnæ, catena an tot orgyarum, anthlia, canalis.

5. Granarium qualiter munitum, diſtinctum, inſtrumenta illius?

6. Stabulum. An benè locata, & integra præſepia, ſcalæ, tectum, pavimentum, clauſura, mundities, aquæ commoditas, fimus non adjacet parietibus qui illos putrefacit?

7. Locus pro curribus, & ipſi currus cum ſuis partibus, præparamento pro novo.

8. Prædii, quale ædificium, furnus, piſtrinum, camini, pro vitulis præſepia, ſcalæ, pro vaccis vaſa & pro lacticiniis, pro iisdem ſcripta qualis, pro caſeis domuncula, gallinarium columbarium.

9. Balneum, ejus fornax, labrum, caminus, vaſa.

10. Alvearia quo loco, quot plena, tectum illorum, clauſura, ſepes.

11. Braxatorii quale ædificium, ingreſſus, ſepes, tectum, locus ſub tecto, vaſa, dolia pro braſio, ahenum, focus, urnæ, cochlearia,

chlearia, amphoræ, corbis pro lupulo, secures, infundibula. Brasiatorium, & ejus fornax.

12. Locus in quo distillatur crematum, ahena cum tubis, vasa, dolia, infundibula, hydriæ, tectum.

13. Cellarium quo situ, quales gradus, trabes, &c.

14. Ovilis ædificium, præsepia, sepes, scalæ, porta, tectum. Oves, fœtæ, steriles, quot albæ, verveces.

15. Pecora quot cujusque coloris, tauri, boves altiles, laboriosi. Idem de equis, qualiter habentur?

16. Quot sues, quales porci, ædificium haræ.

17. Gallinæ, anseres, indici, capones.

18. Horrei qualis ingressus, porta, sepes, tecta, frumentum, stramen.

19. Agri quid & quantum in quovis potuit seminari, & an seminatum, qui deserti, quare?

20. Horti. Quid in quovis satum, neglectum, quis ingressus, seges, portæ, quæ plantæ, areæ, viæ, vasa, umbracula?

21. Pomaria, quanta, quod cujusque speciei arbores.

22. Lu-

22. Lupuletum quod ſtipitum capax, Prata.

23. Stagna quando impleta, vacuata, cataractæ, aggeres.

24. Molæ, quot rotarum, agger, rota pro pultibus, pila fullonica, lapides, ciſtæ, menſuræ, ligna, ſacci, molæ adjuncti agri, prata, horti, pontes.

25. Supellex agri, aratra, occæ, fræni, funes, carpenta, currus, ſecures, ephippia, pix.

26. *Sylvæ*, apes, aptæ pro ædificio arbores, glandes, arbores limitum.

27. Limites, foſſæ viæ, lapidum cumuli.

28. Pagi, quot & quales domus, tabernæ, numerus & nomina ſubditorum, eorum cura, libertates, tributa, labores, officinæ, Artifices,

SUBSECTIO III.

Examen Factoris.

1. An juſtè, & probato ſemine agros conſeverit?

2. An aliquibus ſubditis labores dimiſerit?

3. An labores ſubditorum ſuæ utilitati accõmodaverit, aliis elocaverit, donaverit.

4. An

4. An pro se agros desertos severit?

5. Sub quali mensura receperit, & extradiderit frumenta, & qualiter tributa à subditis.

6. Quantum postremorum frumenti remansit, quò devenit?

7. An loco tributorum dona acceperit?

8. Quantum fænum vendidit?

9. An collectas in bonum publicum pecunias, in privatum suum converterit?

10. Rotæ seu incisuræ examinentur an conveniant.

11. Quantum frumentum venum vexerint singuli subditi examinentur, & quantùm universim venditum?

12. An in prædio frumenta sint vendita, vel alienis curribus ex illo avecta?

13. Examinetur mensura aulica & loci in quo frumentum venditum.

14. Quantum frumenti conversum in brasium, & quantum brasii receptum, nam quatuor modii frumenti dant quinq; brasii.

15. Quomodo brasium ex brasiatorio & qualiter germinans receptum? cum quo augmento?

16. Quoties cervisia cocta, quot modii brasii pro qualibet vice accepti, quantum in

inde cervisiæ? utrum ex quavis coctura, & quantum pro se acceperit Factor, & an quod erat optimum. Quantum ad tabernas, quantum inter subditos per dolia distributum?

17. An in aula sit venditum crematum, tabacum, cervisia?

18. Caupo exhibeat notas cervisiæ perceptæ, & conferantur cum notis Factoris?

19. An tributa realia rebus aliis, & quibus, an pecuniis redemerint?

20. An alicubi frumentum Factor absconderit?

21. Quantum Factori datum & à quo pro agris, pratis desertis.

22. An apud subditos pro Factore aliquid triturabatur, parabatur brasium, crematum, vel aliud, vel alibi, quid, quantum?

23. Quantum lignorum, fæni, lini, ad civitates deductum, & ubi repositum?

24. An Factor coëmerit frumentum, linum, &c. quantum.

25. Dum res Domini ad civitatem deveherentur quantum ex suis Factor addiderit, scilicet lini frumenti &c.

26. Quantum cremati elaboratum, quantum illius caupo ex aula accepit, notæ conferantur.

27. An

27. An ſolverint ſubditi omnia juxta inventarium.

28. An in proprio curru Factor aliquid venale ad civitatem vexerit, ut crematum, butyrum? &c.

29. Supellex an pecuniâ, an ſubditorum labore comparatur?

30. An factor pecora ſua Domini pabulo ſaginaverit, quot equos ac boves alat?

31. An plures famulos & famulas alat, & utrum in ejus uſum fila ducant?

32. Quot operarii quotidie in aula laborarunt?

33. Quot coloni ſingulis hebdomadis educebantur? Cur non totum frumentum trituratum? Cur hyeme non devectum ad locum debitum?

34. An paleæ, an ſtramen venditum?

35. An tributa & onera ſubditorum aucta, & non inſcripta, an in gratiam Factoris aut villici laborârunt ſubditi? Si pro modis ſiliginis accepit duos avenæ v. g. & an hoc ſit in Rationibus?

36. Quæ mulctæ, & quantæ imponebantur ſubditis, & utrum inſcriptæ?

37. An pecora Domini Factor permutarit, vendiderit. Venationes, piſcationes, aucu-

aucupia instituent, quid, quantum captum.

38. Quot porci, porcelli, cæsi, quomodo saginati.

39. Quantum mellis ex locis singulis collectum. Quid subditi hyeme confecerint. an in negotiis & laboribus Factoris occupati?

40. Quò fœnum subditi suum & aulicum devexerint.

41. An laboraturi cum animalibus, pedestrem laborem fecerint? & cur?

42. An Factor subditos coëgerit ad mutanda secum pecora, & ad res sibi vili pretio vendendas, ad cervisiam majori solvendam? An cùm reciperet tributa etiam aliquid pro labore suo exegerit.

43. An Factor pro se filandum linum distribuerit, saginandos canes, gallos, boves, quot? quantum lini in subditos distribuit conferatur cum filis.

44. Quò fæces, furfures, siliquæ, cremati rejectamenta devenerint?

45. Utrum frumentum fœnum, stramen suo tempore venditum?

46. Quantum butyri, caseorum, olerum hortensium fructuum pomarii sit collectum,

ubi & quomodo ſervetur? ſimiliter & alia examinentur.

47. Quod augmentum in re quavis factum. Quot pecora, & quare mortua, quot feræ captæ, pelles proferantur? Plumæ anſerum, lana ovium, coria boum, cera, ſævum.

48. Quantum fructuum ſiccatorum, quid venditum recentium: quid herbarum caulium, & quantum de quovis ſatum & collectum, & cur non plus?

49. Quæ damna in ædificiis, feneſtris, fornacibus, vitris, ſellis, tectis, &c. & quomodo ſuccurri poteſt?

50. An Factor ſuum frumentum vilius meliori aulico miſcebat, & purum pro ſe recipiebat?

51. An canes venaticos, aves alat, & quo, an ad ſuam venationem traxerit ſubditos.

SUBSECTIO IV.

Examen Fructuum.

Circa ſingulos fructus ſeu proventus inquirendum quantum ſatum, collectum, ubi ſit: an præteritum annum ſuperet? Hæc in tributis data.

Sili-

Siligo	Triticum	Hordeum	Avena
Pisa	Hagecum	Millium	Linum
Canabes	Papaver	Lupulus	Stramen
Purgamenta	Paleæ	Siliquæ	Prata
Fænum	Semina	Molæ	Asseres
Pannificium	Equi	Hinnuli	Boves
Oves	Verveces	Arietes	Porci altiles
Sues	Capræ	Anseres	Pavones
Indici	Gallinæ	Capones	Mulctæ
Lana	Coria	Casei	Butyrum
Lardum	Adeps	Succidiæ	Ova
Pennæ	Plumæ	Pisces	Horti
Linum	Canabes	Cepæ	Allium
Caules	Pastinaca	Siseres	Petroselinum
Betæ	Ursibranca	Cucumeres	Raphanus
Nasturcium	Rapa	Rapastrum	Synapi
Lactuca	Stagna	Lacus	Vitraria
Ferraria	Pomarium	Fructus	Apes
Columbi	Fungi	Boleti	Pyra
Cepæ	Pruna	Manna	Brasia
Cineres	Scandulæ	Carbones	Querni cortices
Cleopissa	Pix	Telonium	Pontalia &c.
Lupi	Accipitres	Nisi	Feræ
Angvillæ	Secamenta	Locationes	Nuces, Cancri &c.

SECTIO XII.

De Agrorum Dimensione.

HAnc in Geometria nostra practica dedimus neque hîc repetemus.

Denique.

Partibus aliis addidimus particularia quia res in illis sub communi ratione tractabamus, quod in hac parte non fecimus: ne tamen hîc

nihil præstemus, particularia quædam ad diversas partes spectantia, quæ suis locis ob certam causam omisimus, subjungemus. Priusquam tamen ex agro discedamus cantu nos agrario post curas agrestes recreemus. Canent fistulâ pastoritiâ Lycidas & Thyrsis assumpto in Georgici carminis materiam nato Bethleemi Colono (Jerm.14.) *sed quam ex Sycheno & Mæri ediscent.*

ECLOGA.

Lycidas, Thyrsis, Sychen, Mœris.

Lyc.

Quæ nova pacato volitãt spectacula cælo?
Scena coruscantes moto velamine pompas
Et reserat claros operosa in valle nitores?
Phæbus Apollineo ruit ore serenior, aurum
Purius, & flavæ dispensat munera lucis.
Quin sine nocte dies, rutilus sine nubibus æther
Ridet, & augusto præclariùs ardet in ostro.
Nescio quid magnum (ni fallunt sidera mentem)
Fata canũt, nostras signãtq; ostenta per oras.

Thyr.

Aut ego mentitâ deludor imagine veri,

Et

Et denſas medio patior ſub ſole tenebras,
Aut nova lux cæli ridentis, & aureus axis
Feſtinata notat plaudentibus omina terris.
O ſua ſi nôrint, circum eluvione beata
Gaudia Paſtores undantia! pace ſequeſtrâ
Feſtivos agerent pacata per otia ſoles.
Vos tamen hinc rapitis quonam veſtigia greſſu
Nobile par Juvenum? quis ſermo? quæque perennis
Vena voluptatis riguo beat ubere mentes?
Qualis anhelantes urget cura? alite pennâ
Ventorum huc actos, quiq; impiger ardor adegit
Linquere lanigeros per mollia paſcua cætꝰ?
Aut vobis riſit nuper clementia cæli
Nube, vel optatam rorârunt aſtra ſalutem,
Eia agite, in medium feſtos deponite ſenſus.

Lyc.

Si cæli communis amor, patriſque penates,
Si quidquã poſſunt ſociatæ in fædera dextrę,
Paſtorumq; genus, pariles q́; in vota labores,
Ne pigeat ſociis liquidisſima promere ſenſa.

Sychen.

Vulgârat quondam venturi præſcia veri
Fama inſtare diem, quo ſpes fidisſima nobis
Non defecturam radioſo in ſyrmate pacem

Inveheret, totis feliciaque omnia terris.
Rustica quin proles sinceri gaudia sensûs
Auspicib9 stellis, flam̃asq́; hauriret amantes,
Jam fatum agnosco, viden, en monumenta supremæ
Lætitiæ sub fronte patent: incendia cordis
Aggere frænantur nullo, se prodit in ore
Quidquid curarum mens sobria pectore versat.
Præco animi vultus, dum corde interprete pandit
Gaudia; nequidquã contexunt ora loquelas.

Lycid.

Fare age jam Pastor, tantarum exordia rerũ,
Pluribus innectens quid spes & vota lacessis?
Ceu cùm Phæbeis objecta nivalia flammis
Vellera deciduo paulatim rore liquescunt:
Sic mihi quærenti venturæ oracula sortis
Sensim corda liquent, dum verum ambagibus abdis.

Thyrs.

Me quoq́; sollicito nimiùm spes anxia morsu
Vellicat, ingentesq́ue movet sub pectore curas,
Qualiter infesti per mille pericula ponti,
Scyllæosq; canes, scopulosaq́; saxa charibdis
Sæpiùs adversam jactatam Aquilonibus alnũ
Litto-

Littora recta premunt, bipatentis & ostia portûs.
Tu modò, si quis amor, cognataque vincula tangunt
Ne desis votis dum fata secundat olympus,
Primã age lætitiæ referas ab origine causam.

Mær.

O utinam tempus! quo non felicius unquam
Nec lux aurato splendore superbior ivit,
Promere communis sineret præsagia sortis!
Questibus ipse reor lacrymisque per ora volutis,
Quas tamẽ eliceret sincera è corde voluptas,
Attonitam ferres mira ad spectacula mentẽ.
Nos aliò pia cura vocat. Sol plura parantem
Nectere sollicitat, revocatque ad munia dextram.
Interea gelidâ Boreas dum sævit ab Arcto
Ducite cornigerã per frondea pabula prolẽ.
Fortè dies aderit nostris accommoda votis
Lætitiæ alternare vices, & amara calentis
Cùm dabitur nobis reserare incendia cordis.

Thyr.

Arte novâ ut video deludis vota, sagaces
Callidus occultare dolos, & vertere sensus,
Quid juvat ancipiti solatia condere nube,
Rursus & in longum nostros producere amores,

Nul-

Nulla dies animi vulgandis crede latebris
Aptior est, propriâ quã quæ se luce colorat,
Esto mihi interpres felicis ut ominis author.

Lycid.

Heu canimus surdis vocemque affundimus auris
Multa puer fundo simulans, & multa tacẽdo
Rem tacitus retegit, mox occulit, inscia fraudis
Mox parat effugia, & quos explicat, implicat astus
Ergo age dũ querulo ventos incendere fletu
Nec cælũ absistos tamẽ irrita vota precantis
Nec quidquam evincunt, sat concita tela minarum
Addere & insvetis implere fragoribus auras.
Per caput hoc juro, per amica silentia noctis,
Per Triviæ sidus, perque aurea lumina Solis!
Caligenas testor, nulla est aut montibus altis
Vallibus aut imis statio, quæ tuta legentes
Præpetibus pennis nemorosa per avia gressꝰ
Vos rapiat nostris irarum ultricibus armis,
Nec poterunt refugas aliò deducere plantas
Ni priùs expediant quid Fata novissima portent.
Cinge age Thyrsi latus fortè extorquere juvabit,

Verbe-

Verberibus duris, nequeunt quod amantia
verba.

Mær.

Siſte fremens animis, nec nos violentiùs alto
Vulnere dirarũ ferias. Amor omnibus idem
Arma arcere armis, & tela repellere telis.

Sych.

Quãdo autẽ ſitibũda hæret ſpes indita cordi
Auſpiciis Divûm, cæliq; probantibus aſtris
Edita fulgentis ſpectacula dicere noctis:
Pronus ad obſequiũ nõ vi ſed amore coactus
Vota ſecundabo jactantem inſana furorem
Arceat orta quies. Tumidus deferveat æſtus.
Pax prior horrificos jã diſcolor iride nimbos
Pellat, & irati minitantia fulmina cordis.
Mutua pax animos ſociali fœdere jungat
Aurea dum terris cum pace renaſcitur ætas.

Lycid.

Me tantùm infractas adverſa in prælia vires
Explorare tuas credat, nam nomina Martis
Vix didici, pacem ſecura per arva ſecutus.
Incipe jam rerum miros evolvere caſus.

Sych.

Non audita priùs Superæ fauſtisſima ſorti
Fuſa redordiri incipiam, quæ nocte ſilenti
Conſpicienda dedit placidi indulgentia cæli.
Villarum turritus apex, & ſumma domorum

Culmina disparent, cùm nox circũflua nigris
Umbrarum pennis, aërisq; invecta quadrigis
Svadebat pecori sõnos, pecorisq; Magistris.
Mira quies campis, & mira silentia sylvis.
Nullus ab axe sonus, spirabilis aura susurri
Nulla soporiferam turbabat murmure pacẽ.
Credideris cælo sociatas fœdere terras,
Usq; adeò placido complectẽs omnia vultu,
Aurea pax, geminũ devincit amoribus axẽ.
Cũcta triũphanti subitò cum fervere plausu
Audio, surgentes per frondea tecta volucres,
Ingeminare melos, parvo reboare sub antro
Palantum pecus, & festos latrare molossos.
Tum juga, tum sylvæ, latoque argentea rivo
Flũina festivi dederunt monumenta triũphi.
Ipse ego blandisonæ ut discã miracula terræ
Egredior caulâ, lux circumfusa micanti
Gurgite flam̃arum radiisq; nitentibus ardens
Intempestivam claraverat æthere noctem.

Mær.

O decus umbrarum insvetum, & radiantis honores
Noctis inaccessos! roseæ quæ fulgure lucis
Vincis inextinctos, proh quantum Hyperionis ignes!
Dum pro Sole Deum profers, pro lumine Numen.

Sych.

Sych.

Protinus ardentes ſine Sole remotior auras
Inſcius inferret quænam ſpectacula cælum,
Dũq; mea in varios tẽdit mens pervia tract9,
Prodigiũ inſolitũ,& non enarrabile monſtrũ
Suſpicio, liquidũ glomerare per aëra greſſus
Aligerum turmas, modulantibus undique
plectris.

Lyc

Quàm benè ſolertis mendacia promere
fraudis
Mens didicit Lunæ tremulos creſcentis ad
ortus:

Thyr.

Quàm benè captanti nocturna per otia ſõnos
Janua candentes reſeravit eburnea poſtes!
Et luſtrãda dedit tenebroſa inſomnia cordi!

Sych.

Ætas (ſi neſcis) veneranda volubilis ævi
Haud alit innocuo mentitas pectore fraudes.
Cana fides animis ut cani in vertice crines
Inſidet, & vera ſine nexibus omina pandit.
At modo quæ referã majori incenſus ab æſtu
Numinis auſpicia & cæli mirabere pompas

Mær.

Janua conſpicuos prætendere cornea poſtes
Et viſa eſt animis oracula pandere veri.

Mens

Mens quæ Phæbeis se proluit ignea flammis
Est ignara doli, pellacis & inscia fraudis.

Lyc.

Pergite quæ species animo obversata recursat
Dum scintillantes potâstis in iride flammas
Et patuère sacri proscenia mira theatri.

Sych.

Qualis ad insoliti portenta novissima casûs
Assolet ancipiti curarum in nube videri.
Nam licet abreptā per vera insomnia mētem
Lux beet, aspectusq;, tamē mortalibus impar
Luminibus, pavidos in pectore suscitat æstus.
Terremur visu, perculsa timoribus horrent
Corda, retūduntur concreto sangvine vires.

Mær.

Et mihi (quis credet) pavor alta silentia lingvæ
Pressit, & arrecti riguêre in fronte capilli.

Lyc.

Ast ubi tempestas curarum ex æthere mētis
Pulsa, serenatū mulcent quæ gaudia pectus?

Sych.

Qualia Vere novo per prata virentia rident
Dum pubescentis genitrix felicior anni
Germinat in stellas, flāmantisq; æmula Solis
Frontis odoratos jacit ambitiosa nitores

Mær.

Mær.

Qualia pacatis cæli irrorantur ab astris
DumSol flam̃ivomos aurata ad frena jugales
Compulit, & roseæ diffudit semina lucis.

Sych.

Ecce autẽ extemplo juvenũ de millibus unus
Nuncius Ales adest, celeri velocior Euro,
Olli dulcè rubens, Tyrisq; infecta colore
Fulgurat innocuis effulgens purpura labris,
Et geminus Titan rutila sub fronte renidet.
Picturata chlamys quam puro intexuit auro
Phæbus, eburneolos umbrat diffusilis artus
Quin crinale aurum, pretiosa monilia collo
Fingit, inaccessum capitisq; coronat honorẽ.
Ille ubi se nobis propior dedit ore videndũ
Talia commemorans verbis solatur amicis.
Cara Deo soboles, & pignus amabile Divûm
Pastorum genus, astrifero placidissimus ore
Cui polus arrisit melioris origine lucis.
Curarum anxiferos tremebundo pectore fluctus
Pone, renidentis teritur tibi candida fati
Orbita, primævoq; ætas non degener auro.
Ipse ego venturi non fallax ominis auspex
Gaudia nectareis latè manantia rivis.
Astrigera de sede fero, certamq; salutem
Quam nuper sociæ fabricavit in iride pacis

Man-

Manſuramq; dedit faber ingenioſus amoris.
Itè alacres quò fata vocant, quò divite luxu
Allicit undantis pretioſa opulentia cæli.
Maturate viam celeres, properare juvabit
Bethlemium ad callem, & male fulta mapa-
lia rupis.
Hic ubi mortalis trabeatus cyclade formæ
Virgineo nuper partu ſub luminis auras
Prodiit æternæ moderator maximus aulæ.
Ille DEUS tonitru qui olim tremefecit
olympum,
Felix ſorte ſuâ, & ſolo ſe numine lætus,
En Puer, en vagit, lacrymisq; per ora liquatis
Plorat amare, & amari, & amat, neque, ſic
ſed amatur,
Major Matre Puer, ſuperoq́; æquævꝰ Am ri,
Nec Genitore minor, regali à ſtirpe creandũ
Quem totidem quondam cecinêre oracula
Vatum,
Factus Homo eſt, veſtræq́; haurit commer-
cia lucis.
Quare agite ò celeres, anguſti limina tecti,
Antra habitata Deo, exeſaſq́; inviſite cautes.
Non illum aſtrigero fabricata palatia cælo
Sublimesq́; lares ſervant, non lucida nodis
Faſcia ſtelliferis, radiataq́; veſtis inumbrat.
Qui quondam thalamum potuiſſe in ſede-
curuli Dici-

Dicitur, & rigidas insedit Sponsus aristas.
Quiq́; olim sessor Zephyris laxabat habenas
Jam Boreæ jacuit data præda furentib9 auris.
Ferte citi flores, calathis date lilia plenis,
Albentesq́; agnos, pressiq́ue coagula lactis.
Pura placent Puero, si purâ mente litetis.
Sic ait, & motas pennis pernicibus auras
Dissecat, & nostros secũ rapit altus amores.

Lycid.

Felices Juvenes! superis quibus emicat oris
Tessera lætitiæ, divusq́; exæstuat ardor.

Thyrs.

Arva tenet Divinus Amor? juvat ire sequaci
Quò nos cunq́; vocant felicia lustra volatu.

Mær.

Quid mihi tu Pharios quondam venerata per hortos
Commemores portenta Deûm, porrosque, fabasque,
Vana superstitio nostris feliciùs agris
Numina nata virent, atq́ue omina nata secundant,
Haud ulli posthac steriles dicentur avenæ
Nuper Agri florem radiosâ luce coruscum
Si tulit ad solem calamus pungentis aristæ
Pascitur in paleis, non inter lilia, cæli
Sponsus? Pæstani ah valeant cum floribus horti.

Lycid.

Lycid.

Hæc olim (nec vana fero) ſpectacula campis
Viſa Palæſtinis, dum vepres inter acutos
Iſacidũ Ductor placidæ ſub imagine formæ
Vidit adoratum terris ardeſcere Numen
Jam redeunt eadem ſpectanda incendia: quando
Æſtuat igne Deus pungentes inter ariſtas.

Thyr.

O nos felices! fauſto ſub ſidere natos!
Omnibus tantis ſi rerum eventa beâſſent.
Sæpe & enim memini frondoſa per arva Menalcam
Aurea dũ cytharæ reſonabilis arte magiſtra
Fila retractaret, non unâ voce canentem
Audiſſe æthereas ventorum Solis in oras.
Immortale jubar, quod luce optabilis auri
Bethlemios ditaret agros, ſylvasq́; comãtes.

Mær.

Tu quoq́ue quàm felix poſthac non impare teſte
Dicêris Bethleẽ? Divûm quæ prima tonantẽ
Excipis obſcuri latebris horrentibus antri.

Lyc.

O ego quæ liquido rotantia ſæcula melle
Auguror! hoſtilis deſæviet ira minantis
Numinis, hinc ſuperis jũgemus fœdera regnis
Arma

Arma procul,Bellona procul,procul ite furores
Martis anhelantes, regnat pax aurea terris.
Vos quoq; Paſtorum ſoboles gaudete,licebit
Inter Paſtores ſociabile viſere Numen.
Pergite vos rerum extremos evolvere caſus,
Quò tenuiſtis iter? quæ gemmea gratia ruris
Florenti complexa ſinu vos inde beavit?

Sych.

Auſpice jam cælo, cæliq; faventibus aſtris
Viſendi ſtudio meliori in lumine pompas,
Protinus agreſtes operosâ indagine lucos
Cingimus,in lucis floreſcere Theſſala Tempe
Vidim9, hybernæ namq; inter frigora noctes
Gemmea vernat humus, florentiaque arva
vireſcunt.
In niveos collecta ſinus,quin feriare in auro
Viſa beatifica lactentia pignora Matris.
Hic violæ, & flavo rubicunda roſaria crine
Naturâ mirante, ſolum redolentibus auris
Afflant & ſeſe pæſtano murice pingunt,
Floricoma in ſcena, ridentis odores prati
Demetitur,Superûm Flori nectēda coronat,
Ocyùs hinc feſto legimus veſtigia greſſu
Bethlemiā ad rupem,& caræ cunabula prolis
Lactis opes,agnumq;,& florea ſerta ferentes.
Ecce novis iterum cælū ſpectabile monſtris?

Ilicet horrentes cælo delapſa per umbras
Flama ruinoſam complexa nitoribus aulam
Obſidet, & totâ radiorum aſpergine cingit,
Flamiferis credas aut ſtructa magalia muris
Aut flam̃is ardere lares, venerabile tectum
Fluctuat in radiis, tantoq; exæſtuat igne.

Mær.

Attoniti gradimur dũ luſtra per avia, ſedes
Numinis optatas greſſu propiore petentes.
Prò quàm pennigeris latè exundare maniplis
Cernimꝰ aſtrigeros & milite fervere campos
Nõ ita Threycio properantes orbe volucres
Pigmæis cùm bella movẽt nigricantibus alis
Aërios tractus & inumbrant nube canorâ,
Fervet ut alligerum conferto examine cælũ.
Pars agitat celeres liquidũ per inane choreas,
Pars lituos animat, levibusq; argẽtea chordis
Plectra repercutiẽs, vario diſcrimine cantus
Aſſimilare dulces, & ſiſtra ſonantia tractat.
Hinc circum colles & aprici culmina montis
Vocibus aſſultant, levibusq; invecta ſuſuris
Aurea pax reſonat, noſtrasque reverberat aures,
Pacem ſaxa ſonant, reddunt vaga ſidera pacem.

Thyr.

O mihi dulciſonæ, quæ pacis amabile nomẽ
Bella movens animo, curarum in pectora fluctus
Exci-

Excitat undantes, variosq́; reciprocat æſtus
Quæ jam vera reor, jam ſomnia vana, tenebris
Hîc tegor, hîc retegor, veluti per nubila Phæbus
Humida turbatus dubiis fulgoribus hæret.

Lyc.

Motus pone, fides quam tot miracula rerum
Aurea vocali vel ſidera luce probârunt
Nullis, crede, dolis nulli eſt obnoxia fraudi.

Sych.

Ventũ ubi decidui male fulta ad lumina tecti
Vidimus & cælum patefactum in rupe nivali.
Hinc aditum urget amor, mox hinc reverentia terret.
Tandẽ vicit amor, Bethlemiaq; antra ſubimꝰ

Mær.

Quæ Deus antra colit, renitentia veriùs aſtra
Dixeris, aſtrifero vel templa ſimillima cælo.
Majeſtas proh quãta laris! proh quãtꝰ in æde
Fulgurat exigua radiis flam̃antibus ardor!
Non ita flam̃igero lucis chlamydatus in oſtro
Littore ab Eoo veniens per cærula regna
Urget Phæbus equos, radiataq; lora fatigat.

Sych.

Limina ſidereæ tenuiſſe micantia ſedis
Rebar, & æternos potâſſe in fonte liquores,

Usq; adeò abſorptam per dulcia gaudia
mentem
Numinis ora beant, diæq; incendia flammæ.
Ecce autem humano trabeatum ſyrmate
verbum
Stramineos inter thalamos, paleasq; rigẽtes
Queſtibus ũbriferas implens puerilib9 auras
Vidimus ad ſævi palleſcere frigore Cauri
Tutor ibi, hic Genitrix, toto jã vertice proni
Regis ad obſequium, famulas in munera
dextras
Expediunt, natumq; fovent ardentibus ulnis
Authorem venerata ſuum quin ore calenti,
Immites ventorum animas, glaciemq; no-
centem
Frangere cogit amor jumenta carentia mẽte

Thyr.

Ergonè Rex Superûm celſum cui regia cæ-
lum eſt:
Cui chlamydẽ Titan, texunt cui ſidera ſertũ,
Sceptrigeros orbis cui falces ponit uterq;
Nudus, inops, tremulus patuli penetralibus
antri
Accubat inſtratâ ſuffultus arundine? fletus
Ore ciens querulos? quid non cæleſtia cogis
Pectora flamma rapax? qualis vos cura mo-
ratur

Inte-

Interea juvenes? *Sych.* brutis nos ponè Magiſtris
Supplicis in morem divini ante ora Puelli
Vota precesq; damus, Nati juvat usq; tueri
Cæleſtes vultus, atq; oſcula figere plantis
Vimineos thalamos, teretiq; rigantia dumo
Strata coronamus ſertis florentibus, agnum
Addimus, & mulctræ munuſcula grata recentis.
Riſit ad hæc Puer, & nutu quo frænat Olympum
Arridens tacitas reddit pro munere grates.
Hic ardēs noſtras populatur flam̄a medullas
Perq; ſinus labens liquido torrente voluptas
Non interruptæ parit aurea gaudia pacis.

Mær.

O ego quàm dulces ab amico Numine ſenſus
Ardentesq; hauſi ſenſim per viſcera flam̄as?
Nempe pharetrati non vana Cupidinis ora
Ille refert, cui fulmineum ſinuatur in arcum
Lene ſupercilium, cui tela triſulca rigentes
Sunt calami, fixit queîs dulcia vulnera cordi.

Sych.

Vidi ubi virgineo recubantem pectore Natū,
O mihi quàm rigui ſacræ dulcedinis hauſtus
Corde ſub arcano, feſtivaq; ſenſa perennant?
O quis amor Superûm? roſeo ſuperinnatat ore
Splen-

Splendor Apollineus, geminos Charys ambit ocellos
Lacti mixta refert nativa corallia vultus.

Lyc.

Ipse ego non noti jam sentio Numinis ignes,
Jā mea vota Puer, mea munera poscit ad aras,
Thyrsi quid ingrati glaciali mente rigemus?
Quid sit amor nescit, qui vulnera nescit amoris.

Thyr.

Ergo age. Bethleæ properemꝰ rupis ad antrū
Omnibus ardor inest juga scandere devia montis.
At quæ dona ferā? flabris glacialibus Eurus
Brumaq; frondētes circum demessuit agros.

Lyc.

Ipse ego liminibus rupis foribusq; relictis
Sedula factus apis divina per ora Puelli
Perq; genas volitans, per lactea lilia colli,
Dædalus inde favum cōponā & dulcia mella,
Mella, quibus cedat vel puri nectaris imber
Aut Arabum rores, sudataq; balsama trunco
Hæc referam Puero, Pueri de fænore dona.

Thyr.

Ipse quoq; haud gemmas, haud Hermi divitis aurum,
Assyrias nec opes, nec Eoo littore merces,
Ac

At referam grato pro munere munus amorẽ
Dulcia quin cordis ſuſpiria pabula amantis,
Et lacrymas addam libamina dulcia Nato.
I licet è lacrymis faber ingenioſus abortus
Contexam Pueri nectenda monilia collo.
In teretes lacrymæ gemmaſcent protinus orbes,
Sic orbes nexi, ſic lacryma nexa catenam
Effingent, quâ div9 amor ſibi junget utroſq;
Sic corde in gemino ſpirabit amabilis ardor.

Sych.

O factum bene! ſecurum fax prævia callem
Horroreſq; novo jam fulgure ſignat opacos.
Carpere jam liceat curſus, amor odit inertes.
Pennas jungat amor, levibuſq; talaria plantis
Nec via longa: latent propriori in caute receſſus.
Ire libet Lycida? *Lyc.* prohibet mora nulla. *Sych.* volemus.

VARIA PARTICULARIA PHILOSOPHICA,

Præcipuè in Materia Oeconomica.

Cur quando currus procedit res quæ illius priori parti sunt impositæ versùs posteriorem recedant?

Contrarium videtur debere fieri quia pars prior in curru est depressior, & currus antrorsũ rapitur. Simile quid si tabellam politam supra mensam projicias ut per mensam lubricetur, põdusculum tabellæ impositum progredietur retrorsum. Ratio utriusque eadem. Currus & tabula feruntur impetu sibi impresso immediatè, at verò pondera illis imposita solùm quatenus illis sunt imposita de illo impulsu participant, atque tardiùs feruntur, itaque semper remanent, donec tandem totum suum subjectum deferant. Inde etiam quò pondus est minùs citiùs retrorsum fertur, quia minùs de impulsu accipit. Et licet totum etiam impulsum onera perciparent quo currus fertur, adhuc ille impulsus ponderi imposito non est proportionatus, unde potiùs turbat motum in pondere quàm incitat, sicut dum pluma impetu magno projicitur.

Cur

Cur angvilla mortua si in loco tepido maneat scatet vermiculis similibus pediculorum?

Angvilla multum humidi, multum oleosi habet, humidum putrescit sed ab oleoso intersecatur, hinc minutæ particulæ sunt putrefactæ quæ non possunt esse materia nisi minutorum vermium. Similes verò illi sunt pediculorum quia ex simili nostro sudori materia oriuntur, id est ex impuro humido fæculento ob mixturam terrei.

Cur Zingiber contusum si melli aut mulso inspergatur, dilabitur?

Magis dilabetur si calentibus istis insperseris. Ratio verô est. Quia mel calens est liquidum, zingiber calore aucto rarefacit, partes itaq; rarefactæ à se discedunt, & zingiber secum distrahunt, hinc dispergitur.

Cur sangvisuga cinere aut sale conspersa suctum sangvinis intermittit?

Sugit, quia voluptatem percipit; sal & cinis est mordax, hic inspersus dolorem excitat, qui illam voluptatem superat, itaque bestiola convertitur ad abigendum dolorem, & morsum à carne retrahit.

Cur ſi quis calidæ cerviſiæ ſuperbiberit frigidam incurrit ſtranguriam, non incurrit verò ſi præbiberit frigidam?

Cerviſia calida multum halat calidi, dum illi ſuperfunditur frigida, continetur hic halitus ne evaporet, ac demum per antiperiſtaſim incenditur, hinc fit ſtranguria, dum partes metuunt urinam incenſam, ſeque arctant & tanto magis ardorem ſibi imprimunt. Hinc remedio eſt ſuccus raphani minoris ſuperbibitus, quia eſt valdè penetrãs ob quod calculum diſſolvit: penetrat itaq; frigidam cerviſiam, calefacit, & ſic viam parat ut vapor è calente exeat. At verò cùm poſt frigentem bibitur calida, liberè calida halare poteſt.

Cur in ſiphone inflexo aſcendat aliquando altiùs aqua quàm ſit in vaſe è quo trahitur?

Collocetur vas vacuum, immittatur illi ſipho ita ut crus longius habeat extra vas, terramque reſpiciat: tum aqua affundatur vaſi usque ad ſummum (ſed opus eſt ut prius ſipho interius madeat aquis) fluet aqua tenuiter per ſiphonem, adeoque cùm non trahatur ab alia aqua, ſupponitur enim ſipho eſſe vacuus, aſcendet in flexura ſiphonis altiùs ſua origine. Ratio Quia ſicut cala-

calamus madidus attahit atramentum solùm extremitate sua illi admotus, cujus causam in libris de ortu dedimus. Ita & siphonis mador, sed cùm illa attractio sit debilis, fluit aqua tenuiter, ac subinde paulò post deficit. Quodsi vasi affundatur aqua cum impetu, saltabit pars aquæ intra siphonem, ac ubi locum ejus altissimum superaverit, trahet reliquam constanter. Jam verò si vasis labra fuerint sicca, & aqua lentè infundatur, faciet in orificio vasis gibbum respectu cujus ut altioris aqua per siphonem cogetur fluere consequenter.

Cur à Deo nulla res mala creari potest?

Quia ut S. Th. in 2. d, 3. q. 1. a. 1. Nullus effectus consequitur ab agente nisi juxta conditionem agentis, itaque cùm effectus debeat participare causam, & Deus sit bonus, non potest ab eo malum prodire.

Cur Angelus primo instanti suæ creationis peccare non potuit?

Non potuit ut docet S. Th. l. c. Quia non potest peccari nisi amando bonum apparens. At verò juxta S. Aug. lib. 3. contra Acad. Nemo bonum verisimile judicare potest, nisi priùs verum bonum cognoscat. Et juxta S. Th. l. c. Intellectui creato impos-

impossibile est plura simul cognoscere. Itaque primo instanti debuit Angelus verum bonum cognoscere, secundo apparens, quod dum amat, peccat.

Cur arbor beta corticem habet instar papiri?

Corticem qui adjacet trunco habet solidum & durum sed friabilem, quia terreo crasso constat & modico glutinoso, hinc malè partes ligantur. Multo enim hæc arbor constat aqueo, hinc dum inciditur in Aprili vel Majo, copiosissimum fundit succum. Hic dum halat per poros corticis coalescit in illam papirum albam, quæ in latum est fissilis, & maculas admittit secundum latitudinem quia ut copiosior humor in trunco veluti tubo ascendit, ita ad latera vaporat. Tenuiores ramusculi sunt nigri neque hâc papiro vestiti, quia modicum aquei continent.

Cur in magno gelu nix minuta, in parvo per magnos floccos cadit?

Nivis materia est vapor, hic verò subtilior & paucior ascendit cùm est gelu grande, imò in ipso ascensu ante regiònem secundam concrescit, hinc nivis modicæ & raræ particula. At remittente frigore copiosior est materia neque concrescit ante locum

locum debitum ubi ſe cum alia conglutinat in floccos majores.

Cur triticum degenerat in lolium ?

Omne ſemen eſt productivum, & ſiquidem ſit ſanum robuſtum, ſuæ ſpeciei à qua proceſſit aſſimilat fructum : Si verò ſit debilitatum , læſum , producit aliquid deterius, & ob hanc cauſam ſemina tritici non jam triticum, ſed lolium producunt, hordeum, ſterilem avenam. Accidit etiam ut licet ſemen ſit bonum ſi tamen terra inepta ſemen pervertatur, ut ſicut bonus artifex ſi in materiam inhabilem inciderit, non poſſit elaborare quod intendit, ſed pro ſtatua v. g. formoſa proferat deformem.

Cur ſurſum tendit calor ?

Aër ſubjectum eſt caloris , hic rareſit à calore, & rarefactus tendit ſurſum , utpote denſiori aëre factus levior , & ſecum fert calorem. Hinc ferrum calens aliquomodo eſt levius frigente, quia poſitum in bilance reddit circa ſe aërem tenuiorem, atque per illum faciliùs ſurſum attollitur.

Cur in dolore gravi artus tremunt ?

Idem eveniet ſi membrum aliquod fortiſſimè ſtrinxeris, vel extremo conatu aliquid preſſeris. Quia cū corpus dolet ſtringitur

tur & ſpiritus non procedent liberè, idem fit cùm ligatur, idem dum conatu ſummo premitur quia nervi tenduntur, ac tenſi vias præbent anguſtas, qui dum nequeant permeare, ſubſiliunt, ac tremorem faciunt.

Cur aliquod atramentum dum eo ſcribuntur literæ, initio albeſcit, poſtea fit nigrum?

Nigredo provenit in atramento quando vitriolum adurit liquorem gallorum, contingit autem ut eum non poſſit adurere, vel quia ipſum eſt debile, vel quia multa aquoſitas in aqua gallis ſoluta impedit, vel aliquid ejuſmodi, inde fit atramentum pallidum: ſed poſtquam in charta pars aquoſitatis, vel alterius impedimenti eſt arefacta & conſumpta, reliquam vincit vitriolum & in nigrorem addurit.

Cur atramentum quod muceſcit fit debilius?

Mucor eſt effectus putredinis, putredo non fit ſine calefactione. Itaque atramentum calefit, ac proinde rarefit, hinc vapor aqueus ad ſuperficiem avolat & ibi concreſcit, & cum eo plurimæ partes igneæ quæ fuerunt liquorem gallarum aduſturæ, ſine qua aduſtione debilius evadit atramentum.

Cur fimus fæcundat agrum?

Quia plantis veſcuntur animalia, in plantis

tis verò est sal idoneus ad plantas produ-
cendas.& quidem si sit vigorosus plantas suæ
speciei producit, propterea fimus boum
recens implet herbis inutilibus agros qua-
libus pasti boves. Propter salem non solùm
fimus sed etiam folia arborum, & cinis
agros fœcundant. Hic sal ubi debilitatus si-
cut & semina evanida non assequitur suam
speciem, sed tamen aptus est aliquid pro-
ducere, quod dum conatur facile potest
determinari à semine robusto v. g. tritici
ut producendo tritico suffragetur unde si
bos pasceretur solo semine, paleâ, siligine,
fimus ejus ad siliginem maximè agrum
(dum ager ex se non repugnaret) perfice-
ret, Impingvat etiam agrum fimus dum ei
suam oleositatem admiscet quæ multa illi
inest ob plantas ex quibus factus. Hæc
oleositas juvat ad fæcunditatem quia à plan-
ta enascente attahitur cum humore, & eam
impingvat alimentum ejus incrassando, ut
hoc modo intra plantam maneat nec citò
evaporet, quò fit ut planta & robur, & in
crementum, & colorem vivaciorem assu-
mat.

Cur

Cur homicidæ fugientes, post multum factum iter, sæpe inveniantur prope locum homicidii?

Seposito consilio Divinæ providentiæ, id etiam ex naturali causa evenire potest. Quia timet vehementer homicida, & perpetrato scelere agnoscit ejus gravitatem. Hinc arrepto uno itinere suspectum illud habere incipit, & ad aliud tanquam securius deflectit, tum ab isto ad tertium, & sic deinceps, atque ita consumit totam noctem gyrando se circa locum homicidii. Propterea hic error ordinariè meticulosis, & qui primum scelus patrârunt, faciliùs accidit.

Cur albi panni cùm veterascunt flavere incipiunt?

Quia albo cùm admiscetur modica nigredo flavescit, talibus verò pannis paulatim incidunt pulvisculi, fuligines, & similia nigra?

Cur vitra antiqua opaciora fiant?

Patet hoc in fenestris. Hæc vitra molliora sunt quàm nova, unde apparet quod aliquid exhalaverit quod illa reddebat duriora, hoc fuit aqueum congelatum, & hoc idem reddebat pellucida, unde illo abeunte necesse advenire opacitatem.

Cur

Cur ſcandulis & tegulis antiquis in tecto muſcus innaſcitur?

Terræ ineſt vis ſeminalis vilium plantarum, hoc terreum ineſt ligno unde ligna muſco virent etiam ſylvis antiquiora, ac potisſimum ubi putrefactione accedente terra ſolvitur quæ ligno ineſt, ob hanc cauſam ſcandulæ veteres muſcum generant, adjuvant pulveres ventis è terra in ſcandulas delati. Unde ut eam vim ſementitiam mortificent, ſcandulas in oleo lini, vel aqua ſalita percoquunt. Argilla ubi putruerit muſcum edit, hinc tegulæ muſco virent.

Cur ſub muſco ſcandulæ putreſcunt?

Partim quia muſcus prohibet ne Sol aut venti humorem in ſcandulo arefaciant: partim quia humorem internum ligni ejusque gluten extra evocat, quo educto partes diſſolvuntur, & fit putrefactio.

Cur parvos admodum oculos urſus habet?

Quia nimis terreum eſt animal ut probat ejus villoſitas magna, neque pars terreitatis abit in cornua ut in bove, hinc tota in os capitis abit, quod ideò eſt fragile, quia deeſt ſufficiens humidum quod illi adderet lentorum. Oculis ergo qui ſunt

aquei parva in capite relinquuntur foramina, atque modicum ſuppetit materiæ, hinc neceſſe eſt illos parvos eſſe.

Cur in ſiti magna os amareſcit?

Cum humor aduritur, fit ſalſus, cùm multa eſt ſalſedo fit amaror, id in ſiti accidit, calor enim ſalivam aut alium humorem adurit.

Cur cera emollitur calore?

Quia multo oleoſo pingvi prædita, hoc verò calore ſolvitur, uti mos eſt pingvium. Pingvia verò ſolvuntur calore, quia multo aëre prædita, aër verò rareſcit calore, rara ſunt molliora.

Cur in fundo fluviorum foſſæ non inducuntur limo?

Foſſa fit in fundo fluviorum, dum aqua limum, aut arenam vehit, & in aliquod obſtaculum impingit in quo limus detinetur, & fundum elevat, aggeremque conſtituit, ex quo deinde aqua decidit & terram ſi ſit mollis excavat, hinc fit foſſa, quæ impleri limo non poteſt, quia aqua decidua dum ad fundum alliditur, reſilit & limum ſecum elevat, quem deinde ſecum evehit. Quòd verò aqua intra flumen in foſſam decidat, experieris, conſiſte in margine

gine fossæ, senties te ab aqua in fossam trudi.

Cur terra pluviis vernis durescit?

Postquam nives solutæ sunt, redditur terra mollis ac tenera, postquàm verò supervenerit pluvia, indurescit, at contrarium fieri deberet, quia quo plùs humoris terræ affunditur, magis illa emollitur. Ratio tamen casûs est. Quia nix multum subtilis terrei continet, ut patebit si illam solveris: hoc in agro solutâ nive manet spongiosum inflante spiritu & exhalatione terreâ quæ se multa per hyemem collegit, & ubi cæpit aperiri tellus erumpit. Habet etiam propter nitrum quo nix abundat, vim inflandi. Hinc majores fiunt exundationes fluminum post nivem solutam, quàm post pluviam. Cùm ergo decidit pluvia, partem comprimit partes terreas inflatas, partem aperit viam spiritui ut evolet, & sic terra compressâ & in se relabens induratur.

Cur vortices fiunt in fluminibus?

Vortex non fit nisi fossa est in alveo. Dum enim aqua in fossam cum impetu delabitur, aliam inde expellit aquam, hæc verò ab opposito latere fossæ repercussa

redit in contrarium, sed inde rursus repulsa ad latus convertitur, hinc fiunt gyri.

Cur aliquando cruditas in ventriculo sentitur?

Id variis ex causis accidit. Vel enim ventriculus vitiosis humoribus repletus est, vel cibis pravis, ut fætidis, acidis, putredini aut fætori obnoxiis, sive id cibi ex se habeant, sive ex inepta præparatione, hi enim in ventriculo corrupti cruditatem inducunt, aliquando cibi etsi non putrescant concoqui non possunt, & tales immutati dejiciuntur, sed hæc incoctio non cruditas appellatur.

Cur aliquod Novilunium, Plenilunium &c. vocatur v. g. Majale?

Non quòd Lunæ sint mensibus alligatæ ita ut à cujusque mensis certa sit; quovis enim anno tertio una lunatio accedit, atq; intra an. 18. quæ fuit Lunatio v. g. Januarii, fit Augusti. Appropriatur verò illi mensi Lunatio illa, quæ in eo completur. Observatur autem v. g. Majalis non quòd illa sit Majo propria, sed quia hoc mense dum est plenilunium, vel Novilunium, hoc vel illud in re agraria vel Medica aggredi est utile.

Cur primum tonitru prænuntiat statum veris?

Observatum est, si primum tonitru fuerit cum Borea, Ver sequi frigidum: si fuerit cum vento orientali, sequi calidum & siccum: si cum meridiano, calidum, sed insecta multa adducere: si cum occidentali, ver sequi humidum, nimirum juxta ventorum naturam. Nam meridianus cum sit putrefactivus, ad ea quæ ex putri nascuntur, qualia sunt insecta, multùm conducit. Causa verò hujus rei totius hæc esse potest. Ventus quò cæpit delabi, labitur, si continua sit materia, & non deficiat: jam verò ad initium veris, quo tempore post congelationem in nostris partibus Borealibus solvitur terra, proxima colligitur ventorum materia, hanc in aëre suspensá ac sibi cohærentem dum rumpit tonitru, facit effluere, illa ergo fluxum continuat, ac aërem infrigidat vel calefacit: sed delabi in terram ab aliis vaporibus ascendentibus non sinitur, itaque diutiùs hæret in aëre, ac illum afficit

Cur Autumnalem constitutionem Ver sequens imitari solet?

Hoc in nostris partibus fieri observa-

 tum.

tum. Causa autem est, quia in Autumno plurimi halitus ascendunt qui aërem afficiunt, manentque parte magnâ in aëre per hyemem, unde hyemes solent esse nubilæ: vel certè si in terram delabuntur, cùm illam optimè clausam inveniant, hærent in superficie, unde primo Veris tepore facilè assurgunt, ac aërem simili modo atque in Autumno afficiebant, afficiunt. Qui etiam in aëre manserant attenuato aëre descendunt, & eandem affectionem promovent.

Cur lien porci in Autumno cæsi, futuræ hyemis constitutionem indicat?

Observant crassitiem lienis, si totus ille crassus & amplus, tota hyems rigida: si solùm versùs dorsi spinam crassities illa & tumor lienis fuerit, hyems solùm in fine sæviet: si in medio lien amplior, etiam hyems in medio horridior: si versûs ventrem se lien ampliaverit, hyems solùm initiò sui ferox erit. Ratio hujus est. Porcus terram frequentissimè rodit, ac multos halitus terreos, qui sunt frigidi ac sicci, recipit, isti ad lienem tendunt, qui est receptaculum frigidorum ac siccorum: & si vis astrorum quæ illos elevat est fortis ascendunt copiosè, lienemque totum implent & in-

inflant. Similiter fit in aëre: in quo deinde halitus ad ſuum frigus redeunt, & ſuo lapſu ventos, atque auram inhorreſcere faciunt. Si modici halitus terrei ab aſtris & quidem initio Autumni trahuntur, & vis elevans eſt fortis, partem ſupremam lienis quæ eſt versùs ſpinam petunt, & idem fit in aëre. Halitus enim altè aſcendunt, & alii non ita frigidi & ſicci infra illos ſe ponunt, qui quidem ad lienem porci non ſpectant. Itaque in aëre fit ut primâ hyeme compareant molliores venti, ac finem ultimum duriores exaſperent. Si initio Autumni ſvaviores halitus è terra elevantur, in medio ſicci ac frigidi, visque mediocris ſit attractiva, lien in medio augetur, & ſimile quid evenit in aëre. Si demum ſolùm in fine iſti naturæ terreæ conſurgunt halitus, neque vis eorum attractrix valdè robuſta, manent in baſi lienis, & ſimiliter in aëre non valdè attolluntur, ac proinde primi ſeu initio hyemis deſcendunt, illamque reddunt glacialem.

Cur ſi lutra aſcendat ripas, arenasque fodiat, brevi ſint futuræ pluviæ quæ ferè eousq; attollant aquam fluvii?

Lutra licet ſit amphibium animal, ma-

gis tamen aquas amat: itaque magis est humidum & aqueum quam terreum, cùm similia appetant simile: cùm ergo vapor pluviæ materia attollitur, etiam ex lutra attrahitur, quæ idcircò sentit corporis alterationem, cui dum levamen quærit, exit in ripas: at quia illa alteratione cor ejus afficitur, angustias quasdam percipit: angustiati verò solent vellicare, morsicare ungves &c. Ita lutra fodit arenas, & cùm vehementior fit vaporum attractio, magis lutra percellitur, & altiores partes riparum petit. Postea pluviæ superveniunt, & aqua increscit, sed non præcisè juxta lutræ vestigia. Idem fit in Castoribus, qui sub ripis altioribus effodiunt cavernas, ac intra illas erigunt lignorum strues, eas levando aut deprimendo prout aquarum ascensum vel descensum præsagiunt. Fabula autem est (ut id obiter attingamus) id sibi Castores dentibus amputare cùm urgentur à venatoribus, vel cùm secum decertant, quod Castoreum appellamus. Nam imprimis vix prodeunt ex aquis, quin caudam ne arescat in illa retineant, quam habent unius saltem pedis longitudine, planam instar tabulæ, latitudine circiter 4. digitorum, instar lingvæ

in

in rotundam propè desinentem, corio simili atque canum nares obductam, expilem, latitudine suâ pedes posteriores, qui velut anserum membranis junguntur, obtegentem, Deinde obesum est animal, pedibus pro mole brevibus, quorum priores fossioni ob ungves robustos, posteriores natationi, applicat, ac proinde ad cursum inhabile, ut non à venatoribus, sed à piscatoribus ferreâ decipulâ capi illud contingat. Præterea dentes in ore quatuor habet rubeos, duo ex inferiori labro, duo ex superiore egrediuntur, ac in se incidunt, non abscissioni sed rosioni utiliores. Nam longi prope tres digitos, lati tertiâ aut quartâ parte digiti, in acumen instar lineæ desinunt. Deniq; quia castoreum, cùm reliquo quod illis jungitur, non extra sed intra ventrem, ac ejus pellem absconsum habent, idque glomis quatuor constans: quod demi animali nonnisi dissecto potest, atque simile est in utroque compare,

Cur imminentibus pluviis sua ranæ semina per ripas disjiciunt?

Ob eandem causam ac de lutra diximus egrediuntur ex aquis, & similiter angustiatæ in partum solvuntur seminum.

Cur urſus dentes habet absque radicibus?

Loco radicis dentium in urſo eſt mandibula cum qua ſunt dentes continui, neque ab illa ſeparari poſſunt, neque tamen ſunt durisſimi. Quia iſtud animal terreo multo conſtat ut oſtendit ejus piloſitas, ſed craſſo quod in oſſa non ſatis concreſcit, præſertim cùm plurimo conſtet muco, quod patet ex eo, quia & catulos (non maſſam ut quidam putârunt) muco plenos ac obſitos parit, quos lambendo purgat. Per dies etiam certos ſolo ſuo muco alitur: ob mixturam crasſi terrei muco mixti, artus in eo crasſi & quaſi informes, oſſa debilia præſertim copioſi, quæ enim craſſo terreo conſtant friabilia ſunt. Hinc uno ictu percuſſus in capite urſus moritur, quales ictus lupus ſuperat 30, aut 40. Dentes ergo cum madibula continuantur, quia cum terreo ſubtiliori ac puro conſtent, illud vi caloris attollitur in dentem, qui licet ſit canino ſimilis intra manibulam ſe tamen ab illa, ut caninus, non ſeparat: quia illud ſubtile terreum purum eſt modicum, & quod illud ſequitur eſt impurius ſimileque materiæ mandibulari, quocirca miſcetur cum illa, ac contunditur, concreſcitque.

Cur

Cur Lucius licet plerisque piſcibus ſit robuſtior, extra aquas tamen citiùs moritur?

Alii piſces ſunt limoſiores, & frigidiores (præter percam quæ etiam in aëre non diu ſupervivit.) Propterea limo ſuo ſe refrigerant. At lucius caloris eſt multi, ut patet ex magna ejus voracitate, ex dentibus, celeritate in natando, levitate nam intra aquas immotus pendet. Hinc extra aquas dum ſe non refrigerat, ſuffocatur. Perca etiam calorem oſtendit, ſpina multa, ſquama dura, caro ſiccior. Ob contrarias verò cauſas, angvillas, cyprinus &c. extra aquam dum alimentum habeant, & non magnum calorem, diutiùs ſupervivunt.

Cur pilos cætera animalia mutant vere non autem Homo?

Cæteris animalibus è pelle, homini è carne prodeunt pili. Verno itaque tempore cùm humores hiberni ſolvuntur in carne copioſius halitus ad pellem fertur: & in homine quidem parcior, quia dum hyeme ſe veſtibus tutatur à frigore, corpus non ita clauditur ut in aliis animalibus, multumque exhalat, atque in Ver remanet parum: præterea vi frigoris pilus marceſcit ac emoritur in bruto. Jam ergo calente vere

re dum vapor copiosius affluit in bestia ad pellem, mortuum pilum non alit, neque illi jungitur, sed potiùs in novum pilum formatus laxatâ pelle veterem malè hærentem extrudit. At in homine nec prior pilus mortuus, nec halitus multus, proinde se priori pilo jungit, ac illi dat incrementum. Quodsi quæ bruta non mutant pilum, eorum tantus calor ut viventes ac vegetes per hyemem conservent pilos.

Cur in rubro stragulo decumbens calculosus irritat calculum?

Ita evenire nobis ostendit experientia. Ob eandem autem causam id videtur evenire, ob quam oculi rubrorum intuitu inflammantur: quod non fit ob solum calorem, nam aër æstate calentior quàm color ruber, & oculis propior, neque inflammat. In renibus etiam calefactus calculus non aggregatur. Uti suo loco diximus. In oculos igitur species rubri illapsæ movent phantasma ut sangvinem calentem ad oculos adducat, aut saltem spiritus ejus fervidos, uti fit etiam dum quis hostem aspicit: calor enim ad oculos ascendit. In decubitu verò supra rubrum ita fieri existimamus. Pannus rubeus calefactus emit-

emittit halitus qui ſimiles ſunt ſangvineis, hi corpus intrant, miſcenturque cum ſangvineis, quos ſangvis ſequitur , atque oplet corpus, hinc gravedo circa ſpinam moleſtias excitat ſimiles atque in calculo. Ac proinde etſi id accidere credatur Solis calculoſis, quia in illis ob partes læſas, aut diſtemperatas validiùs ſe exerit , contingit etiam aliis. verùm ſatis de experientia incerta.

Cur ſi canis crebrò ſcopis ex betula factis verberetur tandem retrò effundat inteſtinum?

Multi id dicunt ſe expertos, ſi tamen fabula non eſt, ex caſuali lapſu canini inteſtini ſumpta, ejus poteſt hæc ratio aſſignari. Canis eſt animal multùm melancholicum & cholericum betulæ habent vim diſſipandi melancholiam. Dum ergo ſcopis percutitur melancholia diſſipatur ac ſe miſcet excrementis illisq; aliàs aridis tollit lubricitatem: bilis verò intra verbera commota ſtimulat ad excretionem, cogitque maximum adhibere conatum, quod dum fit, inteſtinum quidem ſuo loco manet, expellitur verò vacuum tanquam illud cui facilior egreſſus.

Cur in vulneribus inveniatur ſanies & ſordes?

In omni alteratione alimenti intra animal

mal duplex invenitur excrementum crassum & tenue. Ita dum cibus vertitur in carnem, pars tenuior exhalat, per vapores, pars verò crasſior in cutim emergit in eaque concreſcit. In vulneribus verò pars tenuis in ſaniem vertitur & vulnus humectat: pars craſſa ſordidum reddit, ita Gal. 3. Meth. c. 3.

Cur in quibusdam Indiæ partibus cælo ſudo ſerpentes venenati ex aëre decidant?

In anno dierum memorabilium die 10. Maii, ſcribit P. Jo. Nadaſi, apud Quirenſes in India Occidentali, ſudo cælo & Sole flagrantisſimo, in locis apertis & ab omni montium ſocietate remotis, cadere è ſerenisſimo aëre ſerpentes, quartam ulnæ partem longos, & ferè pollicis mole craſſos, ſquamis colore argenteis lucidos, geminis capitibus inſignes, nam & caudæ locum alterum caput occupat, teneris dentibus ex ore armatum, non ſecùs ac alterum. Videntur tamen in eo talparum quiddam habere, quôd oculos in illis nulla hactenus diligentia repererit. Veneni ſunt immedicabilis, eorum morſu ſauciatus, ſangvinem oculis, auribus, naribus, ore inter horribiles dolores effundit. Rationem ſingulorum reddere conabimur.

bimur. Sole flagrante plurimæ exhalationes aſcendunt, & inter illas halitus etiam animalium, & poteſt contingere ubi venenata projiciunt ſemina & è coitu aliquo aſcendunt vel ubi turgent ſemine ut etiam halitus ſeminum aſcendăt. Halitus etiam è mercurio dum Sole flagrat nimio alta petunt. Et Sole quaſi mercurius ſublimatur, hic habet virtutem inargentandi, & ex hoc dum ſe affigit horum ſerpentum pelli, fit inargentatio. Ipſe verò ſerpens fit ex mixtura plurium ſeminalium halituum, unde quaſi plura ſunt animalia in uno, hinc duplex caput. Cæcus naſcitur quia eſt velox generatio & imperfecta, nam canis quia feſtinat parere cæcos edit: vermes etiam è putri, cæci: præterea humor ad oculos requiritur, hi ſerpentes ſunt ignei. Molis non magnæ cùm ex halitibus conſtent. Sereno cælo decidunt, quia tum halitus aſcendunt & à pluviis non diluuntur. Veneni ſunt implacabilis ob mixturam diverſorum & contrariorum habituum, ſic enim dum uni veneno occurritur, alterum exacuitur. Sanguinem facit evomere &c. quia venenum corrodit vinum & ardore ſuo facit bullire ac rarefieri ſangvinem. Dolores

im-

immenſos ciet, quia [illegible]rium venenorum vim continet. Naſo autem inſecta in aëre compertum, & modum quo id fiat in Meteoris explicuimus.

Cur aliqui poſſunt fronte illisâ quævis durisſima rumpere?

Novimus illos qui frontem illidendo tabulas quasvis ſolidas, imò portas rumpunt: ſed ab oculatis & dignis fide accepimus de quodam equite Litvano, qui dum armis ſpoliatus & equo alligatus duceretur à quodam Sveco milite captivus, tantâ vi in ejus galeam quâ tectus fuit, caput illiſit, ut Sveco oculi cum ſangvine & cerebro proſilierint, ſubitoque mortuus ex equo defluxerit. In ejuſmodi arietibus cervix eſt flexuoſa ut caput reflectant retrò impetumque concipiant, os craſſum terreo multo ſubtilique conſtans propter quod eſt firmum, unde talis torto ſunt capillitio, fronte apertâ ſed ſiccâ: furioſi ob calorem multum qui illud os indurat, cerebro duro ac fortiter ſuæ ſedi inhærent, ex quibus omnibus conficitur cauſa prædicti effectûs.

Cur ſubinde nubem ventus validus comitatur?

Illa nubes eſt frigidisſima proinde exhalatio-

lationes materias ventorum vehementer infrigidat, quæ impetu velut flumen ex alto in terram defluunt, & sic oritur frigida tempestas.

Cur non inebriat æquè cibus ac potus?

Uterque fumum in caput mittit, sed potus solet esse calidior qui inebriat & faciliùs ac simul resolvitur in fumum, & caput invadit. Cibus per partes & pauciores ac frigidiores mittit fumos, qui interim in capite dissipantur, dum alii parantur, & potiùs gravant quàm incendunt cerebrum.

Cur animalia quæ saginantur, ubi multùm impingvata postea marcescunt?

Ubi est pingvedo multa ibi & frigiditas, hæc ubi excessit calorem naturalem debilitat, ut non possit multum sangvinem, qui est materia pingvedinis subministrare, venæ etiam per quas sangvis affluit stringuntur adipe, interim antiqua pingvedo exhalat, hinc macrescunt.

Cur dum lapis malleo percutitur superiores partes lapidis comminuuntur, inferiores finduntur?

Quia superiores comminutæ instar cunei lapidem intrant, intrant verò quia lapis cuneato malleo impetitur, qualem pro

 isto

isto effectu supponimus, & ita partes quas impetit in cuneum premendo redigit: & si hoc in diversis partibus vel mallei ob ejus scabram superficiem: vel lapidis ob in æqualem temperiem, ob quam aliæ partes magis cedunt aliis, accidat, lapis in plures partes finditur.

Cur admirabilia oblectant?

Respondeo ex S. Th. 1. 2. q. 32. a. 8. Admiratio est principium sapientiæ ut ait Arist. In augmento desiderii, fit augmentum delectationis, secundùm quod fit etiam spes rei amatæ. Est autem admiratio desiderium quoddam sciendi, quod in homine contingit ex hoc, quòd videt effectum & ignorat causam: vel ex hoc quòd causa talis effectûs excedit cognitionem, aut facultatem ipsius: & ideò admiratio est causa delectationis, in quantùm habet adjunctam spem concipiendi illius, quod scire desiderat: & propter hoc omnia admirabilia sunt delectabilia.

INDEX

INDEX.

Compendium Ethicæ. *pag.* 1
De Re Agraria. 32

Sectio 1. De Hominibus agrariis.

Axiomata Agraria 33

Subſect. 1. De Domino agri ſeu Oeconomo.

Caput 1. *Leges illius.* 35
caput 2. *Leges aliæ.* 41
Idea Calendarii. 50

Subſectio 2. De Factore ſeu Capitaneo.

Caput 1. *Leges Factoris circa Domeſticos.* 51
caput 2. - - *circa Dominum.* 56
caput 3. - - - *circa Hoſpites.* 59
caput 4. - - - *circa ædificia.* 61
caput 5. - - - *circa colonos.* 63
caput 6. - - - *circa agros.* 68
caput 7. - -- *circa prædia & horrea.* 70
caput 8. - - - *circa artifices.* 74
caput 9. - - . *circa ſylvas* 75
caput 10. - - - *circa rationes.* 76

Subſectio 3. De Villico. *Leges.* 83.
Subſectio 4. De Villica. *Leges.* 83
Subſectio 5. De Diſpenſatore. *Leges.* 85

Subſectio 6. De Colonis.

Caput 1. - - - *Labores peditum.* 87
caput 2. , - - *Leges colonorum* 88

Subſectio 7. De Fœminarum Oeconomia.
Caput 1. *Nobilis fœminæ Leges.* 93
caput 2. *Agrariæ Fœminæ Leges.* 94
Subſectio 8. De Cellario *Leges.*
Caput 1. *De Cervisia, Mulſo, Cremato.* 58
caput 2. *de vino.* 101
caput 3. *de aceto.* 116
caput 4. *de aquis refrigerantibus.* 119
Subſectio 9. De Coco.
Caput 1. *Leges Coci.* 121
caput 2. *de oleo & butyro* 123
caput 3. *De ciborum ſalubritate.* 125
caput 4. *de condimentis & Aromatibus.* 130
caput 5. *de quorundam ciborum præparatione.* 136
Subſectio 10. De Oſtiario *Leges.* 164
Sectio 2. De Agro.
Subſectio 1. De natura agri. 165
Subſectio 2, de novalibus & præparatione agri. 168
Subſectio 3. de fimo & cultu agri.
Caput 1. *De fimo.* 172
caput 3. *de cultu agri.* 175
Subſect. 4. De Semine & Seminatione.
Caput 1. *De Semine.* 178
caput 2. *de tempore ſeminationis.* 182
caput 3. *de loco ſeminationis.* 188

Subſectio 5 De Meſſe, Tritura, noxiis avertendis.

Caput 1. De Meſſe. 196

caput 2. de tritura. 199

caput 3. de noxiis avertendis. 202

Subſectio 6. De venditione frumenti.

Caput 1. De Venditione frumenti in terra. 217

caput 2. de venditione frumenti in aqua. 218

Subſectio 7. De Sylvis & Pratis.

Caput 1. De Sylvis & cæſione arborum. 221

caput 2. de pratis. 223

caput 3. de Fœno. 224

Subſectio 8. De Aquis, Lacubus, Stagnis, Piſcinis. 22

Sectio 3. De Agrariis Officinis.

Subſectio 1. De Horreo & Granario. 229

Subſectio 2. De Mola & Molitore 230

Subſect. 3. De Braxatorio, Braſio, Cerviſia, Cellario.

Caput 1. De Braxatorio & Cerviſia. 2:2

caput 2. de cellario. 238

Subſect. 4. De Mulſi & Cremati coctura. 239

Subſectio 5. De puteo. 240

Subſectio 6. De taberna 242

Subſect. 7. De modis præcavendi incendia. 243

Subsect. 8. De Textrina, Lino, Canabe.

Caput 1. *De lino.* 243
caput 2. *de canabe, textrina, filatione.* 245

Sectio 4. De Quadrupedibus Agrariis.

Subsectio 1. De Bobus, Hara, Vitulis.

Caput 1. *De hara boum.* 248
caput 2. *de bobus & vaccis.* 249
caput 3. *de Vitulis.* 258
caput 4. *de lacte & lacticiniis.* 260
caput 5. *de morbis & medicinis boum.* 264
caput 6. *de aliis morbis.* 268
caput 7. *continuatio de morbis.* 276

Subsectio 2. De Equis.

Caput 1. *De stabulo.* 283
caput 2. *de indole Equorum.* 285
caput 3 *de cura Equorum.* 290
caput 4. *de Equorum institutione.* 293
caput 5. *de propagatione Equorum.* 298
caput 6. *de de Hinnulis* 306
caput 7 *de morbis & medicinis equorum* 309
caput 8. *continuantur medicinæ.* 320
caput 9. *idem continuatur.* 327

Subsectio 3. De Ovibus.

Caput 1. *De ovili.* 331

caput 2, de cura Ovium. 332
caput 3. de Ovium propagine 336
caput 4. de morbis & medicinis Ovium. 337

Subſectio 4. De Capris.

Caput 1, de cura Caprarum. 342
caput 2. de morbis caprarum & remediis 345

Subſectio 5. De Suibus.

Caput 1. De cura Suum. 345
caput 2. de porcorum ſagina. 347
caput 3. de porcorum admisſione 349
caput 4. de morbis & remediis porcorum. 350
caput 5. de carne quavis ſalienda & conſervanda. 353

Subſectio 6. De Mulis & Aſinis. 355

Subſectio 7. De Cane & Fele.

Caput 1. De cane & fele. 356
caput 2. de canum & felium medicinis. 360

Subſectio 8. De aliquibus proprietatibus Quadrupedum. 363

Subſectio 9. De Medicinis Communibus omni Quadrupedi. 366

Sectio 5. De Volatilibus Agrariis.

Subſectio 1. De Gallinis domeſticis.

Caput 1. De Gallinario. 369

caput 2. de ovis & exclusiono. 372
caput 3. de caponibus 380
caput 4. de sagina gallinarum. 382
caput 5. de morbis gallinarum. 383
Subsectio 2. de Gallis Indicis. 386
Subsectio 3. de Anseribus. 387
Subsectio 4. De Anatibus. 390
Subsectio 5. De Columbis. 391
Subsectio 6. De Pavonibus, Phasianis, Cygnis. 396
Subsectio 7. De Apibus & melle. 399

Sectio 6. De Venatione, Aucupio, Piscatione.

Subsectio 1. De Venatio & Feris.
Caput 1. De reti & sclopo. 407
caput 2. de venatione. 409
caput 3. de feris. 411
Subsectio 2. De Aucupio & avibus. 413
Subsectio 3. De Piscatione & Piscibus. 416

Sectio 7. De Horto.

Subsectio 1. De loco horti. 421
Subsectio 2. De horti seminatione. 423
Subsectio 3. Reliqua de horto. 429

Subſectio 4. De plantis comeſtibilibus.
Caput 1. *De Fabis, Phaſeolis, Braſſica.* 435
caput 2 *de beta, apio, ſynapi, raphano.* 437
caput 3. *de cepis, porris, allio.* 404
caput 4. *de fungis, fragis, bulbis* 443
caput 5. *de pæponibus, melonibus, cucurbitis.* 445
caput 6. *de lactuca, cichoreo, petroſelino.* 449
caput 7 *de cynaris aſparagis, rapis.* 451
caput 8. *de paſtinacis, croco, &c.* 454
Subſectio 4. De plantis odoratis.
Caput 1. *De roſa roſmarino &c.* 455
caput 2. *de liliis, ruta, viola, ocymo, ſalvia.* 458
caput 3. *de cultura horti.* 460
Subſectio 5. De rerum ex horto collectione & conſervatione. 461
Subſectio 6. De aquarum ex herbis diſtillatione. 465
Subſectio 7. De Vinea.
Caput 1. *de loco vineæ.* 467
caput 2. *de vite.* 468
caput 3. *de morbis & remediis vitium.* 474
caput 4. *de vindemia.* 477
caput 5. *de quarundam plantarum proprietate.* 483

Sectio 8. De Pomario & Arboribus.

Subsectio 1. De loco pomarii. 485
Subsectio 2. De insitione & cura arborum.
Caput 1. De insitione in communi. 486
caput 2. de insitione amygdali. 498
caput 3. de avellana. 500
caput 4. de castanea. 501
caput 5. de ceraso. 502
caput 6. de cupresso. 504
caput 7. de pomo cytrio & cotoneo. 504
caput 8. de ficu & caprifico. 507
caput 9. de lupino & moro. 510
caput 10. de moscatellis, myrtho, mespilo. 510
caput 11. de juglande. 511
caput 12. de olea, oleastro, palma, buxo. 514
caput 13. de persico, punico, pyro. 516
caput 14. de platano, quercu, rhododandro, sabina, sorbis. 521
caput 15. de pruno, pomo, armeniaco. 522
caput 16. de terebintho tuberib9, granatis. 524
caput 17. de sepibus & spinis. 526
Subsectio 3. de Morbis ac Remediis arborum.
Caput 1. de morbis ac remediis cõmunib9. 528
caput 2. de morbis particularibus. 533
caput 3. de aliis morbis. 536
Subsectio 4 De Collectioe & Conservatione Fructuum. 540

Sub-

Subſectio 5. De arborum degeneratione 545
Subſectio 6. Quarundam arborum proprietates. 546
Subſectio 7. De fructuum immutatione. 548

Sectio 9. De tempore agrario.

Subſectio 1. De prognoſticis agrariis. 560
Subſectio 2. De quatuor anni partibus. 562
Caput 1. *De Vere.* 563
caput 2. *de Æſtate.* 565
caput 3. *de Atumno.* 568
caput 4. *de Hyeme.* 573

Subſectio 3. De Menſibus.

Caput 1. *de Januario.* 575
caput 2. *de Februario.* 577
caput 3. *de Martio.* 579
caput 4. *de Aprili.* 581
caput 5. *de Majo.* 583
caput 6. *de Junio.* 586
caput 7. *de Julio.* 588
caput 8. *de Auguſto.* 590
caput 9. *de Septembre.* 591
caput 10. *de Octobre.* 594
caput 11. *de Novembre.* 596
caput 12. *de Decembre.* 598

Subſectio 4. De Luna.

Caput 1. *De uſu Lunæ in re Agraria.* 600

caput 2. de Lunationibus. 602
caput 3. de loco Lunæ in zodiaco. 641

Sectio 10. De sanitate hominum agrariorum.

Subsectio 2 De remediis domesticis. 660
Subsectio 2. Medicinæ ex Apotheca. 687
Subsectio 3. De aliis remediis juxta Alphabetum. 692

Sectio 11. De Revisione rei Agrariæ.

Subsectio 1. De Visitatione Prædii. 723
Subsectio 2. De Revisione juxta inventarium. 728
Subsectio 3. Examen Factoris. 731
Subsectio 4. Examen Fructuum. 736

Sectio 12. De Agrorum Dimensione.

Ecloga. 738.
Particularia Philosophica. 758

na 1 kwadrze [illegible] nastąpią naylepiey
na ostatniey kwadrze [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
Warszawa 1692
[illegible] [illegible] | 1694

[illegible] [illegible] 1694 [illegible]